13
6 E
8

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

Digitized by Google

DIVERSARVM QVAESTIONVM IVRIS DISPVTATIO.

Diuiſa in tres Partes,

IN QVARVM PRIMA CANONICÆ, IN SECVNDA CIVILES vtiles. & practicabiles diſputantur quæſtiones. Plurimis hincinde legum, & Canonum adductis fundamentis, cum reſolutione cuiuſuis, & reſponſione ad contraria.

IN TERTIA, PLVRIVM DELICTORVM NATVRA, & circunſtantiæ deſcribuntur; & cuiuſq; pœna à Iure Canonico, Ciuili, conſuetudinario, & municipali huius, & Hiſpani Regni ſtatuta refertur.

Authore

D. HIERONYMO FERNANDEZ DE OTERO.

CARRIONEN.

Quondam almi, ac celeberrimi Collegij Maioris Hiſpanorum Bononiæ alumno, & illius Archigymnaſij cathedræ veſpertinæ Iuris Pontificij moderatore, & poſtea in ampliſſimo Neapolitano Studio Publico Iuris Cęſarei matutino profeſſore, deinde Regiæ Aprutinæ Audientiæ, & poſtea Regiæ Dohanæ manupecudum Apuleę, & Dohanellæ Aprutij Auditore, & earundem Officialium Viſitatore.

ET NVNC TOTIVS REGII EXERCITVS HVIVS REGNI GENERALI AVDITORE & ſimul Magnæ Curiæ Vicariæ in Criminalibus Iudice.

AD ILLVSTRISS. ET EXCELLENTISS. D.

D. PETRVM GIRONEM OSSVNENTIVM DVCEM, &c.

CVM PRIVILEGIO.



NEAPOLI, Apud Scipionem Boninum. 1619.

Sumptibus Lazari Scorigij, & Socij.

AC [illegible] .E 8

[illegible]

Digitized by Google

Imprimatur.

Alex. Boſch. Vicar. Gen.

Alexander Ruſſus Can. dep. vidit.

Lęlius Abbas Teſtius deputat. vidit.

§ 2 IL-

FHILIPPVS
DEI GRATIA REX, &c.

DON PETRVS GIRON Dux Oſſunæ, Comes Vreniç, Marchio de Peñafiel, Camerarius maior ſuæ Maieſtatis, eiuſque maior Notarius Regnorum Caſtellæ, & in præſenti Regno Vicerex Locumtenens, & Capitaneus Generalis &c. Magnific. viro V. I. D. Don Hieronymo de Otero Regio Auditori exercitus huius Regni. Cum pro veſtri parte fuerit nobis ſupllicatum, quēdam librum, per vos nouiter confectum, nuncupatum quæſtiones diuerſæ Imprimi facere nos mandari dignaremur, & cum de noſtri ordine commiſſum fuiſſet infraſcritto Illuſtri Fuluió de Conſtantio Regio Conſiliario Collaterali, ac Regiam Cancellariam Regenti, pro recógnitione ipſius, per quem fuit relatum librum prędictum eſſe dignum Imprimi, virtute cuius relationis fuit per nos prouiſum, quod Imprimatur, & demum ſupplicatum Concedi Priuilegium per decennium, quod nullus audeat Imprimere, nec imprimi facere dictum nouum opus ſine veſtri licentia. Nos vero ſupplicationibus veſtris benignius inclinati; conſiderantes ipſum opus per vos confectum in hoc Regno maximam vtilitatem afferre, tenore præſentium de certa noſtra ſcientia cum deliberatione, & aſſiſtentia Regij Collateralis Conſilij pęnes nos aſſiſtentis; ſtatuimus ꝙ nemini liceat per annos decem à die datæ præſentium in antea numerandos, ſupradictum nouum opus imprimere, nec imprimi facerę, aut alibi impreſſum in hoc Regno vendere, aut vllo pacto facere, ſeù ordinare abſque ſpeciali permiſſione & licentia tua, vel tuorum hæredum, & ſucceſſorum dicto tempore per durante, & ſi aliquis contra hanc noſtram ordinationem facere vel attentare præſūpſerit; ipſo facto incurrat in pœnam vnciarum auri quinquaginta tibi, vel tuis hæredibus & ſucceſſoribus, pro medietate, & pro alia medietate Fiſco Regio applicandā, & opera prædicta taliter Impreſſa aut quomodolibet, ex qualibet parte in hoc Regno inducta, deuoluantur, & ſint tibi, & tuorum hæredum, & ſucceſſorum, dummodo prædictum nouum opus ſit per te nouiter confectum in hoc Regno prædicto. mandantes propterea, per præſentes omnibus, & ſingulis officialibus, & ſubditis Regijs maioribus, & minoribus quocunq; titulo nuncupatis, officio, authoritate poteſtate, & iuriſdictione fungentibus præſentibus, & futuris, ad quos ſeu quem ſpectabit, & præſentes peruenerint, & fuerint quomodolibet præſentatę, vnicuique in ſua iuriſdictione, qualiter tibi ſeu alijs, legitimis perſonis ex tui patre præſtent, & præſtari faciant omne auxilium conſilium & fauorem, neceſſarium & opportunum, ſuper conſequutione dictæ pœnæ pecuniariæ ac dictorum operum in caſibus permiſſis tibi deuolutorum; adeoq; quod ad nos recurſum habere tibi neceſſe non ſit, etſi ſecus factum fuerit, ſtatim incurrant iram, & indignationem Regiam ac pœnam ducatorum mille cupiunt euitare in quorum fidem præſens Priuilegium fieri iuſſimus Magno præfatæ Maieſtatis ſigillo in pendenti munitum datum Neapoli in Regio Palatio die 25. menſis Ianuarij milleſimo ſexcenteſimo decimonono.

EL DVQVE.

V. Conſtantius Reg.
V. Vrſinus Reg.

V. Valenzuela Reg.
V. de Marra pro R.

Dominus Vicerex, Locumtenens, Cap. Gen.
mandauit mihi Andreæ de Salazar Secr.

ILLVSTRISSIMO,
ET EXCELLENTISS. DOMINO
DON PETRO GIRON
OSSVNENTIVM DVCI

Orueñæ Comiti, Marchioni de Peñafiel, Potentiſsimi Regis noſtri maiori Camerario, eiusq; Notario maiori Regnorum Caſtellæ, & in præſenti Regno Neapolis Proregi, Locumtenenti, & Capitaneo Generali, &c.

D. HIERONYMVS FERNANDEZ DE OTERO CARRIONENSIS.

S. D. & D.

PErquirentibus coram Dario Perſarum Rege ſapientibus illis, quænam res eſſet alijs fortior? litigioſaque diſputatione quæſtionem iſtam hùc illùcque trahentibus, Regem, mulierem alijs, vinum tandem, & alijs primum habere locum aſſerentibus; ſolus ſapiens, ſolus huiuſce veritatis inuentor, veritate nihil eſſe fortius affirmauit. Quam rectè ſenſit, qui tam rectè reſpondit (Illuſtriſsime, & Excellentiſsime Prorex) Fortis certò Rex eſt, (aiebat ille) cuius Maieſtas

§ 3 admi-

admirationem, voluntas legem parit; qui Regio aſpectu ſolo facile omnes quò vult, conuertit, Regio nutù ſolo hunc ſubleuat, illum deprimit; Regia voce ſola minatur, & timent, Imperat, & parent, iudicat, & acquieſcunt; cui tandem ſoli cedunt omnes, ipſo ſolo nulli cedente. Fortior Rege mulier, quę vno oculorum coniectu Regis animum captat, vna vocis flexione illaqueat, vna mendaci lacrimula flectit, mutat, quò vult trahit, dixit & alter. Fortius Rege, & muliere vinum ſenſit & tertius, cuius vſus ſi immoderatus ſit, Regiam opprimit Maieſtatem, artes deſtruit muliebres, cuius vis ea ſola vi pellitur, quam quis vt vino abſtineat, ſibi ipſi infert. Fortiſsima vero rerum omnium eſt veritas, quæ ſola temporis non nouit iniuriam, ſola non ſeneſcit ætate, & quo ſtudioſius opprimitur, eo magis eminet, quo ſtudioſius abſconditur, eò magis apparet. In cuius veritatis teſtimonium te ſolum inuoco (Princeps præſtantiſsime) qui tot in diès propter veritatem extollis, propter mendacium expellis, tollis, & opprimis. Te enim præpotens ille rerum omnium Deus velut fortiſsimam quandam arcem veritatis elegit, ne ſapientum exercitibus vndique obſeſſa, timeat, ſed argumentorum ferro oppugnata ſubſtineat, ſubtilitatum facibus obruta perſiſtat, & malignantium ſubtilitatibus percuſſa reſiſtat. Quod cum ita ſit, nimirum ſi dum librum hunc diuerſarum quæſtionum iuris in lucem edere deſtinaui, (in quo ſolum veritatem centum ſingularium & practicabilium canonicarum, ciuilium, & criminalium quæſtionum inquirens, fundamenta, quæ pro affirmatiua, & negatiua vniuſcuiuſque magis vrgent, adducens, & veritatem amplexus, contrarijs ſatisfaciens), te patronum elegerim, qui tanquam veritatis defenſor, me veritatis indagatorem ab oppugnantium, ne dicam malignantium ſubtilitatibus tuearis, & a Zoilorum faucibus eruas. Egent enim libri omnes præcipuè qui legum conciliationem, & interpretationem pertractant, non minùs, quàm veritas ipſa Principum virorum tutela. Li-

cet

cet enim tantâ ſit veritatis vis, vt malorum improbitate depreſſa emergat, & eam infirmare nulla res poſsit; tamen adhibenda eſt interdum vis veritati, vt eruatur: hiſce præcipuè temporibus, quibus maximè viget hominum malitia, quæ, teſtante Ambroſio, eſt mentis, atque animi deprauatio a tramite veritatis deuia; & inuidia, aduerſus quam nihil prodeſt vera dicere, ſi demoſteni credimus. Quibus addo, quod præcipuè ſcribentes communiter inquirunt (Dux Excellentiſsime, fœliciſsimi, & inuictiſsimi Regis noſtri potentiæ, & Monarchiæ defenſor, & propagator acerrime) nobiliſsimæ familiæ tuæ gloriam, totius Hiſpaniæ, ne dicam totius orbis, lumen ſplendidiſsimum, magnitudinem, poteſtatem, benignitatem, liberalitatem, prudentiam, virtutes, & ſcientias omnes, quæ in te veluti in proprio domicilio conſiſtunt, iunctiſque manibus (gratiarum inſtar) ad commune Reipublicæ Chriſtianæ bonum ſemper incedunt; & quarum nullum eſt genus, inquo non ſis exquiſitè verſatus, nulla diſciplina, quam tu non ad unguem perceperis, & ita perceperis, vt in qualibet ſolum deſudaſſe videaris, ita vt in tuo capite Theologorum ſcientia, impectore Romanorum patrum ſapientia, & Iuriſconſultorum cognitio, in labijs Ciceroniana dicendi facultas, & in manibus fortunæ ſplendor reſidere videatur, quibus omnium animos cogis, non quidē vt alij, oculos dumtaxat perſtringis. Quæ ſi longa eſſent oratione proſequenda, potius dies, & vires, quam ſermo, deſſicerent. Sufficiat igitur ſolum dicere nulli magis aptari, quod Catoni Poeta ſcribit.

Iuſtitiæ cultor, rigidi ſeruator honeſti,
In commune bonus.

Cuius veritatis teſtimonium perhibeant tot honores, & beneficia in me, licet indignum, collata, Deo, Angelis, & hominibus nota. Quibus ne ingratus videar, me, hoſceque inge-

genioli mei fructus licet acerbos, tuæ protectioni, & magnitudini ſubmitto, do, dedico. Humiliter exorans, vt ſolito grato, & benigno animo accipias, & ita tuearis, vt veritatis amatores ad te ſolum veritatis arcem confugiant, & ego ad maiora, te auxiliante, perueniam, cum Philoſopho dicens, nihil veritate fortius. Vale vale. dat. Neap. die 1. Iulij 1619.

D. HIE-

D. HIERONYMVS FERNANDEZ DE OTERO.

BENEVOLO LECTORI, S. &c.

INTER alia fęlicis Arabiæ pretioſiſſima aromata (Lector erudite) Mirrham ſcriptis mirificè celebrant naturalium rerum indagatores, & nuntij. Hæc ſi flantibus, reflantibusq; Aquilone, & Auſtro arboris ſuæ tunicam Auſtri agitatam calore, Aquilonis turbatam frigore, ſpontè rumpat, ſeq; liquatis quaſi guttis explicet, perfectæ adeo virtutis eſt; vt illius vſu corpora à putredine facillimè vendicentur. Fęlix eſt Arabia ampliſſimum iuris Pontificij, & Cæſarei Regnum; prætioſiſſima illius aromata, tot Romanorum Pontificum reſcripta, Sacrorum Conciliorum Decreta, Iuris Conſultorum reſponſa, Principum, & Imperatorum Conſtitutiones, & placita; Mirrha, reſolutio, quæ flantibus, reflantibuſq; Doctorum interprætationibus, & opinionibus, tanquam Aquilone, & Auſtro, illorum difficultatem, affirmantium agitatam calore, & negantium turbatam frigore, ſpontè rumpit, ſequè liquatis quaſi guttis ita explicat, vt illius vſu ab ignorantiæ putredine facillimè liberemur. Teſtes ſint centum iſtæ Quæſtiones Canonicæ, Ciuiles, & Criminales, in quibus affirmatiuæ, & negatiuæ fundamentis hinc, inde propoſitis, Canonum, & legum deciſionibus vndique ponderatis, vera tandem reſolutio vniuſcuiuſque proponitur, quæ tanquam Mirrha electa, te ignorantiæ, infirmitate oppręſſum, excitabit. Eas igitur attentè relegas: quod ſi ita feceris, non ſolum in ſcholis degentibus; ſed etiam in foris verſantibus vtile meum hoc opus eſſe, vt fatearis neceſſe erit. Nullam enim ex Canonicis, aut Ciuilibus in eo inuenies, in qua plurimorum iurium interprætationes non reperias, quarum occaſione diuerſarum materiarum cognitionem facilè attinges. Quid de Quęſtionibus in tertia huius operis parte diſputatis? in quibus plurimorum delictorum natura, & circumſtantiæ deſcribuntur, & cuiuſque pœna à iure canonico, ciuili, conſuetudinario, & municipali huius, & Hiſpaniæ Regni ſtatuta refertur. Nec huius mirrhę amaritudinem timeas: tanta enim eſt illius perfectio, & vtilitas, vt facilè ſuauem Iudices, & illius vſum in rerum opportunitate maximè neceſſarium probes. Eas enim ferè omnes Quęſtiones iam antea in publico Archigymnaſio Bononienſi dum Cathedram Veſpertinam iuris Pontificij regerem, & in ampliſſimo Neapolitano Studio in Cathedra matutina Legiſtarum publicè diſputaui, non ſine magna audientium vtilitate, & profictu. Sed cum Regij exercitus nunquam antea in hoc Regno viſi, & ſimul Magnę Curię Vicarię in criminalibus varijs, & aſſiduis adſtitiſſem negotijs, dum illas typis mandaſſem, vt eius operis correctionem tertiò committerem, neceſſitas ipſa me impulſit. Quapropter, vt me excuſatum habeas depręcor ſi plures in eo errores inueneris: nam quos ſenſui, ſeù doctrinę veritati magis obſtare vidi, in vltima operis pagina correctos, ſeù emendatos inuenies. Igitur alacri, & benigno illud ſuſcipias animo, nam ſi ita te feciſſe videam totidem quamprimum poſſim, in lucem edam quęſtiones interim me tibi deditiſſimum habeas præcor. Vale.

INDEX
QVAESTIONVM
OMNIVM, QVAE IN HOC VOLVMINE
CONTINENTVR.

In quo primus numerus Quæſtionem, ſecundus paginam, ſignificat.

PRIMÆ PARTIS QVÆSTIONES.

ABbas, cui licet ſeculari conceſſit Sum. Pont. Abbatiam Canonicorũ Regularium in commendam vita durante, an habeat vocem actiuam in omnibus actibus ſui capituli? Quæſt. 2. pag. 3

Abſolutio ab excommunicatione, an poſſit dari inuito excommunicato? 1. 1

Beneficium curatum an poſſit vniri monaſterio monialium? 6. 10

Bona grauata onere memoriæ, aut anniuerſarij perpetui, an ſint affecta ſua natura vinculo maioratus cum clauſulis ordinarijs eiuſdem? 5. 9

Clericorum ſtatus an ſit dignior, & perfectior ſtatu religioſorum? 4. 7

Confeſſio facta à clerico renouuento apud ſecularem Iudicem an valeat? 28. 60

Exceptio vſuraria infra quot dies debeat probari? 25. 54

Excommunicatus an poſſit ad compenſandum in iuditio ad admitti? 29. 63

Fideiuſſor an poſſit aliquid recipere pro fideiuſſione, abſque vſuræ labe? 26. 56

Ieſuitæ ſcholares, an poſt triplex emiſſum votum poſt biennium, poſſint dimiſſi à religione, matrimonium contrahere? 9. 16

In dubio an præſumatur dolo, aut metu profeſſio religionis facta? 20. 38.

Laici an ſint prohibiti de Eccleſiaſticis negotijs incidenter cognoſcere? 30. 64

Matrimonium, an poſſit diſſolui per ingreſſum religionis? 23. 48

Permutantes inualide, quia ius non habebant in beneficijs, an poſſint redire ad priora beneficia ſine noua ſuperioris collatione? 7. 12

Per ſecundum reſcriptum, in quo primi mentio facta fuit, an reuocetur primum ipſo iure, vel ope exceptionis? 12. 22

Profeſſi in ordinibus militaribus, an ſint veré religioſi? 10. 18

Profeſſio religionis per metum facta, an ſit ipſo iure nulla? 18. 34

Profeſſio religionis dolo facta an valeat, vel reſcindatur exceptione doli? 19. 35

Profeſſio à filio, vel filia familias facta metu reuerentiali, an ſit coacta, vel libera, & ſpontanea? 22. 43

Profeſſio religionis an præſumatur in dubio facta in legitima ætate? 24. 51

Religio quæ dirigitur ad vitam actiuam, an ſit perfectior ea, quæ dirigitur ad contemplatiuam? 8. 14

Religioſorum ſtatus an ſit dignior, & perfectior ſtatu Epiſcoporum? 3. 5

Religioſus poſtquam tria ſolemnia vota per profeſſionem religionis emiſſit, vtrũ poſſit teſtamentum facere? 17. 32

Si vſurarius manifeſtus condidit teſtamentum nondum facta vſurarum reſtitutione, nec præſtita cautione de illis reſtituendis, an reconualeſcat poſtea præſtita tali cautione? 13. 23

Si vſurarius manifeſtus condidit teſtamentum facta vſurarum reſtitutione, & poſtea vſuras licet clam, & occultè exerceat, an vitietur teſtamentum antea factum, abſque noua reſtitutione? 14. 25

Votum

Digitized by Google

Votum perpetuæ caſtitatis, an ſit de eſſentia cuiuſlibet religionis? 11. 20
Vſurarij manifeſti an incurrant pœnas à iure illis impoſitas ipſo iure, vel requiratur Iudicis ſententia? 16. 30
Vſurarius an poſſit cogi ad vſurarum reſtitutionem integraliter, vel deductione egeat? 27. 58
Vſurarum dominium an transferatur in accipientem? 15. 27
Vſura omni iure prohibita; promiſſa tamen cum iuramento, an debeantur ratione iuramenti? 21. 40

SECVNDÆ PARTIS Quæſtiones.

ABſolutoria lata in petitorio, an obſtet agenti interdicto recuperandæ poſſeſſionis? 4. 79
Acta à delegato ignorante mortem delegantis re integra, an valeant? 3. 75
Acta contra iuramentum facta, an ſint valida, licet agens ſit periurus? 11. 95
Acta coram Iudice facta ante litem conteſtatam, an dies poſſint iuditialia? 33 157.
Acta in vno iuditio facta, an faciant fidem in alio quo ad diuerſas perſonas? 35. 160
Acta in vno iuditio facta, an faciant fidem in alio quo ad eaſdem perſonas? 36. 162
Acta iudicialia facta in prima inſtantia, an debeant exhiberi in ſecunda ei, qui præſens fuerat in prima? 34. 159
Actiones quo iure fuerint introductæ? 2. 73
Actor an poſsit compelli inſtrumenta ſua reoedere? 5. 81
Actor prætendens iuſtam cauſam eſſe, vt reus compellatur ſibi inſtrumenta edere, an teneatur eam probare? 6. 84
Actoris aſſertio dicentis ſe malitioſè inſtrumenta rei non petere, ſed quia aliundè veritatem habere non poteſt, an ſufficiat vt reus cõpellatur edere? 7. 87
Acta publica quæ ſint? & quare ita dicantur? 32. 154
Ad acquirendam quaſi poſſeſſionem iuris incorporalis an ſit neceſſaria ſcientia, & patientia, eius, contra quem acquiritur? 8. 89
Adiectio fundi in cenſu an ſit loco hypothecæ, vel ſeruitutis, vel alterius iuris realis? 1. 70
Aduocatus ſi à duabus partibus accipiat ſalarium quolibet anno pro patrocinio in cauſis præſtando, & ambæ partes in lite vna ſint inuicem contrariæ, cui teneatur ſeruire? 31. 152
Alienare bona Regiæ dignitatis an poſsint Principes ſeculares? 15. 109
Appellatio ab interlocutoria ſine grauaminis expreſsione an valeat? 22. 125
Arbitri ſententia, qui ex partium conuentione de iure tantum pronuntiare tenebatur, ſi pronuntiet contra ius, an ſit nulla? 10. 93
Auus maternus, vel paternus an ſuccedat æqualiter nepoti ſine vlla bonorum diſtinctione? 9. 91
Banditus filius an poſsit ſuccedere in hæreditatem patris, etiam ſtante ſtatuto, quod excludat banditum ab omni actu legitimo? 21. 122
Bona maioratus an poſsint ammitti ob crimen hæreſis, læſæ Maieſtatis, & ſimilia? 19. 116
Bonorum poſſeſsio an ſit iuris, vel facti? 16. 111
Bonorum poſſeſsio an differat ab hæreditate ſpetie, & eſſentia? 17. 113
Bonorum poſſeſsio an ſit actio? 18. 115
Collegialis priuatus ſubſidio totius anni, vel portione totius diei vigore ſtatuti ſui Collegij, ſi in ſimilem pœnam alterius ſtatuti eodem anno, vel die incidat, an debeat puniri alia pœna, vel prima primi lapſus, ſi quidem vtriuſque lapſus pœna eſt eadem, licet ex diuerſis cauſis, & ſtatutis? 20. 119
Conditio rem dandi appoſita contractui emptionis, & venditionis, an vitiet illum, vel in alium ſimilem contractum transfundat? 13. 103
Emptionis verbo an comprahendatur omnis contractus, ex quo dominium transfertur? an ſolum emptionem, & venditionem? 14. 107
Impenſæ factæ pro cuſtodiendis, & tuendis fructibus pendentibus, an ſint tanquam neceſſariæ deducendæ? 37. 164
Impoſsibilis conditio an vitiet contractum cui adijcitur? 25. 136
Inuecta, & illata in prædium ruſticum, vel vrbanum, an ſint tacitè pro penſioni pignori obligata? & an ad id requiratur

ratur ſcientia domini volentis, aut ſcientis illa inuebi? 12. 98
Legatum ita relictum quiſquis mihi ex ſupraſcriptis hæres erit, ab eo lego Titio centum, vel ſi hæres Seius erit, vel hæreditatem adierit, an ſit conditionale? 39. 168
Merces an debeant conſiſtere in pecunia numerata, ad hoc vt locatio, & conductio valeat? 27. 145
Pactum an poſſit celebrari vno ex illud celebrantibus abſente? 30. 150
Pactum metu factum, an ſit ipſo iure nullum, vel reſcindatur actione quod metus cauſa? 40. 171
Pollicitatio an poſsit fieri præſenti, & tacenti? 23. 129
Remiſsio penſionis ob ſterilitatem an, & quando colonis fieri debeat? 26. 141
Sententia an poſsit in abſentem proferri? 24. 130
Sententia an extinguatur, vel ſuſpendatur per appellationem? 28. 147
Sententia an dicatur in rem iudicatã tranſtata infra tempus datum ad appellandum? 29. 149
Stante ſtatuto quod religioſi nõ aſſumãtur ad aliquod officium ciuile, an poſſint ad illud admitti profeſsi in aliqua religione militari? 38. 167

TERTIÆ PARTIS
Queſtiones.

ADulterium quid ſit, à quibus committatur, & quæ illius pœna? 5. 189
Amor an excuſet à delicti pœna? 30. 247
Apoſtaſia quid, & quotuplex ſit, & quomodo puniatur? 15. 210
Blaſphemia quæ, & quotuplex ſit, & quomodo puniatur? 14. 208
Binas nuptias contrahens quomodo puniatur? 9. 198
Carcerum fractores, & aufugientes, qua pœna puniantur? 19. 217
Concubinarius quis propriè dicatur, & qua pœna puniatur? 7. 195
Chartarum ludus an comprahendatur ſub alearum luſu, & qua pœna puniatur? 23. 225
Falſitatem fabricantes, ſeu falſis literis, aut teſtibus vtentes, quam incurrant pœnam? 24. 227
Furtum quid, & quotuplex ſit? & quomodo puniatur? 17. 213
Habitum alterius ferens fraudis, falſitatis, opprobrij, aut contemptus cauſa, quomodo puniatur? 10. 199
Hæreticus quis dicatur, & quomodo puniatur? 13. 203
Homicidij pœna an augeatur contra proditorium homicidam, & qualis ſit? 26. 237
Homicidium quid, & quotuplex ſit, & quomodo puniatur? 25. 230
Incendium quando inducat delictum, & qua pœna puniendi ſint incendiarij? 20. 219
Inceſtus quid ſit, vnde dicatur, quomodo committatur, & qua pœna puniatur? 4. 186
Infantem exponens cui ſubijciatur pœnæ? 11. 201
Infringens domum alienam an delictum committat, & quomodo pro eo puniatur? 18. 216
Iniuriantes facto, verbis, aut literis quomodo puniantur? 29. 242
Læſæ maieſtatis crimen quibus modis committatur, & quomodo puniatur? 1. 176
Lenocinium vnde dicatur, quot modis committatur, & puniatur. 6. 192
Limites ſeu terminos mouentes in quam incurrant pœnam? 22. 224
Moneta falſa quæ dicatur, & qua pœna puniantur illam fabricantes, & expendentes? 16. 212
Monialem corrumpens quomodo puniatur? 8. 197
Parricidium quid ſit, & quomodo puniatur? 2. 180
Periurium quid ſit, & quæ illius pœna? 3. 182
Quis dicatur propriè aſſaſsinus, & qua pœna plectatur? 28. 240
Si quis ius meri Imperij non habens, aliquem in carcerem priuatum mittat, an committat delictum, & qua pœna puniatur pro eo? 12. 202
Tabelliones quando dicantur falſitatem committere, & quomodo pro ea puniantur? 21. 222
Veneno aliquem occidens, vel illud præſtans licet mors non ſequatur, & illud vendens qua pœna puniantur? 27. 238

DIVERSARVM QVAESTIONVM IVRIS

Pars Prima.

CANONICARVM QVÆSTIONVM.

Liber ſingularis.

SVMMARIVM.

1 *Quando Iudex ſcit, vel probabiliter credit excommunicationem non profuturam, non debet illam proferre: ſed potius ſemel latam etiam inuito excommunicato relaxare.*
2 *Excommunicatio eſt medicinalis, & tũc ea vtendum erit, quando ad animæ ſalutem proſit.*
3 *Ne indureſcat excommunicatus abſolui debet.*
4 *Quando tanta eſt peruerſitas ſubditi, quod diſciplina non prodeſt, ſeueritate vtendum non eſt, ſed dilectione.*
5 *Excommunicatio non ſolum profertur ad medicinam inobedientis; ſed etiã totius communitatis Eccleſiæ.*
6 *Abſolutio præſenti ſolum conceditur.*
7 *Venia non datur niſi correctis.*
8 *Excommunicatus inobediens & pertinax non abſoluitur, ſed curiæ ſæculari traditur.*
9 *Diſtinctio quædam pro reſolutione huius quæſtionis aſſignatur & num. 10. & 11.*
12 *Explicatur regula peccati venia in 6.*
13 *Interpretatur textus in cap. per tuas de ſententia excommunicat.*
14 *Vera interpretatio cap. cum non ab homine de iudicijs traditur.*
15 *Regulariter abſolutio ab excommunicatione dari poteſt inuito excommunicato.*

Abſolutio ab excommunicatione an poſsit dari inuito excommunicato?

QVÆSTIO. I.

1 QVANDO Iudex ſcit, vel probabiliter credit excõmunicationem non profuturam, non debet illam proferre; ſed potius ſemel latã etiam inuito excommunicato relaxare, ex Diuo Thoma in 4. diſt. 18. quæſt. 2. artic. vlt. Hoſt. Io. Andr. & Dominico in cap. 1. de ſententia excommunicat. lib. 6. Abb. in cap. ad reprimẽdum col. 2. de offic. ordin. & alijs relatis à Couar. in cap. alma mater in initio numer. 10. & probatur ex ſequentibus.

2 Primo nam ſi excommunicatio medicinalis eſt, vt in d. cap. 1. de ſententia excom. in 6. tunc ea vtendum erit, quando ad animæ ſalutem proſit: nam prudens medicus nullatenus infirmum nociuis, & non profuturis medicamentis curat. Imò

potionem purgatiuam, quæ ipſum ab in-
firmitatis crudelitate liberet, etiam ei in-
uito tribuit. igitur eodem modo Iudex Ec-
cleſiaſticus, qui medicus illius animæ iu-
dicatur, nõ excõmunicationẽ, ſed potius
abſolutionem ei, qui animum obduratum
habet, etiam in uito inferre debet. Secũdo
3 facit textus in cap. præsbiter 82. diſt. *Ibi
Corporis & Sanguinis Domini noſtri
ne indureſcat pars ſcepſ fiat.*

4 Tertio maxime conducit textus in
cap. prodeſt cum ſeq. 23. q. 5. vbi diuus
Auguſt. dicit quod quando tanta eſt per-
uerſitas ſubditi, quod diſciplina non proſ-
ſit, non ſeueritate vtendum eſt, ſed dile-
ctione. Ex quibus dicendum videtur ex-
communicationis abſolutionem etiam in
uitis concedi poſſe.

Verum contrariam ſententiam obſer
uant plures relati à Cou. ſup. & infra re-
ferendi quorum ſententia, & opinio ex
ſequentibus probatur.

5 Primo nam excommunicatio ab Ec-
cleſia profertur non ſolum in medicinam
excommunicati inobedientis; ſed etiam
totius communitatis Eccleſiæ, vt alij eius
exemplo à ſimilibus arceantur delictis c.
corripiantur 24. q. 3. cap. clericos 3. de
cohabitat cler. & mul. vnde ſi excommu-
nicatus cenſuram contemnat, quamuis
reſpectu ipſius pœna lętalis ſit, vt in d. c.
1. de ſentent. excommun. in 6. à contra-
rio ſenſu, *Ibi dum tamen is, in quem la-
ta eſt, nõ contemnat*, cap. nemo 11. quæſt.
3. nihilominus reſpectu aliorum erit me-
dicinalis: ergo proferri poterit, & debet
in contumacem etiam obduratum, cum
alijs proſit, etiã ſi illi profutura nõ ſit, ma
xime cum fauor publicus ſit præferendus
l. ſi quis in conſcribendo Cod. de epiſcop.
& cler.

6 Secundo facit nam abſolutio petenti
ſolum conceditur cap. per tuas §. verum
de ſent. excom. cap. ad Apoſtolicæ de re
iud. in 6. & tunc præſtare debet cautionẽ
ſaltim iuratoriam deparendo mandatis
eccleſiæ cap. ad reprimendum de offic.
ordin. c. ex tenore c. cum deſideres de ſen
ten. excom. ergo inuito excommunicato
7 abſolutio præſtanda nõ eſt. Tertio loco
accedat pro hac opinione regula iuris,
quæ habet veniam non dari niſi correctis
reg. peccati venia in 6. c. legatur 24. q. 3.
ergo nec abſolutio.

8 Vltimo hanc ſententiam probat tex.
expreſſus in cap. cum non ab homine de
iudic. cap. 2. de clerico excom. in quibus
iuribus excommunicatus inobediens, &
pertinax non abſoluitur; ſed curiæ ſecu-
lari traditur. Ex quibus hanc ſententiam
tenuerunt Henric. & ab eo relati lib. 13.
de excommunicatione capitulo 1. §. 3.
Spino in ſpeculo teſtamentorum 11. p. ru
bricæ nu. 62.

9 Cæterum vt huiuſmodi opiniones
ad concordiam reducamus, & veram quę
ſtionis reſolutionem aſſignemus diſtin-
guendi ſunt duo caſus.

10 Primus eſt quando iudex ad impediẽ-
dum aliquod malum nõdum commiſſum
vtitur cenſura excommunicationis, &
ſcit nihil profuturam, verbigratia in exer
citibus armatis, & ad pugnam congrega-
tis, quorum impulſum Iudex excommu-
nicatione impedire vult, ea vtendum eſt:
quia vel reſpectu delinquentium, vel alio-
rum excommunicatio medicinalis erit,
quo caſu procedit oppinio ſecunda quam
probant Hoſt. & alij ab eo relati in capit.
Romana §. ſed neque de ſentent. excom.
in 6. & primum fundamentum pro ea
ſententia num. 5. adductum.

11 Secũdus caſus eſt quãdo iudex ad corri-
gendum occultum peccatorem procedit,
& ex peccato nec ſcandalum, nec tertij
præiudicium reſultat; tunc enim ſi vide-
rit iudex excommunicationem nihil pro-
futuram, poterit ſuperſedere, & ſi pro-
mulgauerit, relaxare: maxime ſi aliter cor
rectio peccatoris expectari poteſt, quo ca-
ſu habet locum opinio diui Thomæ ſu-
pra vt docet Palacius Rub. in rep. capit.
per veſtras §. 18. num. 17. Couarr. d. nu.
10. Spino nu. 62.

12 Nec huic veriſſimæ diſtinctioni ob-
ſtat reg. peccati venia: nam loquitur in
abſolutione culpæ; nos vero in abſolutio
ne pęnæ excommunicationis, quæ ſicut
ferri poteſt in inuitũ, ita etiã inuito eius
absolutio ferri poteſt arg. capitul. omnis
res de reg. iur. in antiq. cap. omnis res 27.
quæſt. 2.

13 Nec obſtat tex. in cap. per tuas de ſẽ-
tent. excommun. nam non probat neceſ-
ſarium eſſe petere ſemper excommunica-
tionis abſolutionem in eum ab inferiore
latam iniuſtam eſſe quo caſu ait Pontifex
*abſolutio illi non petenti concedi non de-
bet ne ſententiam eccleſiaſticam con-
temnere videatur, & per hoc amplius
ex ſuo contemptu ligetur.*

14 Minus obſtat tex. in d. c. cum non ab
ho-

homine: nam breuiter reſpondendum eſt, quod licet Pontifex ibi clericum criminoſum, & obduratum ſeculari tradendum poteſtati determinet; ſupponit tamen abſolutionem ab excommunicatione præſtitam eſſe ei etiam inuito, pro qua mea interpretatione ponderaui verba illius textus ibi. *ne poſſit eſſe vltra perditio plurimorum*, cum igitur plurimorum perditio eſſet ſi excommunicatus a iudice eccleſiaſtico in exilium mitteretur a ſeculari, cum omnes cum eo communicantes eandem excommunicationem incurrerẽt cap. excommunicatos c. cum excommunicato c. excommunicauerit 11. q. 3. c. ſignificauit 18. de ſentent. excommun. nimirũ ſi in ſpecie illius text. ſupponatur abſolutionem præſtandam eſſe criminoſo etiam inuito, vt iudici ſeculari tradatur. Nec diuinationis vitio notari debet huiuſmodi interpretatio: quia vltra quod ex verbis illius textus proxime põderatis illam deduco: non poſſunt omnes articuli legibus comprehendi, ſed cum in caſu ſimili ſententiæ earum manifeſta eſt, qui iuriſdictioni præeſt, ad ſimilia procedere, atq; ita ius dicere debet l. non poſſunt cum l. ſeq. ff. de legibus cap. inter cæteras de reſcript. & vtrobiq; Doctores.

15 Remanet igitur ex ſupradictis reſolutum in hac quæſtione priorem communẽ ſententiam regulariter veriorem, & ſecuriorem eſſe ex fundamentis pro ea adductis, & ex his quæ reſoluendo difficultates contrariæ opinionis tradidimus a num. 10. cum ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Cum quid alicui conceditur, conceſſum tacite intelligitur omne id, quod competit ex officij contemplatione, & ſine quo illud exerceri non poteſt.*

2 *Non licet a capite membra recedere.*

3 *Appellatione monachorũ, ſeu canonicorum, Abbas ſeu caput illorum continetur ſicut nomine decurionum præſes.*

4 *Summus Pontifex libere poteſt diſponere contra ius commune maximè in beneficialibus.*

5 *Abbas cõmendatarius in cõmenda ſibi à Pontifice ad vitam conceſſa, habet ius ac titulum, & poteſt præſentare ſicut alius qui titulum habet.*

6 *Monachi, ſeu Canonici regulares nullum negotium decidere poſſunt ſine conſenſu prælati, & ſuperioris.*

7 *Eligere, beneficia conferre, & poſſeſſiones locare, ſunt fructus beneficij.*

8 *Canonicus qui non eſt ſaltim in ordine ſubdiaconatus conſtitutus, non habet vocem in capitulo.*

Ad Abbatialem dignitatem ordo Sacerdotalis requiritur.

9 *Ex diſpari obſeruantia in eodem loco ſcandalum generatur.*

10 *Aſſociari non debet ille, qui diuerſæ profeſſionis eſt, capitulo alterius religionis.*

11 *Iure communi attento ſolum illi, qui ſunt profeſſionis, cuius negotia geruntur, ſunt de capitulo, & in eo poſſunt præſtare vocem.*

12 *Omne animal diligit ſuum ſimile.*

13 *Abbas commendatarius, de quo in propoſita quæſtione, debet admitti in capitulo canonicorum regularium, & in eo poteſt vocem, & votum ſuum præſtare.*

Abbas, cui licet ſeculari conceſsit Summus Pontifex Abbatiam canonicorum regularium in commendã pro tempore vitæ ſuæ, an habeat vocem actiuam in omnibus actibus ſui capituli?

QVÆSTIO II.

1 SOLENT aliquando Abbatiæ aliquæ canonicorũ regulariũ in cõmendam concedi a Summo Pontifice clericis ſecularibus, & inde lites, & cõtrouerſias oriri inter ipſos, & canonicos ſui capituli, prętendentes nullam debere nec poſſe habere vocem in actibus illius pręfatos Abbates tamquam clericos ſeculares: qua propter hanc quęſtionẽ hic diſcutiendam propoſui. cuius affirmatiua nempe vocem actiuam habere Abbatem commendatarium in actibus ſui capituli probatur ex ſequẽtibus fundamentis.

Primo nã Abbas cõmendatarius ꝑlatus

eſt canonicorũ, qui tãquã caput, & paſtor bonus debet interuenire in omnibus actibus ſui capituli, & gregis; alias enim plura ſequerẽtur incõmoda, quæ ceſſarent præſente eo, qui dignior eſt dignitate, & voce: cum ſit datus pro capite, cæteri vero pro membris. Vnde arguo ſic cũ quid alicui conceditur, conceſſum tacite intelligitur omne id, quod competit ex officij contemplatione, & ſine quo illud exerceri non poteſt l. 2. ff. de iuriſdict. omn. iud. c. prudentiam §. ſeſta nobis de offic. & poteſt. iud. deleg. *ibi vt delegatis iudicibus, quibus principale cõmittitur, acceſſoriũ committatur*, igitur cum Abbatia conceditur alicui, ſequitur, vt eius exercitium, & omnia quæ ex ea dependent, & ſine quibus exerceri non poteſt, conceſſa etiã intelligantur, & ſic vt habeat Abbas vocem actiuam in omnibus actibus ſui capituli.

2 Secundo hæc eadem ſententia probatur ex tex. in cap. cum non liceat de præſcriptionibus, vbi Summus Pontifex decidit non licere à capite membra recedere, igitur cum Abbas ſit factus caput illius capituli vt proximè diximus, dicendum eſt canonicos haud aliquid decidere poſſe ſine conſenſu, & voto dicti Abbatis: alias enim à capite membra recederent, quod non licet, vt in d. cap. cum non liceat.

3 Tertio nam appellatione monachorum, aut canonicorum Abbas continetur, & cenſetur vnum corpus cum capitularibus in his quæ ipſi fauorem inducere videntur cap. fin. de ſymo. c. ex ore de priuileg. ſicut nomine decurionum præſes etiam continetur, vt in l. 1. §. ſed & præſes ff. quando appellandum ſit. Igitur ſi canonici, vt membra habent vocem actiuã in actibus ſui capituli, a fortiori eam habebit Abbas, qui caput illorum eſt & eorum appellatione continetur.

4 Quarto nam Abbas commendatarius in commenda ſibi à Pontifice conceſſa ad vitam, habet ius in ea, ac titulum, vt in c. dudum 2. de electione, & ideo poteſt pręſentare, ſicut quilibet alius qui titulum habet: quia fructus recipit vt inquit Archidiac. in cap. nemo de electione in 6. nam præſentatio eſt in fructibus, vt in c. conſultationibus de iurepatr. gl. in c. cum olim de maior. & obed. & in c. cum Bertoldus de re iudic. verbo quodam iure. ergo habet vocem actiuam in actibus ſui capituli alias enim non poſſet præſentare.

5 Quinto facit generalis doctrina gloſę in cap. edoceri de reſcriptis, & in cap. cau ſam quæ de iudicijs quæ habet monachos ſeù canonicos nullum negotium facere, ſeù decidere poſſe ſine conſenſu ſui præſati, & ſuperioris, Igitur euidenter conſtat talem Abbatem ſeu ſuperiorem etiam ſecularem vocem actiuam habere in actibus ſui capituli licet regularium ſit.

6 Sexto & vltimo hæc ſententia & oppinio probatur nam eligere, & conferre beneficia, & locare poſſeſſiones, & fructus illarũ, sũt fructus beneficij, vt voluit Franciſc. Pauinus in tract. de offic. & poteſtat. cap. ſede vacante 3. par. 2. partis col. 4. ex gloſ. in d. cap. cum olim de maior. & obedient. & ex c. veſtra de locat & c. fi. ne prælati vices ſuas, ſed ſic eſt ꝙ ad Abbatẽ commendatarium pertinent omnes fructus Abbatiæ, vt probat Rebuff. in tractat. de pacific. poſſ. nu. 43. & in praxi benefic. num. 17. Rom. conſ. 350. num. 8. Hoieda de benefic. in compat. num. 6 & 8. cap. 14. 1. part. ergo debet habere vocem actiuam in actibus ſui capituli.

7 Contraria tamen ſententia, ſcilicet nullã habere vocem actiuam in capitulo canonicorum regularium Abbatem ſecularem commendatarium probari videtur ex ſequentibus. Primo nam canonicus, qui non eſt ſaltim in ordine ſubdiaconatus initiatus, non habet vocem in capitulo quia à iure quo ad hoc cenſetur diuerſę profeſſionis, vt probatur in clem. vt ij, qui, de ętate & qualitate, & in Concil. Tridentino ſeſſ. 22. de reformat. c. 22. & ſimiliter Abbas etiam ſi ſit profeſſus, non tamen in ordine ſacerdotali cõſtitutus (qui requiritur ad Abbatialem dignitatem ea c. cum in cunctis §. inferiora de electione c. licet canon. eod. tit. in 6.) non habet vocem in capitulo quia cenſetur à iure diuerſę profeſſionis, ergo dicendum eſt nullam poſſe habere vocẽ in actibus ſui capituli.

8 Secundo nam ex diſpari obſeruantia in eodem loco ſcandalum generatur cap. Deus, qui de vita, & honeſtat. cler. quia ex tali ſocietate regularibus occaſio præſtatur religioſę vitæ rigorem relaxandi, ꝙ euitari omnino debet, vt inquit Imol. in Clementin. 1. de electione Dec. conſ. 640. num. 14. igitur cum Abbas ſit ſecularis, & Canonici regulares, non debet admitti in actibus capituli ſaltem ad vocem, & ſuffragia præſtanda in eis.

9 Tertio facit pro hac ſententia tes. in clem.

clem.1.de electione, vbi expreſſe conſtituit Pontifex ne quis diuerſæ profeſſionis aſſocietur in capitulo alterius religionis ad hoc vt habeat vocem, & votum quemadmodum ſi eſſet eiuſdem profeſſionis cuius ſunt cæteri capitulares.

10 Quarto nam iure communi attento, certiſſimum eſt ſolum illos, qui ſunt illius habitus, profeſſionis requiſitæ, eſſe de capitulo, & in eo vocem habere poſſe capitul. final. §. præcipimus de ſtatu Monach. & not. Innoc. in cap.2. de Inſtit. Imm in cap. fin. de præben. in 6. ergo cum dictus Abbas (vt ſupponitur in quæſtione) ſit ſecularis, & Canonici regulares, dicendum eſt non debere admitti in capitulo, nec ſi admittatur in eius actibus, poſſe vocem actiuam habere..

11 Quinto, & vltimo hæc ſententia ſuadetur ex eo, nam omne animal diligit ſuũ ſimile. vt probatur Eccleſ. cap.13. Vnde à contrario homines diuerſę profeſſionis ſunt inter ſe diſcordes, infeſti, & contrarij, & ex ſocietate illorum ſcandalum poteſt oriri. igitur ad illud vitandum, licet alias Abbas ſit caput illorum, excludi debet à capitulo regularium argum. d.cap. Deus qui, de vita, & honeſt.cleric., quem textum ſingularem, & valdè notabilem eſſe dicit ibi Abbas.

12 Ex quibus fundamentis attento iure communi, proculdubio dicendum erat hanc ſecundam opinionem negatiuam veriorem eſse, vt ſcilicet Abbas Cõmendatarius ſecularis non habeat vocem actiuam in capitulo Canonicorum regulariũ. verum cum in propoſita quæſtione ſupponatur iſtam Abbatiam conceſsam fuiſſe à Summo Pontifice in cõmendam perpetuam, veriorem extimo primã opinionem affirmatiuam, & ſic reſoluendum dictum Abbatem debere admitti in omnib. actibus ſui capituli, & in eis poſſe vocem, & votum actiuum præſtare, ſicut ſi eſset regularis, ex fundamentis an.1. adductis.

13 Et ex eo præcipuè, nam quando Põtifex fecit eum Prælatum, & Abbatem, & conſtituit in caput ſui capituli, cẽſetur illum conſtituiſſe, & habilitaſſe in plenitudine integræ poteſtatis cum diſpenſatione cuiuſlibet impedimenti, quod facere poteſt: cum contra Ius commune maximè in beneficialibus, liberè diſponere poſſit clement.1. vt lite pend. & ſic ei videtur conceſſiſſe, quæ Abbas proprietarius, & regularis habebat; In cuius locum iſte fuit ab eo ſubrogatus. quomodo reſpondetur ad fundamenta contrariæ opinionis, & reſolutum remanet dictum Abbatem habere vocem actiuam in omnibus actibus ſui capituli etiam ſi ſecularis ſit, cæteri vero capitulares ſint regulares.

SVMMARIVM.

1 *Illud dicitur dignius, & perfectius, quod magis adhæret præcepto Diuino.*
2 *Perfectio ſtatus magis conſiſtit in dilectione Dei, quam in dilectione proximi.*
3 *Epiſcopi iure diuino fuerunt inſtituti, & loco Apoſtolorum ſubrogati, & eorum vices in terris gerunt.*
4 *Non licet à maiori, & digniori ſtatu, ad minorem, & viliorem tranſire.*
5 *Propria facultatis renunciatio dupliciter conſideratur; nempè in actu, & quoad præparationem animi.*
6 *Proximi dilectio prouenit ex abundantia dilectionis Dei.*
7 *Vtilitas huius quæſtionis.*

Religioſorum ſtatus, an ſit dignior, & perfectior ſtatu Epiſcoporum?

QVÆSTIO. III.

1 Difficilis quæſtio eſt, an religioſorum ſtatus ſit dignior, & perfectior prælatorum ſeculariũ ſtatu? & digniorem eſſe ex ſequentibus probari videtur.

Primo, nam illud dicitur perfectius, quod magis adhæret præcepto diuino, vt patet: ſed ſtatus religioſorum magis adhæret præcepto diuino, quam ſtatus prælatorum. ergo

Diſcurſus legitimus eſt. maior patet: quis enim ſanæ mentis negabit illud eſſe perfectius, quod magis adhæret præcepto diuino; minor autem nempè quod religioſorum ſtatus magis adhæreat præcepto diuino, probatur ex illo Matthæi c.19. ibi. *Si vis perfectus eſſe vade, & vende omne quod habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo.* Quod religioſi ad vnguem exequuntur: Cum nihil pro-

proprij habeant, nec habere poſſint cap. cum ad monaſterium infra hoc tit. quando enim religionem ingrediuntur, ſe, & ſua dedicant Deo c. in præſentia de probat. auth. ingreſſi C. de Sacr. Sanct. Eccleſ. Prælati autem res proprias, & acquiſitas habent, & de eis diſponere in vita, & in vltimo vitæ ſpiritu poſſunt c. Epiſcopo c. ſint manifeſtæ 12. q. 1. c. 1. 12. q. 4. c. quia nos c. relatum de teſtam. ergo euidenter conſtat religioſorum vitam digniorem, & perfectiorem eſſe ſtatu Prælatorum.

2 Secundo, nam perfectio ſtatus magis conſiſtit in dilectione Dei, quam in dilectione proximi, vt cõſtat ex decalogi præceptis, in quibus primum locum obtinet dilectio Dei, proximum enim diligimus propter Deum.

Sed ſtatus religioſorum directè ordinatur ad dilectionem Dei, vt probatur primo authoritate Dionyſij c. 6. Eccleſiaſticę Hierarchię circa finẽ, vbi inquit religioſos ex Dei ſeruitio, & famulatu nominari.

Secundo, quia ſtatus religioſorum directè ordinatur ad vitam contemplatiuam, quæ perfectior eſt vita actiua, ex ſententia Diui Greg. 1. p. curę paſtoralis c. 7. in principio; ſtatus autem Prelatorum ordinatur ad proximi dilectionem directè, vt conſtat primo ex ipſius nominis ethymologia, quam refert Diuus Iſidor. lib. 1. Ethymol. c. 12. relatus in c. clericos verſ. *Epiſcopatus* 21. diſt. *Epiſcopatus autem,* inquit, *vocabulum inde ductum, quod ille qui efficitur Epiſcopus, ſuper intendat ſcilicet curam quærens ſubditorum.* Secundo ex c Epiſcopus, c. pręcipimus, c. res Eccleſię, c. nulli, & ferè per totam 12. q. 1. vbi habetur Epiſcopos res Eccleſię diſpẽſare debere in pauperes, & indigẽtes proximos. Ergo dicendum omninò eſt ſtatũ religioſorum digniorem, & perfectiorem eſſe ſtatu Prelatorum.

3 Contraria tamen ſentẽtia nempè Epiſcoporum ſtatum digniorẽ, & perfectiorẽ eſſe ſtatu religioſorum ex ſequẽtibus probatur fundamẽtis. Primo, nam certiſſimi, & indubitati iuris eſt Epiſcopos diuino iure fuiſſe inſtitutos, & loco Apoſtolorũ fuiſſe ſubrogatos, eorumq; vicem in terris gerere, vt conſtat ex c. in nouo 21. diſt. & ex c. fi. 68. diſt. & varijs authoritatib. probat Medina lib. 1. de ſacrorum hominum origine c. 7. 8. & 9. ſed ſic eſt, quod ſubrogatus ſapit naturam ſubrogati l. ſi eum §. iniuriarum ff. ſi quis caution. & ſuccedit in ordine, quem tenebat ille, in cuius locum ſubrogatio facta eſt l. comperimus, & ibi gloſ. C. de proximis ſacrorum ſcriniorum lib. 12. Ergo cum Apoſtolorum ſtatus ſit dignior, & perfectior cęteris, dicendum eſt etiam ſtatum prelatorum digniorem, & perfectiorem eſſe.

4 Secundo, nam nulli licet à maiori ſtatu ad minorem tranſire: hoc enim eſſet retro aſpicere, vt optimè docet D. Tho. 2. 2. q. 184. art. 7. ſed poteſt quis ab ſtatu religionis tranſire ad ſtatum Epiſcopalem c. ſtatutum 18. quęſt. 1. ergo ſtatus Epiſcoporum perfectior, & dignior eſt ſtatu religioſorum; quod fundamentum corroboratur ex text in cap. hoc nequaquam 7. quęſt. 1. vbi Conſtantinopolitana Synodus in hęc verba, *Monachorum enim vita ſubiectionis verbum, & diſcipulatus; non docendi, vel præſidendi, vel paſcendi alios.* ex quibus ſatis colligitur, qđ cum Monachi, & religioſi ſubiectionis verbum habeant; recto ordine decretaliũ compilator prępoſuit tractatum clericorum, & pręlatorum ſecularium, tractatui de regularibus.

5 Nec huic veriſſimę reſolutioni obſtant fundamenta ſupra pro contraria adducta: nam ad primum breuiter reſpondetur proprię facultatis renunciationem dupliciter conſiderari poſſe, primo ſecundum quod eſt in actu, & ſic in ea non conſiſtit principaliter perfectio; ſed eſt quoddam perfectionis inſtrumentum. Secũdo cõſideratur ſecundum præparationẽ animi, vt. ſ. homo ſit paratus ſi fuerit opus, omnia dimittere, vel diſtribuere, & hoc pertinet directè ad perfectionẽ, vt docet D Aug. lib. 2. de quæſt. Euang. c. 11. Vnde cum ad hoc maximè teneantur Epiſcopi, vt in c. expedit, c. videntes cum c. ſeq. 12. q. 1. quamuis ſtatus Epiſcopalis ex natura ſua nec votum paupertatis contineat, tamen altior, & perfectior eſt ſtatu religioſorum hæc vota habente: nam ij velle nõ creduntur licet faciant: quia obſequũtur imperio Domini ratione voti l. velle non creditur ff. de reg. iur. Illi vero donare videntur, quia nullo iure cogente concedũt bona ſua erogando in neceſſitates pauperum cum opus eſt. l. donari ff. eod. tit.

6 Nec obſtat ſecundum: nam ex eo, quod Epiſcopi tendunt ad proximi dilectionẽ, directè diligunt Deum; cum proximi cura perueniat ex abundãtia dilectionis diuinæ. Vnde Dominus primo quæſiuit a

Petro

Petro an ipſum diligeret? & poſtea ei ſuæ gregis curam commiſſit: ſicut enim maius amicitię ſignum prębet, qui propter amicum alij ſeruit, quam qui amico deſeruire curat, ita etiam Prælati propter Deum proximos diligentes, maius dilectionis Dei ſignum præſtant, vt optimè docet Diuus Gregor. 1. part. curæ paſtor. cap. 5. Vnde reſoluendum eſt Epiſcoporum ſtatum digniorem, & perfectiorem eſſe ſtatu religioſorum ex iuribus, & rationibus ſupra ponderatis, & infra dicendis in ſequentis quæſtionis diſputatione.

7 Huius autem quæſtionis vtilitas conſiſtit in eo, quod cum digniora ſint ſemper præferenda l. 1. ff. de aluo ſcrib. capit. ſolitæ de maior. & obed. & dignior ſit ſtatus Epiſcoporum ſtatu religioſorum; Ideo decretalium compilator prius egit in lib. 3. decretal. de Epiſcoporum ſtatu, & poſtea in tit. 3. lib. 3. de religioſis.

SVMMARIVM.

1 *Clericorum ſtatus an ſit dignior, & perfectior ſtatu religioſorum?*

2 *Ponderatur textus elegans in cap. duæ ſunt 19. quæſt. 2.*

3 *Ponderantur aurea verba Diui Auguſtini in cap. quantumlibet 47. diſt.*

4 *Deciſio Concil. Tolet. relata in cap. clerici 19. q. 1. refertur.*

5 *Religioſi ad clericale munus promouendi quæ probare debeant?*

6 *Virtus conſiſtit circa difficile, & bonum*

7 *Argumentum ab ordine literæ in iure receptiſſimum eſt, & quare?*

8 *Religioſorum vita perfectior eſt quoad ſtatum; clericorum autem quoad honores eſt dignior, & excellentior.*

Clericorum ſtatus an ſit dignior, & perfectior ſtatu religioſorum?

QVÆSTIO. IV.

1 PRoxima eſt præcedēti quæſtioni alia nō minus elegans, & curioſa an ſtatus clericorū ſit perfectior; excellentior, & dignior ſtatu religioſorum? In qua quęſtione varias inuenio interpretum opiniones, nam D. Tho. 2. 2. q. 184. art. 8. Indiſtinctè aſſerit religioſorum ſtatum eſſe perfectiorē. Nauarrus vero lib. 3. de regular. conſ. 15. exiſtimat Pręsbyteri curam animarum habentis ſtatū, eſſe perfectiorem ſtatu religioſorum regularium. Ioannes Monachus in rub. huius tit. in 6. reſoluit clericos ſeculares eſſe perfectioris ſtatus religioſis laicis, aut conuerſis. Ioan. Andr. & Anchar. in rubr. de regular. huc, & illuc fluctuantes conſtituunt hanc eſſe de quæſtionibus, quæ Principis arbitrio relinquuntur; & ideo in ea non eſſe inſiſtendum.

2 Ego autem ne laborem ſubterfugiſſe viderer, veritatem huius quæſtionis inquirere curaui, vt ſaltem ex eius diſputatione aliquam deducere valeatis vtilitatem. & pro opinione eorum, qui exiſtimant religioſorum ſtatum eſſe perfectiorem, faciūt ſequentia fundamenta. Primo facit text. in cap. duæ ſunt 19. quæſt. 2. vbi Gratianus hæc Vrbani 2. verba refert. *Si quis autem in Eccleſia ſub Epiſcopo populum retinet; & ſeculariter viuit; ſi afflante Spiritu Sancto in aliquo monaſterio, vel regula canonica ſaluare ſe voluerit, quia lege priuata ducitur, nulla ratio exigit cur lege publica conſtringatur.*

3 Secundo facit text. in c. quantumlibet 47. diſtinct. vbi Diuus Auguſt. de ſtatu Clericorum loquens, inquit, *nec mihi arrogare audio, vt domus mea melior ſit, quam Arca Noè.* & Paulo inferius ibi. *ſimpliciter autem caritati veſtræ fateor coram Domino Deo meo, qui teſtis eſt ſupra animam meam, ex quo Deo ſeruire cœpi, quomodo difficile ſum expertus meliores, quam qui in monaſterijs perfecerunt; Ita non ſunt peiores, quam qui in eis defecerunt.*

4 Tertiò facit text. in c. clerici 19. q. 1. vbi hæc Toletani Concilij verba referuntur, *Clerici, qui Monachorum propoſitum appetunt, quia meliorem vitam ſequi cupiunt, liberos eis ab Epiſcopis in monaſterijs oportet largiri ingreſſus.*

Ex quibus fundamentis rectè probatur religioſorum ſtatum eſſe perfectiorem ſtatu Clericorum ſæcularium.

5 Sed contraria ſententia imo clericorū ſtatum eſſe perfectiorem, excellentiorem, & digniorem probatur ex alijs tribus vrgentiſſimis fundamentis.

Primo

Primo ex tex. in c. 1. 55. diſt. cap. ſi quis 77. diſt. vbi dicitur religioſos, & eos, qui monaſterialibus fuerunt eruditi documẽtis, non poſse ad clericatus munus accedere, niſi probetur prius aliquo non eſse facinore infectos, vt in cap. nuper de tempor. ordin. Curiæ nexibus eſse abſolutos capit. 1. de obligatis ad ratiocinia non ordinat., ſeruili, aut originariæ conditioni non eſſe obnoxios, vt in c. 1. cum ſeq. de ſeruis non ordin. Secundam non habuiſſe vxorem, aut a marito dimiſſam, non fuiſſe ſortitum cap. 1. cum ſeq. de bigamis. nulla corporis parte fuiſſe vitiatos cap. vnico de corpore vitiatis. aut literas fuiſſe exequutũ, vt in cap. 1. cũ ſeq. de ætate, & qualitate ordine perficiẽdorum; quę cum non requirantur ad hoc vt quis religioſus efficiatur, euidenter ſequitur clericorum ſtatum eſſe excellentiorem, & digniorem.

6 Secundo facit, nam virtus conſiſtit circa difficile, & bonum, vt ex Ethycorum cap. 2. probat Diu. Thom. d. artic. 8. ſed difficilius eſt bene, & abſq; peccato in ſęculo viuere clericos ſeculares mundi periculis ſubiectos, quam regulares, qui ab eis exempti, in monaſterio tanquam in Arca Noè incluſi viuunt, vt probat D. Auguſt. in d. c. quantumlibet. Ergo Clericorum rectè, & abſq; peccato viuentium ſtatus perfectior eſt ſtatu religioſorum.

7 Tertio hæc ſententia probatur per argumentum ab ordine literę, quod in iure noſtro receptiſſimum eſt ex doctrina Bal. in l. conuenticulam C. de Epiſc. & Cleric. & Euerar. in locis legal. cap. 1. ex ordine enim literæ inducitur mens, & voluntas diſponentis l. quotiens in principio ff. de vſufruct. l. generaliter §. quid ergo ff. de fideicommiſſar. libert. l. qui non ſoluendo 2. ff. ad Trebell. etiam quoad prærogatiuam, & excellẽtiam ex doctrina gloſ. verbo prædicatorum in cap. quorundam de electione lib. 6. & gloſæ verbo Pręedicatores in c. fi. de pręben. in 6. Sed ſic eſt, quod quoties in iure noſtro de vtroque ſtatu ſimul agitur, prius nominantur Clerici ſęculares, quam regulares, vt in rub. ne Clerici, vel Monachi, & in Concil. Trident. ſeſſio. 25. de regularibus capit. 13. ergo eorum ſtatus excellentior, & dignior eſt.

In qua opinionum contrarietate, pro earum concordia conſtituo Domini religioſorum vitam eſſe perfectiorem quoad ſtatum: eorum enim ſtatus, tanquam ad vitam cõtemplatiuam directus, perfectior eſt; vita autem clericorum ſecularium eſt excellentior, & dignior quoad dignitates & honores: quia cum ab ipſo Deo fuerint electi, & Chriſti vocati in Pſal. 104. *Angeli, & Dei imitationem monaſticus ordo inſtituit*, vt probat Dionyſ. cap. 6. Eccleſiaſticæ Hierarchiæ 1. par. neceſſario quoad honores, prærogatiuas, & præeminentias debent præferri regularibus. Vnde rectè fuit collocatus tractatus de regularibus, poſt tractatum de clericis ſecularibus, de quibus actũ fuerat in tit. 1. lib. 3. decretal. & de regularib. agitur in tit. 31. eiuſdem libri. Secundum quam diſtinctionem facilè poteris intelligere iura pro vtraque opinione adducta.

SVMMARIVM.

1 *Bona grauata onere memoriæ, aut anniuerſarij perpetui, an ſint affecta ſua natura vinculo maioratus?*

2 *Fideicommiſſum perpetuum eſt onus, & in dubio debet interpretari, quod non ſubſiſtat.*

3 *Bona feudalia ſcilicet indiuiſibilia, & cum onere perpetuo recognoſcuntur à Dominis.*

4 *Ex onere perpetuo non inducitur fideicommiſſum perpetuum.*

5 *Fideicommiſſum, & maioratus inducuntur ex coniecturis.*

6 *Ea quæ ſunt indiuidua, non poſſunt ad plures peruenire, ſed ad vnum tantum, ſcilicet maiorem ob priuilegium ætatis.*

7 *Legatum annuum ex certa re non afficit rem.*

8 *Rationes, propter quas fundat quis maioratum, aſſignantur.*

9 *Reſolutio ad quintum fundamentum num. 3. adductum.*

10 *Reſolutio ad vltimum fundamentum. num. 4. adductum.*

Bona

Bonã grauata onere memoriæ, aut anniuerſarij perpetui, an ſint affecta ſua natura vinculo maioratus cum clauſulis ordinarijs in dicto maioratu?

QVÆSTIO. V.

1 QVod non ſit maioratus, & poſſint liberè alienari cum dicto onere probatur. Primo ex l. nihil proponi ff. de leg. 1. vbi hæres grauatus dare quotannis alicui reipublic. ad ſportulas rectorum redditus aliquorum ædificiorum, non prohibetur ædificia diſtrahare ſalua sẽper legati cauſa, ecce vbi text. expreſsè probat, quod onus perpetuum adiectum certę rei, non inducit prohibitionem alienationis. ergo ſucceſſor illius poterit eam liberè alienare cum ſuo onere.

2 Secundo, nam fideicommiſſum perpetuũ non inducitur ex vna coniectura, ſed ex pluribus, & valdè vrgentibus, & illudentibus, vt probat latè Burſat. conſ. 51. nu. 9. lib. 1. quia perpetuum onus eſſet, & in dubio debet interpretari, quod non ſubſit, vt eleganter notat Rimin. conſil. 31. num. 3. lib. 1. Cæphal. conſil. 447. num. 16 & 394. num. 26. & 420. num. 13. & 353. num. 36. lib. 3.

3 Tertio facit nam bona feudalia ſunt indiuiſibilia, & cum onere perpetuo recognoſcuntur à Dominis, & nihilominus non inducitur maioratus perpetuus ex eorum indiuiſibilitate, & oneribus annexis; etiam ſi ſint bona qualificata, & iuriſdictionalia, ſed vadunt ad omnes filios feudatarij vltimo morientis cap. 1. §. vidimus qui feudum dare poſſunt cap. 1. de ſucceſs. feudi cap. 1. de feud. March. cap. Imperialem §. præterea ducatus 2. par. de prohibita feud. alien. per Feder. in vſibus feud. Ergo ita erit in his bonis anniuerſariorum indiuiſibilibus.

4 Quarto facit doctrina Oldradi conſil. 21. per totum vbi ex onere perpetuo etiam cum pluribus conditionibus ſubſtitutus, & deficientibus conditionibus dicit non eſſe inductum fideicommiſſum perpetuum, ſed iudicat bona libera cum onere.

5 His tamen non obſtantibus fundamentis contraria ſententia verior eſt, quæ ex ſequentibus ſuadetur. Primo nam fidei commiſſum, & maioratus inducuntur ex coniecturis, l. cum proponebatur ff. de leg. 2. l. vnum ex familia §. fi. & ibi Bart. ff. eodem, & notat Ant. Gomez. in l. 40. Tauri num. 64. Molina de Hiſpan. 1. gen. lib. 1. cap. 3. per totum, & capit. 5. Mantic. de coniecturis lib. 6. titul. 15. Sed in caſu noſtro ex natura rei, quæ eſt indiuiſibilis, & ex natura oneris perpetui, & frequenti vſu teſtantium colligitur euidens coniectura maioratus. Ergo dicendum eſt ex eis induci maioratum.

6 Secundo ſuadetur hæc ſententia ex eo: nam ea, quæ ſunt indiuiſibilia, non poſſunt ad plures peruenire, ſed ad vnum tantum; qui vnus debet eſse maior ob reuerentiam ætatis, prout in fauorem primogeniti plura ſtatuta ſunt priuilegia: ſi quidem inſtrumenta communia debent eſſe apud maiorem l. fi. ff. de fide inſtrum. & claues, arma, & inſignia domus, vt per Boer. in tractat. de cuſtod. clau. num. 62. & alijs priuilegijs potiuntur primogeniti, de quibus per Gullel. de Monteferrat. in titul. de ſucceſſione regni à num. 20. igitur dicendum eſt in caſu noſtro induci maioratum.

7 Qua retenta ſententia, non obſtant fundamenta contrariæ: nam ad primum reſpondetur in d. l. nihil proponi non conſtare quod onus fuerit perpetuum, nec onus illud fuit adiectum ſuper illa re; ſed ſolum hæres fuit grauatus dare fundi redditus. ex quo I. C. deducit fuiſſe ortam actionem perſonalem contra hæredem; non vero rem grauatam, nec actionem realem dari. quod manifeſtius declarat I. C. in l. fundi Trebutiani ff. de vſufructu leg. vbi dicitur quod hæres poteſt ſoluere æſtimationem dictorum redditum, & vendere rem. Igitur res ipſa non erat grauata, nec affecta aliquo vitio reali hypothecæ, vel vſusfructus. Idque etiam manifeſtius probat text. in l. Caius ſeius ff. de annuis legatis, vbi legatum annuum ex certa re non afficit rem.

8 Nec obſtat ſecundum: nam reſpondendum eſt, quod coniectura oneris, & alia de quibus dicto num. 5. ſunt ſuffi-

cientia ad præſumendum teſtatoris voluntatem in fauorem maioratus, qui interrogatus proculdubio ſic reſponderet, vt illius memoria conſeruaretur, & eius familia non periret, vt fundator per illam memoriam cognoſceretur; quod quidem fieri non poſset; niſi bona illius perpetuo vnita in familia remanerent, & vnus eſset eorum ſucceſsor, ne induceretur confuſio, & diminuerentur, & alienarentur.

9 Tertium nō obſtat; nam reſpondeo, vel quod ſpetiale eſt in feudis, vel procedit ex tenore inueſtiturarum, quæ fiunt ex pacto, & prouidentia, & ſecundum vſus feudorum.

Ad vltimum denique reſponderi poteſt, quod exiſtentibus coniecturis concludentibus veriſimilem mentem teſtatoris, plures alij tenuerunt contra Oldradum, vt conſtat ex citatis ab eo dicto conſil. 21. prout nos tenemus ex fundamentis proximè adductis. quod autem ſint coniecturæ plures, & concludentes, patet ex his, quæ diximus num. 5. & 8. & ſic reſoluendum eſt in propoſita quæſtione maioratus induci ex bonis grauatis onere memoriæ, aut anniuerſarij perpetui.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina exercere non poſſunt ea, quæ ſunt de poteſtate clauium.*

2 *Laici ſunt incapaces rerum ſpiritualium.*

3 *Clerici ſecularibus immiſceri negotijs non debent.*

4 *Vbi maius periculum ineſt, ibi cautius eſt attendendum.*

5 *Abbatiſſa poteſt exercere iuriſdictionem Epiſcopalem ſaltim in habitu, & num. ſeq.*

7 *Prælatus electus, & confirmatus; non tamen conſecratus, habet iuriſdictionem Epiſcopalem in habitu; non tamen in actu.*

8 *Abbatiſſa, & moniales ſunt capaces iuris ſpiritualis quoad habitum.*

9 *Quilibet præſumitur bonus; niſi contrarium probetur.*

Beneficium curatum an poſſit vniri monaſterio Monialium?

QVÆSTIO. VI.

1 Beneficium curatum monaſterio monialium vniri non poſſe prima facie reſpōdendum videtur ex ſequentibus. Primo nam fœminæ exercere non poſsunt ea, quæ ſunt de poteſtate clauium, vt notat Abb Fely. & alij in cap. dilecta de maior & obed. Franciſcus Marcus deciſ. 953. num. 6. Igitur non valet dicta vnio: cum ex cadaretur poteſtas clauiū incapacibus.

2 Secundo nam Abbatiſsa, & moniales ſunt perſonæ laicæ, vtpotè quę nullum ordinem habent, nec habere poſsunt; ſed laici ſunt incapaces rerum ſpiritualium, vt per Abb. in capit. ſi. 5. requiſito de conſuetud. & probatur in cap. 2. de Iudic. c. ſi quis deinceps 16. quęſt. 7. cap. cum terra cap. maſsana de electione. Igitur cum ſint incapaces, non poterit earum monaſterio in ſpiritualibus vniri.

3 Tertio nam ſi propter aliquam rationem prohibetur in c. nulla ędificia 12. q. 1. ędificia fieri in atrio Eccleſiæ ſecularibus; ea pręcipuè ne clerici ſecularibus immixti negotijs, ex diuinis extrahantur officijs. Sed hæc ratio militat in caſu noſtro: cum ſi fiat talis vnio, neceſsarium ſit vt Abbatiſsa ſaltim diſtrahatur à diuinis officijs ob prouiſionem dicti beneficij, & aliorū, quę ſecum traheret dicta vnio. Ergo dicendum eſt fieri minimè poſse.

4 Quarto nam vbi maius periculum ineſt, ibi cautius eſt attendendum, c. vbi periculum de elect. in 6. ſed maximum periculū ineſt in eo, quod vnio beneficij fiat monaſterio monialium: ſi quidem ſequitur neceſsaria conuerſatio earum non ſolum cū eo, cui beneficium dederint; ſed etiam cū parochianis, ex qua ſępenumero contemptus oriri ſolet ob facilitatem mulierum, quam ſummā eſse dixit gloſ. in c. forus per text. ibi de verborū ſignificatione. Igitur dicendum eſt dictā vnionē fieri nō poſse.

5 His tamen non obſtantibus fundamētis contrarium verius, & probabilius eſt, vt

conſtat

Digitized by Google

conſtat ex ſequentibus. Primo ex textu in c.dilecta de maioritate,& obed.vbi expreſsè Summus Pontifex docet Abbatiſſam poſse habere,& exercere iuriſdictionem Epiſcopalem, & conferre beneficia, & clericos cõſtituere,& deſtituere,& Vicarios nominare ad ſuſpendendum,& excõmunicandum,vt notant Abb.& Fel.& & omnes ibi,& Lábert.in tract. iuriſpat. lib.2.p.1.q.5.principali art.5.n.4. Sãctus Antonius in tract. ſuſpẽſionis n.71. Marſil.in tract.de Eccleſ.redditibus c.15.n.8. igitur erit etiam capax curę parochialis in habitu, ex priuilegio tamen Apoſtolico cum ſit iuriſdictionis ſaltim quoad habitum licet in actu exercendi dependeat à poteſtate clauium, & per conſequens valet dicta vnio.

6 Secundo,nam Vicaria poteſt vniri monaſterio monialium, & Abbatiſsa poteſt exercere curam per Vicarium, ut iudicauit Rota Rom. deciſ.21. de pręebendis in antiquioribus,vt conſtat ex Concil.Trid. ſeſs.25.c.11.& ſic multoties vidimus practicari:quia in Italia, & in Hiſpania ſunt plurima monaſteria monialium, quę habent ſimiles iuriſdictiones, & vniones. pręcipuè Illuſtre,& nobiliſſimum monaſterium monialium ordinis Diui Bernardi iuxta ciuitatem Burgenſem poſitum, quod vulgo *Las Guelgas de Burgos*. nominatur, (quod honoris cauſa nomino.) Igitur valet prędicta beneficij curati vnio facta monaſterio monialium.

7 Qua retenta ſententia,& opinione non obſtant fundamenta pro contraria adducta: nam ad primum reſpondeo, quod licet fœminę ſint incapaces ſpiritualium, quo ad claues; non tamen ſunt incapaces quoad habitum,ſed quoad actum. Vnde poterunt eam exercere per ſufficientes miniſtros,vt ſupra proximè probauimus,& ſic Prælatus electus, & cõfirmatus,non tamen conſecratus in actu,nõ poteſt exercere ea, quæ ſunt ordinis Epiſcopalis; & tamen habet in habitu iuriſdictionem,& ius exercendi eam in ſubditos,& poteſt exercere per alium, & idem in Abbate habente iuriſdictionem Epiſcopalem,vt in cap.fin.de officio Archid. & ibi Abb.& in c.dilectus de officio ord. vnde vere dicendum eſt dictam vnionem monaſterio monialium fieri poſse, & iuriſdictionem ſpiritualem quoad actum exercere per ſufficientes miniſtros retenta ſibi quo ad habitum.

8 Nec obſtat ſecundum: nam Abbatiſſa,& moniales non ſunt perſonæ laicæ, ſed religioſæ,& Eccleſiaſticæ, vt per ſe patet,& notant Syluester,& Ang. in ſuis ſummis,Syluester verbo excommunicatio 6. quæſt.2. Ang.verbo excommunicatio 5.num.27 & facit text.in c.de monialibus,& in cap. mulieres de ſententia excommunic. cum igitur ſint perſonæ Eccleſiaſticæ,& religioſæ,erunt capaces iuris ſpiritualis quoad habitum, vt diximus, & patet in conuerſo; qui licet non habeat ordines: quia tamen eſt perſona Eccleſiaſtica,eſt capax huius iuris, & poteſt beneficia conferre,vt notant Abb. & & Fely. in c. cauſam de præſcript. Selua in titul. de benefic.1.2. quæſt.14. num.3. per totam.

9 Deniq; non obſtant tertium, & quartum fundamentum contrariæ opinionis: nam breuiter reſpondendum eſt quod in d.c.nulla ædificia prohibetur ædificia fieri in atrio Eccleſiæ, ne clerici propter laicorum conuerſationem à diuinis extraherentur officijs. quæ ratio non militat in caſu noſtro: cum Abbatiſsa, & moniales ſolum cum clericis, & perſonis Eccleſiaſticis debeat conuerſari, & tractare ad prouiſionem beneficij, quæ conuerſatio iuſta, ſancta, & honeſta eſt, & contemptum parere non poteſt; etiam ſi facilitas mulierum maxima ſit, vt notat d.gloſ.in d.c.Forus. quilibet enim bonus præſumitur: niſi contrarium probetur, vt inquit text.in c.ſi. de præſumpt. & ſic his non obſtantibus, reſoluendum eſt beneficium curatum rectè poſse vniri monaſterio monialium.

SVMMARIVM.

1 *Per permutationem cum pracedere debeat renunciatio, vacant beneficia.*

2 *Tradens res profanas ex cauſa permutationis, non ſequuta traditione alterius partis, non poteſt propria authoritate illas capere; ſed repetere conditione ob cauſam.*

3 *Vbicumque priuatio, vel extinctio expreſſa vnius actus inducitur ad finem alterius; licet non ſequatur finis, extinctio tamen firma manet.*

4 *Quando ex mero iure proceſſit aliquis effectus, licet adſit æquitas illum extinguendi; tamen neceſſarium eſt miniſterium Iudicis, qui cauſatum à*

iure impedimentum tollat.

5 *Si per adeptionem ſecundi beneficÿ curati dimittat quis primum, & poſtea ſecundum euincatur, poterit liberè ad primum redire.*

6 *Renunciatio ex cauſa permutationis non pura, ſed conditionalis videtur.*

7 *Facilius quis reaſſumit ius, quod in beneficio habebat, quam de nouo acquirat.*

8 *Diſpendia litigantium ſunt vitanda.*

9 *Vt renunciatio valeat neceſſe eſt quod admittatur à ſuperiore.*

10 *Quando ad beneficium renunciatum quis redire non poſſit propria authoritate, & num. ſequenti.*

12 *Renunciatio, quæ fit ex cauſa permutationis, reſpectu renunciationis dicitur pura; conditionalis vero reſpectu ordinarÿ collatoris.*

13 *Interpretatur text. in cap. ſi beneficia de prabend. in 6.*

14 *Agens pro beneficio permutato, non tenetur probare permutantes ius habuiſſe in beneficio; ſed habitum, & communiter reputatum pro tali beneficiato.*

Permutantes inualidè: quia ius non habebant in beneficijs, an poſsint redire ad priora beneficia ſine noua ſuperioris collatione?

QVÆSTIO VII.

1 MAxima dubitatio eſt an permutantes inualidè: quia ius non habebant in beneficijs, redire poſſint ſine noua collatione ſuperioris ad priora beneficia? Et negatiua ſententia ex ſequentibus probari videtur. Primo, nam per permutationem; cum præcedere debeat renunciatio, vacant verè beneficia c. vnico de rerũ permut. in 6. c. admonet, c. qui in dubijs de renunt. & ideo ſine noua collatione obtineri non poſſunt cap. ex frequẽtibus de Inſtit. c. 1. de reg. iur. in 6. ius enim ſemel extinctum per renunciationem, abſque noua collatione non ſuſcitatur arg. l. qui res §. arcam ff. de ſolut.

2 Secundo quia tradens res profanas ex cauſa permutationis, ſi ex altera parte nõ adimpleatur permutatio, nõ poterit propria authoritate capere, ſed repetere.

3 Tertio quia vbicumq; priuatio, vel extinctio expreſsa vnius actus inducitur ad finem alterius, licet nõ ſequatur finis, extinctio tamen firma manet l. planè 34. in principio ff. de leg. 1. vbi ſi adimatur legatum vni, vel detur alteri, licet ille ſit incapax; ademptio tamen tenet.

4 Vltimo quia quando ex mero iure proceſſit aliquis effectus, licet adſit æquitas extinguendi illum; tamẽ neceſſarium eſt miniſterium Iudicis, qui cauſatum a iure impedimentum tollat, vt patet in remedio actionis reſciſſoriæ §. rurſus Inſtit. de act. & in terminis noſtris in c. cũ vniuerſorum. 8. de rerum permutatione. quibus fundamentis non relatis, hãc opinionem probarunt Abb. nu. 23. Fel. 11. Pariſ. 40. in c. cum venerabilis de except. dixit magis cõmunem Selua tract. beneficiorum q. 24. nu. 3. magis ęquam, & ſecuriorẽ Rodoan. tract. de Simon. 1. p. c. 10. nu. 30. quamplures ſequuta eſt Rota, vt deciſione 1. nu. 4. de rerum permut. in nouis, & deciſ. 1. de fil. præsbyt.

5 Contraria tamen ſententia probari videtur primo ex c. ſi beneficia de præbẽdis in 6. ibi *liberè reuertatur*, vbi ſi per adeptionem ſecundi beneficij curati, dimittat quis primum, & poſtea ſecundum euincatur, poterit liberè regredi ad primum beneficium, & ita propria authoritate abſq; collatione ſuperioris. arg. eorum, quæ notantur in c. à multis de ętat. & qualit. cap. cum olim de arbitris, c. cum plures de officio deleg. in 6.

6 Secundo quia renunciatio ex cauſa permutationis non pura, & libera; ſed conditionalis videtur, dummodo collatio fiat cum permutante arg. d. c. vnici, & ita nec titulus, nec poſſeſſio amittitur, niſi ſequta cõditione. l. ſi me in vacuarum 34. l. qui abſenti 38. §. 1. de acquir. poſſeſs.

7 Tertio quia facilius quis reaſſumit ius in beneficio, quod prius habebat, quã de nouo acquirat arg. l. filio quem pater 23. ff. de liberis, & poſth. c. cum acceſſiſſent de conſtit. ſicut teſtamentũ facilius reaſſumit vires ſuas priſtinas, quam nouas acquirat. l. 2. C. de poſthumis hæred. inſtit.

8 Vltimo, quia ſi neceſſaria eſſet noua collatio, permutantes litibus, & ſumptibus inanibus vexarentur contra text. in

c. ſi-

c.finem litibus de dolo, & contum. c.diſpendia de reſcriptis in 6. l. properandũ C.de iudic.& circuitus eſt vitandus.clem. auditor de reſcriptis.ex quibus hanc ſententiã probarunt Bellamer.nu.84.dec.73 in d.c.cum venerabilis Io.And. in d. cap. vnico,vbi Anchar.nu.23.Franch.11.poſt Card.& Imol. in c.quæſitum de rerum permut. & alij.

9 In qua controuerſa quæſtione diſtinguendi ſunt aliqui caſus. Primus eſt quãdo permutantes ad inuicẽ renunciant beneficia ex cauſa pmutationis, & ſuperior vel nõ admittit renunciationẽ, vel ea admiſsa,nõ confert beneficiũ compermutãti;ſed alteri: illa .n. renũciatio ſine dubio nulla eſt a principio, & permutãtes redire poſsũt ad ſua beneficia propria authoritate:nã vt valeat à principio renunciatio,neceſſe eſt vt admittatur à Superiore cap. admonite cap.fin.de renunciatione ea tamen admiſſa, neceſsario debet fieri collatio cõpermutanti clem.vnica de rerũ permut.ante quã mero iure valida erat c.cũ vniuerſorũ eod. tit.c.inter cętera de præb.hodie autẽ renunciatio tacitã habet conditionẽ,ſi collatio fiat cõpermutanti; conditio vero ante eius aduentũ ſemper ſuſpẽdit actũ l. cedere diẽ 213.ff. de verb. ſignif. etiã ſi ſit tacita l. cum quid 3. l.qui pecunia ff.ſi certũ pet. & ita nec titulus, nec poſseſſio amittuntur.l.nec vtilẽ 20.ff. ex quib.cauſis maiores l.qui abſẽti 32.§.1. ff.de acquir.poſseſs. vnde, & redire poſse ad priora beneficia propria authoritate tenet Im. Hoſt.& Abb.in d.c.inter cętera.

10 Secundus caſus,eſt quando aliquis ex pro compermutantibus fuit in culpa, vel ſcienter beneficium Sedi Apoſtolicæ reſeruatum coram Ordinario permutauerit. vel ſciens permutantem non habere ius in beneficio, vel alias per ſubreptionẽ gratiam obtinuit: tunc enim ad primum beneficium redire non poteſt arg.d.capit. ſi beneficia,ibi *ne talis ignorantia* c. 2. de renunciatione in 6. cap. cum olim de rerum permut. probant Io.Andr.num 5.Dominicus 20.Fran.11.in d. cap. vnico Federic.de permutationibus q.2.

11 Tertius caſus eſt quando beneficia ſunt collata ad inuicem ex cauſa permutationis, & poſtea aliquod eorum euincitur: tunc enim permutans non poterit ad primum beneficium propria authoritate redire arg. cap. licet Epiſcopus de præbendis, ſed neceſſaria erit auctoritas ſuperioris quia non habet collationẽ: illa enim dicetur canonica inſtitutio arg. c. cum olim de dolo & contumacia c. 1. de fil. præsbit. in 6.

12 Nec obſtat, quod renunciatio quæ fit ex cauſa permutationis, dicitur conditionalis ex d. cap. vnico, & per conſequens non cenſetur ius abdicatum à permutante niſi purificata conditione arg. d. l. qui abſenti §. 1. nam reſpondetur renunciationem, quæ fit in permutante, dici conditionalem reſpectu ordinarij collatoris, qui non poteſt conferre alteri, niſi ipſis permutantibus; ſed reſpectu renunciantis dicitur pura, & ideo requiritur noua collatio.

13 Nec obſtat item text.in d.cap.ſi beneficia: loquitur enim in dimiſſione propter iuris vacationem inducta, quæ effectum non habet, niſi ius in ſecundo beneficio fuerit acquiſitum arg. cap. paſtoralis 7.queſt. 1. cap. ſi quis iam translatus 21. quæſt. 1. ſecus vero in reſignatione ex cauſa permutationis, in qua ex verbis, & re ipſa remiſſio fit, & ita plus debet operari, quam ſimplex dimiſſio argumento c. 1. de tregua & pace leg. vall iſta ff.ad ſenatus conſultum trebellianum probant Io. Andreas & DD. in d. cap. vnico latius Rebuff. de pacifica poſſeſſione a nu. 140.

14 Illud etiam obſeruandum eſt in hac quæſtione, quod agens pro beneficio permutato, non tenetur probare permutãtes ius habuiſſe in beneficio, ſed eum habitum, & communiter reputatum, pro tali, argumento eorum, quę notantur in l.Barbarius ff. de officio prætoris, & in cap. innotuit de eo qui furtiue ordin. ſuſcep. & in cap. illud de præſumpt. Abb. num.24. Felin. 11. in d. cap. cum venerabilis Rota deciſ. 4. de rerum permut. in nouis. Et licet eo tempore vltra communem reputationem neceſſaria eſſet probatio decennalis poſſeſſionis anteceſſoris; Rota tamen ob breuem hominum vitam decennium ad triennium reduxit, vt probant Caſſador. in deciſ. 2. & 3. de cauſa poſſ. num. 6. & deciſ. 7. de procurator. Gomez.de triennali reg. quæſt. 16. & 30. Flam.de reſignat. lib. 14. quæſtio. 4. numero 10. ex quibus facilis eſt reſponſio ad fundamenta pro vtraque opinione adducta.

SVMMARIVM.

1 *Cartuſianorum religio alijs præfertur, & quare?*

2 *Sicut maius bonum minori, ita communis vtilitas particulari præfertur.*

3 *Cuiuslibet religionis perfectio conſiſtit in charitate ſubſtantialiter.*

4 *Perfectior eſt religio, quæ dirigitur ad vitam contemplatiuam.*

5 *Nulli licet à perfectiori regula ad imperfectiorem tranſire.*

6 *Epiſcopus abſque licentia Summi Pontificis Epiſcopatum deſerere non poteſt etiamſi in arctiorem religionem velit ingredi.*

7 *Quando religioſi ſanguinem proprium fundunt propter fidem Dei, quia id proprie martiribus competit alijs præferuntur.*

8 *Vtilitas huius quæſtionis demōſtratur. Et quotuplex ſit perfectio Chriſtianæ charitatis?*

Religio, quæ dirigitur ad vitam actiuam, an ſit perfectior ea, quæ dirigitur ad contemplatiuam?

QVÆSTIO VIII.

1 VARIAS in hac quęſtione reperio interpretum ſententias & opiniones: nam quidam exiſtimarunt perfectionem conſiſtere in vita ſolitaria in qua anachoritæ cōtemplationi vacant, cum auſteritate, & ſeueris pęnitentijs, & mortificatione carnis. Nam finis ſolitariæ vitę eſt contēplatio Dei, & diuinorū, vnde cum anachoritæ ſe totos dent contemplationi vitæ beatæ, vt aſſerit Bellarm. lib. 2. cap. 39. cum Bernar. Hieron. & Aug. in cap. 1. ſuę regulę, eorum religionem tamquam perfectiorem, cæteris omnibus eſſe pręferendam D. Thom. 2. 2. quæſt. 188. artic. 6. & D. Aug. de moribus Eccleſię cap. 31. Nauarr. cum alijs ab eo relati in cap. ſtatuimus num. 32. de regularibus aſſerunt. Vnde religio Cartuſienſis præfertur alijs, quia cum vltra contemplationem ſeruetur ſilētium, chorus, aſperitas vitę in clauſura, abſtinentia carnium, etiam in morbo, & cilicium perpetuum, vt inquit S. Bern. in lib. ad fratres de monte Dei poſt princ. perfectior dicitur, & tutior a periculis mundi, & proximorum, vt probat Emanuel Roder. tom. 3. quæſtio. regular. quæſt. 48. num. 1. Alij autem ſupremum perfectionis gradum tribuunt cuidam vitæ actiuæ, vt tenent Abbas in leg. per diuerſos Cod. mandati, & in leg. 1. vbi Iaſ. col. 3. ff. de iuſtit. & iure, Lucas de Pēna in l. 2. Cod. de dignitat. lib. 12. & Hoſt. in procemio ſummæ col. 4. quorum ſententia probatur ex ſequentibus.

2 Primo ex tex. eleg. in cap. licet de regularibus in verſic. ſi vero, vbi dicitur, quod ſicut maius bonum minori bono præponitur, ita communis vtilitas ſpeciali vtilitati præfertur, & in hoc caſu recte præponitur doctrina ſilentio, ſollicitudo contemplationi, & labor quieti, ergo euidenter conſtat perfectiorem eſſe vitam actiuam contemplatiua, & conſequenter perfectiores eſſe religiones, quę diriguntur magis ad vitam actiuam, quā ad contemplatiuam.

3 Secundo nam cuiuslibet religionis perfectio ordinatur, & conſiſtit in charitate ſubſtantialiter. textus eſt in extrauaganti ad cōditorem Ioannis 22. & probat D. Thom. 2. 2. quæſt. 184. artic. 7. ad 1. & quæſt. 188. articul. 2. nam charitas eſt vinculum perfectionis, vt ait Apoſtol. ad Coloſſenſ. 3. ſed nulla eſt in hac vita perfectior charitas ea, ad quam Sancti Martires peruenerunt, qui contra peccatum ad ſanguinem certarunt vſque ad vitæ periculum. ergo cum hoc ſit proprium religionis vitæ actiuę dicendum eſt perfectiorem eſſe vita contemplatiua.

4 Sed his & alijs fundamentis conſulto omiſſis, non obſtantibus, exiſtimo veriorem eſſe ſententiam eorum, qui exiſtimāt perfectiorem eſſe religionem, quæ dirigitur ad vitam contemplatiuam qualis eſt religio Cartuſianorum, & ſimiles ex ſequentibus. Primo ex illo Lucę capit. 10. ibi *Marta Marta ſollicita es, & turbaris erga plurima, porro vnum eſt neceſſarium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea*, per quam vita contemplatiua ſignificatur. ergo dicendū eſt religionem, quæ ad vitam contemplatiuam dirigitur, perfectiorem eſſe.

Se-

5 Secundo nam ſi religio contemplatiua non eſſet perfectior, ſequeretur poſſe religioſos de regula Cartuſianorum, ad regulam vitę actiuæ tranſire, ſed hoc eſt falſum, ergo & illud, ex quo ſequitur diſcurſus legitimus eſt, ſequela patet. Minor probatur, nam nulli licet à regula perfectiori ad imperfectiorē tranſire c. nō eſt vobis c. ſane, cap. licet de regularibus, ergo euidēter conſtat religionem vitæ contemplatiuę, eſſe perfectiorem vitę actiuæ religione.

6 Qua ſententia vt veriori retenta, non obſtant fundamenta pro contraria adducta: nam ad primum de tex. in d. capitul. licet, ibi *& in hoc caſu rectè præponitur doctrina ſilentio, ſollicitudo contemplationi*, reſpondeo quod text. ille loquitur de præſule, qui abſque licentia Summi Pontificis non poteſt deſerere prçſulatum etiam ſi in arctiorem, hoc eſt in contemplatiuę vitę religionem ingredi velit, nam cum prçſulis vita ordinetur ad ſalutem animarum, vt conſtat ex c. cleros verſ. Epiſcopatus 21. diſt. & his quę ſupra diximus, ſicut maius bonū minori bono p̄ponitur, ita cōmunis vtiliati priuatę p̄fertur: vnde non prçponitur ſollicitudo contemplationi, quia perfectior ſit; ſed propter cōmunē vtilitatem, quę priuatæ p̄fertur in l. vtilitas C. de primipilo. pro qua interpretatione facit verbū illud, *& in hoc caſu* iuncto verſ. *illa ſemper regula* eiuſdem tex.

7 Nec obſtat ſecundum: nam quando religioſorum ſanguis effunditur propter fidem Dei, quia id proprie martyribus competit, tales religioſi ſecūdum hoc alijs præferuntur, prout in alijs rebus, quæ propriæ ſunt vitæ actiuæ, præferuntur, vt optime docet Diu. Thom. ſupra artic. 6. ad ſecundum; non tamen ex eo ſequitur, quod religio eorum, qui ad prædicandum infidelibus mittūtur ratione vnius voti, quod de eo emittunt, vel ad eruendos e captiuitate Chriſtianos, ſit perfectior vita contemplatiua eorum, qui ſolum Dei, & diuinorum contemplationi, orationi, & pęnitentijs aſſiſtunt, vnde iam habemus religionum perfectionem conſiſtere in charitate ex d. extrauag. ad cōditorem, & ex illo Apoſtoli ad Coloſ. 3. & D. Thom. ſupra.

8 Nec exiſtimet aliquis inutilem eſſe hanc indagationem: nam & vtilem, & neceſſariam eſſe conſtat, tum vt ſciamus ad quam religionem poſſit fieri trāſitus poſt ſolemnem alterius profeſſionem, pro interpretatione tex. in c. Ioannes c. non eſt vobis, & cap. licet cum ſimil. de regular. tum etiam, quia religioſi ſunt in ſtatu peccati mortalis non tēdēdo ad perfectionē, inquit enim D. Thom. 2. 2. quæſt. 184. artic. 5. & 6. & ibi Caiet. quod religioſus non habens animum tendendi ad perfectionem, eſt in ſtatu peccati mortalis, quę concluſio & doctrina nimis dura, & terribilis videtur. Quare pro illius explicatione animaduertendum eſt, quod perfectio Chriſtianę charitatis eſt triplex, prima quia totum cor hominis actualiter ſemper fertur in Deum, & hæc dicitur perfectio charitatis patriæ, quæ eſt penè impoſſibilis in hac vita, p̄pter humanę vitæ fragilitatem, & infirmitatem, iuxta illud Matthęi 26. c. ibi *ſpiritus promptus eſt, caro autem infirma*. Secunda qua quis fertur in Deum quantum neceſſitas prçſētis vitę requirit, quę eſt poſſibilis; non tamen eſt communis omnibus charitatem habentibus. Tertia eſt qua quis habitualiter totum cor ſuum ponit in Deo, ita videlicet, ut nihil cogitet, & uelit, quod diuinę dilectioni ſit contrarium, quę perfectio eſt communis omnibus charitatem habentibus: nemo enim poteſt eſſe bonus ſine illa, & cum ea quilibet eſt talis, quia excludit peccatum mortale, ut colligitur ex text. in cap. ſui 12. quęſtio. 1. cap. charitas de pęnitentia diſt. 2. & his quę tradit D. Thom. 2. 2. quęſt. 84. art. 12.

Quibus ſic prçnotatis rectè diximus religioſum, qui non tendit ad perfectionem eſſe in ſtatu peccati mortalis, quia cum eius religio, quæcumque ſit, conſiſtat in charitatis perfectione ex ſupradictis, & ad eius obſeruantiam obligetur per ſolemnem profeſſionem, ut in d. c. cum ad monaſt. promiſſum non adimplens peccatum mortale incurrit ex, Abb. in cap. Deus de uit. & hon. cler. & Roder. de regular. quęſtio. 60. art. 1.

SVMMARIVM.

1 *Ieſuitarum religio à quo fuerit inſtituta, & confirmata? & an eius regula pendeat ab alia alterius religionis?*

2 *Ad hoc vt quis vere religioſus dicatur, neceſſario requiritur, vt non ſolum voluntati, ſed etiam propriæ facultati ita renuntiet, vt nihil proprij habere*

re aut, poſſidere ex poſt facto poſſit.

3 *Ieſuitæ etiam poſtquam triplex votum emiſerint, a religione ſua dimiſſi poterunt matrimonium contrahere.*

4 *Ieſuitarum religio vere propria & legitima eſt.*

5 *Ieſuitæ licet in profeſſione ſibi referuent dominium & proprietatē rerum ſuarum, ammittunt tamen vſum, & adminiſtrationem illarum.*

6 *Quod emittant votum in profeſſione Ieſuitæ?*

7 *Ieſuitarum religio hoc habet ſpetiale priuilegium reſpectu ſcholarium, vt profeſſio ab eis facta, poſt biennium ſit reuocabilis ex parte prælatorum eos dimittere volentium ex cauſa.*

8 *Satis eſt, quod ſtatus religionis ſit ſtabilis ex parte profitentium, vt dicantur vere religioſi.*

9 *Nulli liceat impugnare conſtitutiones religionis Ieſuitarum.*

10 *Quare liceat de miſteriis fidei, & Sanctiſſima Trinitatis diſputare,*

Ieſuitæ ſcholares an poſt triplex emiſſum votum poſt biennium, poſsint dimiſsi à religione, matrimonium contrahere?

QVÆSTIO. IX.

1 INTER alias eſt etiam vna tùm prudentia, & viuendi modo, tùm etiam exemplo, & litteris præſtans ſemper laudanda religio, quam omnes vbique magni faciuut; & paucis, vt ita dicam diebus, quaſi per totum orbem eſt dilatata atque diffuſa, Societatis Ieſu appellata, cuius cultores, & filij vulgo *Ieſuitæ vocantur* quam inſtituit B. Ignatius de Loyola Hiſpanus Cantabrienſis genere illuſtris, & virtutibus illuſtrior cum nonuullis ſanctiſſimis Socijs. quæ religio primo fuit confirmata à Paulo III. & ſucceſſoribus & non militat ſub aliqua ex cæteris, ſed propriam & peculiarem agnoſcit regulā, ſpecialesquè habet conſtitutiones ab ipſo Ignatio conditas, & à Sede Apoſtolica approbatas.

2 Circa quam Ieſuitarum Religionem multi inuidi certis cauillationibus intentarunt oſtendure, & probare ſaltem ſcholares illius etiam emiſſis tribus votis poſt biennium probationis non eſſe religioſos. Primo nam ad hoc vt quis vere, & propriè regularis, & religioſus ſit, neceſſario requiritur, quod non ſolum propriæ voluntati renuntiet, vt in cap. non dicatis 12. quæſt. 1. ſed etiam propriæ facultati, vt in. cap. nolo, & in d. cap. nō dicatis ead. ca. & quæſtionē, & nihil proprij habere, aut poſſidere ex poſt facto poſſit, vt in ſæpe citato cap. cum ad monaſteriū de ſtatu monachorum. Sed ſcholares religionis Ieſuitarum poſſunt retinere ad tempus cum licentia prælati dominium nudum ſuorum bonorum, vt conſtat ex eiuſdem regulæ inſtitutis, & refert Eman. Roder. 1. tomo quæſt. reg. quæſtio. 1. artic. 4. ergo dicendum videtur non eſſe vere religioſos.

3 Secundo nam ſtatus veræ religionis eſt conſtans, & ſtabilis, adeo vt nec Summus Pont. poſſit diſpenſare cum eo, qui religionem profeſſus, votum perpetuæ cōtinentiæ promiſit, vt à religione dimiſſus, vxorem ducere poſſit, vt conſtat ex d.c. cum ad monaſterium, ſed ſic eſt quod Ieſuitæ etiam poſtquam illud triplex. votum emiſerunt, à religione ſua dimiſſi, poſſunt matrimonium contrahere. vt cōſtat ex his quę tradit Eman. roder. 3. tom. quęſt. q. 1. art. 6. & 1. tom. quæſt. 1. art. 3. ex Bulla Gregorij XIII. quę extat tranſcripta in compendio Societatis, verbo *religioſus*, ergo non ſunt vere religioſi.

4 Sed his, & alijs non obſtantibus fundamentis veram religionem Ieſuitarum eſſe reſoluendum eſt ex d. Bulla Gregorij XIII. qua pronuntiauit, & declarauit propriam legitimamque religionem eſſe, & vt talem ab omnibus habendam fore, vt refert Eman. Roder. ſupr. art. 5.

5 Nec obſtant arg. eorum, qui veram religiunem non eſſe probare nitebantur: nam ad primum reſpondetur non eſſe inconueniens concedere, quod religioſus, & monachus poſſit habere dominium, & proprietatē cum authoritate Papę: ſicut enim, quando coniuges conſumato matrimonio, profitentur religionem, manet vinculum, & poteſtas penes coniugem, ſed quantum ad vſum, & operationes

ſuas

ſuas ſe transferunt in religionem, & hoc ſufficit, vt ſint uerè religioſi: vt in ſpecie tex. in c. dudũ pen. cũ ſimilibus de cõuerſ. coniugat. ita in propoſito hi, qui profitẽtur voto ſimplici in religione ſocietatis, licet maneant cũ proprietate, & dominio ſuarum rerum, quo ad poteſtatem, ſunt verè religioſi cum maneant ſine vſu, & adminiſtratione ipſarum.

6 Nec obſtat tex. in d. c. cum ad monaſterium: nam quando Innoc. negauit hoc in eo, dicens ſuper caſtitatis, & paupertatis voto nec Summum Pontificem diſpenſare poſſe, loquebatur de religioſo profeſſo ſimpliciter, & abſolutè, abſque reſeruatione proprietatis rerum ſuarum, & qui per traditionem fuit effectus verus religioſus ſolemnia tria illa vota emittẽs at religioſi Societatis Ieſu ſimplici ſunt adſtricti voto, ſecundum conſtitutiones ipſius religionis ab Eccleſia approbatas, quibus ad tempus hæc proprietas & dominium conceditur, vt ipſa religio ſecundum modum viuendi illius melius poſſit conſeruari, & ita reſoluit Rodriquez ſupra d. quæſt. 1. art. 4. & q. 3. art. 19. ex Soto lib. 7. de iuſt. & iure q. 7. art. 1.

7 Nec obſtat ſecundum fundamentum ſupra adductum: nam reſpondeo ſtatum religionis eſſe conſtantem, & ſtabilem, ſi loquamur de religioſis profitentibus in religionibus, vbi ſit profeſſio irreuocabilis ex vtraq; parte, ſicut contigit in illis, qui dicuntur verè profeſſi in ipſa Societate. at hæc Sacra Religio ex authoritate apoſtolica hoc habet reſpectu ſcholariũ vt profeſſio in ea facta poſt biennium, ſit reuocabilis ex parte prælatorum dimittẽtium ſuos religioſos ex cauſa ſi velint.

Vel ſecundo reſpondeo, quod ſatis eſt, quod ſtatus religionis ſit ſtabilis, & conſtans ex parte profitentium, ad hoc vt ſit verè religioſus: licet enim ex parte prælatorum ſit reuocabilis, hoc non intenditur per ſe, ſed per accidens ab ipſa religione ſuppoſitis demeritis profitentium, vnde quando Greg. 13. dicit eſſe religioſos, intelligit religioſos reuocabiliter, ex parte prælatorum, & ita ſaluat ſubſtantiam religionis, cũ antequã dimittãtur cõtrahere matrimoniũ prohibeantur ex ſententia D. Th. opuſc. 19. cõtra impugnat religionũ c. 4. puncto 5. Cano. lib. 5. de locis c. 5. Ibañez 2. 2. q. 1. art. 10. dub. 8. Bellarmin. lib. 2. de monac. c. 4. & fr. Eman. Rodriquez 1. tom. q. regul. q. 1. artic. 4.

9 Vnum tamen obiter animaduerto eſſe Bullam Greg. XIII. qua cauetur & pręcipitur in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub alijs pœnis temporalibus ne quis directe, vel indirecte impugnare audeat conſtitutiones d. religionis. Et ita d. Pontificis bulla attenta non licet diſputare vtrũ ſit vera religio nec ne? etiam veritatis eruendæ cauſa, vt conſtat ex eius verbis relatis in ſumma conſtitutionum Pontificalium pag. mihi 785. conſtit. 1321. nos autem nec cõſtitutiones illius religionis impugnamus, nec in dubium reuocamus an ſit vera religio? Imo veram religionẽ eſſe pro regula conſtituimus, reſpondendo fundamentis, quę ab inuidis, & malignis contra eam adduci poſſent, vnde ſub dictæ bullę cõſtitutione, & pęnis nõ comprehendimur. Præterea nam Iuſtin. Imperator de regimine, & tranquillitate reipub. ſatis bene meritus, per eius prudẽtiſſimas cõſtitutiones prohibet ne de myſterijs Fidei fiat diſputatio, non ſincera intentione, vt melius intelligantur, in l. 3. C. de ſumma Trin. & Fide Chathol. & tamen diſputatio de Sanctiſſima Trinitate, & myſterijs Fidei, eſt licita & neceſſaria Eccleſiæ, ad conuincendos & redarguendos hæreticos & infideles.

SVMMARIVM.

1 *Equitis Hieroſolymitani vere religioſi sũt, priuilegio, fori & canonis gaudẽt poſtq̃ triplex ſolemne votũ emittũt.*

2 *Quilibet prælatus tenetur fundare vnũ ſeminarium in quo ſuæ diœceſis pueri Eccleſiaſticis diſciplinis erudiantur.*

3 *Interpretatur Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap. 18. de reform.*

4 *Equites Hieroſolymitani cõtinui ſunt milites defenſioni Fidei Catholicæ ſẽ perparati.*

5 *Equites S. Iacobi, Calatraua, & Alcantara an ſit vere religioſi.*

6 *Beneficia regularia non poſſunt concedi niſi vere regularibus.*

7 *Equites S. Iacobi, Alcantara, & Calatraba quæ, & quando vota emittant in profeſſione ſuarum religionum?*

8 *Equites militares harum religionum nõ eſſe veros religioſos extimarunt nonnulli theologi.*

9 *Equites iſti etiam poſt emiſſa ſua religionis vota poſſunt vxorem ducere.*

10 *Theologorũ & iuriſtarũ cõcordia, & huius quæſtionis reſolutio aſſignatur.*

Profeſsi in ordinibus militaribus an ſint verè religioſi?

QVÆSTIO. X.

1 MAXIMA dubitatio eſt an profeſſi in ordinibus militarib⁹ ſint verè religioſi, nec ne? ad cui⁹ q̃ſtionis verã reſolutionẽ cõſtituo inter alios ordines militares primum locum obtinere ordinem Equitum Hieroſolymitanorũ, qui vulgo *Caualieri di Malta* appellantur, quos non dubium eſt etiam ſeculares verè religioſos eſſe, & gaudere priuilegio canonis, & fori, & per eorum profeſſionem dirimi matrimonium ratum non cõſumatum, prout de fratribus ſtatutum eſt in cap. ex publico.de conuerſ. coniug. & alia, quę ad veros religioſos pertinent, ipſis etiam competere, vt tenet Cord.in ſumma q. 148.& 278. in fi. Nau.de regular. lib. 3.conſ. 21. & titul. de conuerſ. coniug. concluſ. 1. Arag. 2. 2. quæſt. 88. art. 11.ad vltimum, & Soto lib. 7.de iuſtit. & iure quæſt. 5. art.3. verſicul. de his ergo militum: omnes enim illi; vere religioſi dicuntur, qui emittunt legitime tria vota ſubſtantialia caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ in manibus ſuperioris, vel locum eius tenentis ſub aliqua religione à Sede Apoſtolica approbata. Sed equites Hieroſolymitani emitũt illa tria ſolemnia vota in manibus ſuperioris ſuæ religionis, vt conſtat ex lib. conſtitutionum dictorum militum in prœmio, & ex Bulla Innoc.Pontific. in d. libro relata ergo vere religioſi ſunt.

2 Nec huic veriſſimę reſolutioni obſtabit, ſi obijciat aliquis de tex. in Concilio Trident.ſeſſ.23.c.18.de reformat.vbi deciditur, quod Epiſcopus, vel Archiepiſcopus cuiuſcumq; diœceſis teneatur fundare inſtituere, & fabricare vnum ſeminarium in quo pueri ſuę diœceſis Eccleſiaſticis diſciplinis inſtituantur, ad quod ſubuenire teneantur omnes Eccleſiaſtici, ſiue ſeculares, ſiue regulares cuiuſcumq; ordinis, aut qualitatis ſint, iux ta clement.quia contingit de religioſ.dom.fratribus Sancti Ioannis Hieroſolymitani dumtaxat exceptis. ex quibus colligi videtur non eſſe religioſos veros: ſi quidem ſub illo reſcripto circa religioſos concepto, nõ cõprehendũtur attenta doctrina à nobis ſupra tradita ex Abb.in rubr.de regular.numer.2.Bero conſ.88.vol.2 nu. 14.

3 Nam breuiter reſpondendum eſt nõ fuiſſe exceptos fratres Hieroſolymitanos à d.reſcripto & diſpoſitiõne Cõcilij; quia non ſunt veri religioſi: hoc enim poſset inferri ſi fuiſſet concepta erga religioſos tantum, at cum erga clericos non regulares, hoſpitalia, & ſimiles concipiatur, non eſt credendum ea fuiſſe ratione exceptos. Doctiſſimus Emanuel Rodriquez d. 1. tomo quæſt. 1. art.6. extimauit id eſſe ex ſpeciali Pontificis priuilegio, qui noluit vt comprehenderẽtur ſub iure aliorum religioſorum quantum ad odia, & rigores, cuius ſententiæ fuit etiam Arag. ſupra ſed in quo huiuſmodi ſpecialis fauor conſiſtat non explicant.

Alij extimarũt, id euenire ex eo, quod cum fratres Hieroſolymitani emittãt tria illa ſolemnia vota tamquam pauperes, nihil proprij habentes, non debent cõpelli ad diſtributiones neceſſarias pro victu, & ſubſtentatione ſeminarij, vt in d. c.18. Concil. Trident. ſed hæc interpretatio etiam conuincitur ex eo, quod etiam religioſi & regulares veri emittunt tria illa ſolemnia vota, & non obſtante paupertatis voto, compelluntur ad diſtributiones, vt in d.c.18.

4 Quare verius eſſe exiſtimo cum Fr. Emanuele Rodriquez, & Aragon. ſupra ſpeciali Pontificis priuilegio exemptos fuiſſe huiuſmodi fratres Hieroſolymitanos in d.c.18. Concilij Trid. ſpecialitatem tamen in eo conſiſtere, quod milites continui ſunt defenſioni Fidei Catholicæ ſemper parati. Vnde cũ multa, exorbitãtiaq; in iure noſtro militibus conceſſa ſint priuilegia, vt cõſtat ex l.ſimiles ff.de milit. teſtam.& per tot.l.1.cũ ſequentibus C. eodẽ tit.nimirum ſi hoc cõcilium illis tribuat, vt non teneantur ad id, ad quod tenentur cęteri religioſi, & milites pro erectione, & fundatione, & ſuſtentatione ſeminarij diœceſani in d. c.18.Cõc.Trid.vnde iã apparet eo nõ obſtante veros religioſos eſſe fratres S.Ioãnis Hieroſolymitani profeſſi,

ex

Digitized by Google

ex iurib. & rationib. ſupra à me adductis.

4 Maior tamen difficultas verſatur in eo, ſcilicet an milites Sancti Iacobi Hiſpaniæ, Calatrabæ, Alcantaræ, & ſimiles, qui poſſunt matrimonio copulari; cum tantum promiſerint in ſua profeſſione caſtitatem coniugalem, ſint vere religioſi? circa quam difficultatem duæ ſunt opiniones. Prima iuriſperitorum affirmantium eſſe veros religioſos ſequentibus mo-
6 ti fundamentis. Primo nam beneficia regularia non poſſunt concedi niſi vere regularibus, & propriè religioſis cap. cum ſingula §. prohibemus de præben. in 6. clement. 1. de ſuppl. neglig. prælator. & Concil. Trident. ſeſſ. 14 de regul. cap. 10. ſed equitibus militaribus conferuntur quotidie beneficia regularia, videlicet prioratus, & Commendæ. ergo vere, & proprie regulares, & religioſi ſunt.

Secundo nam ille dicitur religioſus, qui vere regularis eſt vt probat Abb. cõmuniter receptus in rub. de regular. & in eccleſia S. Mariæ de Conſtitution. ſed profeſſi in ordinibus militaribus, ſunt vere regulares quippe qui profitentur regulam Beati Auguſtin. S. Bernardi, & Ciſterciẽtium, vt probat Nau. in tractat. de reddit Eccleſ. quæſt. 1. monitor. 55. nu 6. ergo sũt vere religioſi.

7 Tertio & ultimo nam ille, qui emittit tria illa ſubſtantialia uota in religione approbata à Sede Apoſtolica nempe paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ, vere religioſus dicitur, ut ſupra ſæpe ſæpius probauimus. Sed equites religionum militarium in manibus ſuperioris, uel eius locum tenentis emittunt tria illa ſubſtantialia, uota nempe caſtitatis coniugalis, obedientiæ ſuperioris ſuę religionis, & paupertatis, ita ut nihil nomine propriò poſſidere poſſint, adeo ut quotannis tradere teneantur ordinis Magiſtro, uel alteri per eum deputato inuentarium omnium bonorum ſuorum in ſignum recognitionis paupertatis ſolemniter emiſsę, ſignificantes nihil proprio habere, ſed neminè ſuę religionis, ut refert Nau. ubi ſupra n. 6. ergo uere & proprie religioſi ſunt.

Ex quibus hanc ſententiam defendunt Doctiſſimus D. meus Fortunius Garzia quondam collega noſter in conſilio facto pro militibus S. Iacobi, & Dominus meus Burgos de Paz. in conſil. facto pro militibus Calatrabæ & Nau. ubi ſupra, & quæſtio. 3. monit. 27. nu. 1. & in tit. de regul. lib. 3. conſ. 21. & in tit. de his quę ui lib. 1. conſ. 3. num. 6. & in tit. de ſponſal. cõſil. 13.

8 Secunda fuit opinio Theologorum aſſerentium milites harum religionum nõ eſſe ueros religioſos. Cuius opinionis fuere Soto in 4. diſtin. 27. quæſt. 4. artic. 3. & lib. 7. de iuſt. & iure quæſt. 5. art. 3. Ara-
9 gon ſup. Natta conſ. 308. lib. 3. & Molina de inſt. & iure 2. par. col. 771. ſequenti moti fundamento. Nam cuiuslibet religionis perfectio requirit perpetuam continentiam: ait enim Apoſtolus 2. ad Corinth. 7. *Mundemus nos ab omni inquinamento carnis, & ſpiritus, perficientes ſanctificationem noſtram in timore Dei*. Sed munditia carnis, & ſpiritus ſeruatur per continentiam, vt conſtat ex illo 1. ad Cor. 7. *Mulier innupta, & virgo cogitat, quæ Domini ſunt, vt ſit ſancta ſpiritu, & corpore*. ergo perfectio religionis requirit continentiam, ſed equites militares S. Iacobi, Alcantaræ, Calatrabæ, & ſimiles non obſeruant continẽtiam perpetuam; ſiquidem poſſunt vxorem ducere etiam emiſſa ſuæ religionis profeſſione ergo non ſunt vere religioſi.

10 In qua opinionum contrarietate. Ego exiſtimo eſſe vere religioſos hos milites, non abſolute, & ſimpliciter; ſed ſecundũ quid, hoc eſt religioſis militares. nam licet milites de Alcantara, & milites de Calatraba profiteantur regulam D. Benedicti, & Ciſtercienſis ordinis, non profitentur eam in ordine ad obſeruatias monachales, ſed in ordine ad obſeruantias militaris, & ita appellantur profeſſi ordinum militarium. Vnde cum ſint vere regulares, & vt tales profeſſi ſint paupertatem, Pius V. Pontifex Max. reuocauit omnia priuilegia teſtandi profeſſi ordinũ militarium conceſſa, vt conſtat ex cap. 1. titul. de regula, & ſtatutis ordinis S. Iacobi, & poteſtati Papæ eos ſubiecit etiã in terris principis, vel Regis exiſtentes, quod diſpoſitionem bonorum temporalium.

Quorum alij ſunt commendatarij dicti, qui vere ſunt veluti depoſitarij perpetui iuxta leg. commendare ff. de verbor. ſignificatione, & leg. Lutius ff. depoſiti. Non enim sunt eorum cõmendæ veluti tituli beneficiorũ; (tituli vero sũt apud Sacerdotes ipſarum religionum militarium) ſed ſunt vſusfructus emolumentorum tẽporaliũ authoritate ſuperiorũ, vt

tradit Abendaño de exequen. mād. princ. 2. part. c. 16. & Greg. Lop. in leg. 1. tit. 7. par. 1. Sūt huiuſmodi profeſſi in ordin. militar. vere religioſi militares, ſicut enim monachales ſunt ordines à Sede Apoſtolica iuſte approbati miniſterio Eccleſiæ deputati, ita prædicti ordines ſunt iuſte ordinati propter defenſionem fidei, & ad diuini cultus, & Reipublicæ ſalutis conſeruationē iuxta procemium inſtitut. maxime neceſſarij.

Qua propter magiſter horum ordinum militarium tamquam perſona eccleſiaſtica per electionem aſſumebatur, iuxta cap. fin. de relig. dom. & cap t. de voto lib. 6. in cuius manibus huiuſmodi milites, vel in manibus eius Locumtenentis profitentes emittunt votum paupertatis, obedientiæ, & caſtitatis coniugalis in ordine ad conſeruationem militarium. Nec obſtat difficultas ſupra adducta à Theologis aſſerentibus veros religioſos non eſſe ex eo, quod etiam poſt profeſſionem a ſe factam vxorem ducere poſſunt, & ſic perpetuam continentiam neceſſariam ad perfectionē veræ religionis non obſeruant. Cuius difficultatis ſolutio pendet a reſolutione ſequentis queſtionis.

S V M M A R I V M.

Omnis vitæ Chriſtianæ perfectio ab Apoſtolis Chriſti cœpit.

2 *Exemplatum non oportet, quod ſit perfectius exemplari.*

3 *Votum perpetuæ continentiæ requiritur de eſſentia religionis.*

4 *Ioannem nubere volentem Deus à nuptijs reuocauit.*

5 *Melior eſt caſtitas celibum, quam caſtitas nuptiarum.*

6 *Votum caſtitatis non eſt de intrinſeca ratione Sacerdotij ſicut religionis.*

7 *In ordinibus militaribus requiritur ſolum caſtitas coniugalis ne propagatio nobilium virorum deficiat.*

8 *Equites militares S. Iacobi, Alcantaræ, & Calatrabæ priuilegio canonis gaudent.*

Votum perpetuæ caſtitatis an ſit de eſſentia cuiuslibet religionis?

Q V AE S T I O XI.

1 QVAESTIO eſt vtrum votum perpetuæ caſtitatis ſit de eſſentia cuiuslibet religionis? & non eſſe probatur ex ſequentibus. Primo nam omnis vitæ Chriſtianæ perfectio ab Apoſtolis Chriſti cœpit, vt inquit D. Thom. 2. 2. quæſt. 186. art. 4. ſed Apoſtoli perpetuam continentiam non ſeruarunt, vt patet de Petro quem ſocerū habuiſſe legitur Matt. 8. ergo ad perfectionem religionis non requiritur continentia perpetua.

2 Secundo nam primum perfectionis exemplar nobis in Abraham oſtenditur cui Dominus dixit Geneſ. 17. *ambula coram me, & eſto perfectus*. Sed exemplatum non oportet, quod ſit perfectius exemplari, vt ait D. Thom. vbi ſupra ergo non requiritur perpetua continentia.

Tertio nam Sacerdotium, & religio hac ratione adęquantur, quod vtrobiq; ſit votum ſolemne caſtitatis, ſed Sacerdotalis ordo verus, & legitimus eſſe poteſt abſque huiuſmodi voto, vt videre eſt in Gręcorum Sacerdotibus. Ergo, & religio ſine tali voto eſſe poteſt.

3 Sed his non obſtantibus fundamentis omnino dicendum eſt votum perpetuæ cōtinentiæ requiri de eſſentia religionis. nam cum ad ſtatum illius requiratur ſubtractio eorum, per quæ homo impeditur ne feratur totaliter in Dei ſeruitium, & vſus carnalis copulæ retrahat hominem totaliter à Dei ſeruitio dupliciter. Primo propter vehementiam delectationis, vt inquit D. Thom. ſupra ex philoſoph. lib. 3. capit. 11. & Diu. Augu. in lib. 1. ſoliloquiorum c. 10. Secundo propter ſollicitudinem vxoris, filiorum, & rerum temporalium, quæ ad eorum ſubſtentationē requiruntur ex Apoſt. ſententia. Ideo cōtinentia perpetua requiritur ad perfectionem religionis.

4 Nec obſtat primnm fundamentum contra adductum de Apoſtolis: nam perfectio non ſolum paupertatis, ſed etiam continentiæ introducta eſt à Chriſto Do-

mi-

mino, iuxta illud Matthæi 19. & ne alicui ſpes perueniendi ad ſtatum perfectionis tolleretur, aſſumpſit ad eũ illos, quos inuenit matrimonio coniunctos. & ideò licet Petrum matrimonio coniunctum inueuit, non ſeparauit eum ab vxore; licet Ioannem volentem nubere, à nuptijs reuocauerit.

5 Nec obſtat ſecundum de Abraham: nã ſicut Auguſt. in lib. de bono coniug. c. 22. tom. 6. ait, melior eſt caſtitas cęlibum, quã caſtitas nuptiarum, quarum Abraham habebat vnã in vſu, & ambas in habitu (caſte quippè coniugaliter vixit) eſſe autem caſtus ſine coniugio poterat, ſed nõ oportuit tunc, vt docet Diu. Thom. vbi ſupra artic. 9. ad 2.

6 Nec item obſtat tertium: nam ſacerdotalis ordo non eſt religio, nec votum caſtitatis eſt de intrinſeca ratione ſacerdotij, & ita qui ſacris initiatur non ait, voueo ſicut qui religionem aliquam profitetur, & ſic non eſt votum explicitum, ſed implicitum. Vnde non valet conſequentia clerici Græci poſſunt vxorẽ ducere. ergo & milites, & conſequenter nõ requiritur de intrinſeca ratione religionis votum perpetuæ caſtitatis.

Ex quibus habemus iam votum ſolemne caſtitatis perpetuæ requiri de eſſentia religionis ex ſententia Soti, D. Thom. & Caiet. ſupra. Vnde adhuc remanet difficultas ſupra propoſita cõtra ſententiam, & opinionem Iuriſtarum indiſtinctè aſſerentium profeſſos in ordinibus militaribus Sancti Iacobi Alcantaræ, & Calatrabæ veros eſſe religioſos.

7 Cui difficultati ſatisfaciet optimè qui dixerit, quod licet de eſſentia cuiuslibet religionis ſit votum caſtitatis; Summus tamen Pontifex ſua maximè prouidentia ordinauit, vt in iſto ordine militari ſufficeret caſtitas coniugalis ne propagatio virorum nobilium deficeret, ſine quibus religiones illæ conſeruari non poſſent. Vnde prædictæ duæ opiniones ſibi inuicem contrariæ, ita in amicitiam redigendæ ſunt, vt religioſi verè dicantur profeſſi in ordinibus militaribus, religioſi (inquam) militares ratione ſuæ inſtitutionis, & fundationis. quomodo procedat opinio iuriſtarum, ad quod ſufficit votũ caſtitatis coniugalis. Secunda autem opinio Theologorum aſſerentium non eſse veros religioſos, intelligitur ideſt Monachales, de quorum inſtituto requiritur votum perpetuæ caſtitatis. quam ſolutionem probat Bulla Alexãdri 3. quæ extat in libro regulæ Diui Iacobi fol. mihi 3. ibi *habeantur in ipſo ordine qui cælibem ſi voluerint, ducant vitam, & conſilium Beati Pauli ſequantur, qui dicit de virginibus autem præceptum Domini non habeo, conſilium autem do, ſunt etiam qui iuxta inſtitutionẽ dominicã ad procreandum ſobolem, & incontinentiæ præcipitium euitandum, coniugibus ſuis vtantur,* & paulo inferius ibi. *ad ſuſcipiendum quoque prolem, quæ in timore Domini nutriretur, & infirmitatis humanæ remedium iuxta inſtitutionem Domini, & indulgentiam Apoſtoli ad Corint. cap. 7 qui continere nequiuerit, coniugium ſortiatur, & ſeruet inuiolatam fidem vxori, & vxor viro, ne tori coniugalis continentia vio-*
8 *letur*. & paulo inferius ibi. *nihilominus præſenti decreto ſancimus ſi quis in aliquem veſtrum violentas manus iniecerit, excommunicationis ſententia ſit adſtrictus, &c.* Ex quibus omnibus clarè depromitur veros religioſos eſſe, & priuilegio canonis, & fori gaudere; non tamen eſſe veros religioſos abſolutè, vt monachales, ſed religioſos militares.

SVMMARIVM.

1 *Per ſecundum reſcriptum, in quo primi mentio facta fuit, primum tollitur.*

2 *Vſus, & exercitium iuriſdictionis non competit delegato, niſi à tempore quo eidem præſentantur literæ ſuperioris.*

3 *Reſcripta omnia ex intentione concedentis habent tacitam conditionem, ſi ille in cuius fauorem conceduntur, eiſdem vti velit.*

4 *Reſcriptum primum, cuius mentio facta fuit in ſecundo, ipſo iure reuocari probatur.*

5 *Dictio penitus quando inducat nullitatem ipſo iure?*

6 *Mortuo delegante re integra, ſpirat iuriſdictio delegata, & proceſſus poſtea factus eſt ipſo iure nullus.*

7 *Communem DD. ſententiam exiſtimantium per ſecundum reſcriptum non extingui ipſo iure, veriorem eſſe dicitur.*

8 *Interpretatur text. in cap. vlt. §. offi-*

cium

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

cium de offic. de legat. in 6.

9 *Vbi reuocatio expreſſa ſit in alicuius fauorem ex mente reuocantis habet eandem tacitam conditionem ſi pars ea vtatur.*

Per ſecundum reſcriptum, in quo primi mentio facta fuit, an reuocetur primum ipſo iure, vel ope exceptionis?

QVÆSTIO XII.

1 Per ſecundum reſcriptum, in quo primi mẽtio facta fuit, primum reuocari colligitur ex cap. ceterũ verſic. ſi vero de reſcript. ſed an hoc fiat ipſo iure, vel ope exceptionis ſatis difficile eſt: nam reuocationem ipſo iure non fieri. Sed neceſſariam exceptionem, & poſteriorum literarum præſentationẽ tenent Abb. & DD. communiter in cap. audita de reſtitutione ſpoliat. vt teſtatur Decius à num. 6. Felin. nu. 8. Boerius deciſ. 346. num. 16. Couar. in practicis c. 9. num. 9. Quę opinio primo probatur ex text. in d. cap. Audita de reſtit. ſpol. & in c. 1. verſ. mandamus de conceſſione præbend. lib. 6. & in cap. 2. de officio deleg. ibi *alia poſtea litera opponuntur.*

2 Secundo facit quod vſus, & exercitiũ iuriſdictionis non competit delegato niſi à tempore, quo eidem præſentantur literæ in cap. ſuper eo 12. in fine cap. vt debitus honor de appellat. ergo eadem ratione vſus, & exercitium iuriſdictionis alicui competentis, non debet extingui; niſi ab eo tempore, quo literæ poſteriores reuocatorię præſentantur, & opponuntur illis à quibus iuriſdictio aufertur.

3 Denique facit quod reſcripta omnia ex intentione concedentis habent tacitã conditionem ſi ille in cuius fauorem concedũtur, eiſdẽ vti voluerit, vt probat tex. in d. c. 1. verſ. mandamus, docet Anton. ibi nu. 18. & communis ex Felino nu. 12. Couar. d. nu. 9. Sed quam diu reſcriptum non præſentatur corã de legato, non cõſtat an is, pro quo emanuit, eodem vti velit, vel nolit. ergo ante præſentationem iuriſdictio prioribus Iudicibus non reuocatur.

4 Contrarium tamen imò poteſtatẽ Iudicum priorum in hoc caſu ipſo iure reuocari abſque vlla præſentatione, aut oppoſitione, & ſatis eſt eſſe quod priores Iudices ſciãt cauſam ab ipſis auocatam fuiſſe, & alijs commiſſam, vt proceſſus poſtea habitus nullus ſit, tenent Goffredus, & Dominicus, quos refert, & ſequitur Decius in d. cap. cæterum num. 8. Iacobinus in l. iudicium ſoluitur num. 6. ff. de iudicijs, & Curia receptum dicit Ripa in cap. cum M. de conſtitutionibus nu. 196. quorum opinio, primo probatur ex textu in cap. cæterum de reſcriptis in illis verbis *à priorum eſt exempta iudicio*, quę ſunt præſentis temporis, & ſignificare videntur ab eo tempore, quo conceduntur litteræ poſteriores, extinctas eſſe priores.

5 Secundo probatur ex c ex litteris 25. de officio de legat. ibi *iuriſdictionem nullam penitus habuiſſe*. dictio enim *penitus* iuncta cum particula *nullam* inducit, & importat nullitatem ipſo iure, docet gloſ. verbo *penitus* in l. ſi qui C. de poſtulando recepta ex Tiraq. in l. ſi vnquam verbo reuertatur num. 105.

Tertio facit text. in c. Paſtoralis §. præterea de officio deleg. c. 2. vt lite pendente c. vt noſtrum 96. de appellat. l. Iudicum ſoluitur ff. de iudicijs.

6 Vltimo facit quod mortuo delegante re integra, ſpirat iuriſdictio delegata, & proceſſus poſtea habitus ipſo iure nullus eſt, c. vltimo §. officium, vbi gloſ. verbo ipſo iure de officio deleg. lib. 6. c. ſi clericus 36. de præbendis eod. lib. docet gloſ. verbo ignoraſſent in l. eius qui 41. ff. ſi certũ petatur. ergo a fortiori ſpirare debet per litteras poſteriores.

7 Propter has difficultates plures referũt concordias Abb. num. 10. Ant. & alij in d. c. cęterum, vt per Decium num. 6. nulla tamen vera eſt. & ideo retenta communi ſententia, non obſtant contrariæ opinionis fundamenta. nam text. in d. cap. cęterum, & in d. cap. ex litteris cum ſimilibus, intelligi debent ſuppoſita præſentatione reſcripti poſterioris, quod cõceditur ſub illa tacita conditione, & requirit huiuſmodi præſentationem, vt diximus ſupra.

8 Neque obſtat text. in d. c. vltimo, nam omiſſis interpretationibus Decij in d. c. cæterum num. 8. Felin. nu. 18. & aliorum,

dicas

Digitized by Google

dicas reuocationem factam per mortem delegantis fieri legis authoritate; non vero in vtilitatem priuatorum, & ideo abſque eorum ſcientia, & voluntate ipſo iure contingere; ſecus autem eſſe in reuocatione, de qua agitur in ꝓpoſita queſtione.

9 Hæc autem communis ſententia intelligenda eſt, vt procedat non ſolum in reuocatione tacita, de qua loquitur text. in d.cap. cæterum; ſed etiam in expreſſa, per quam directè cauſa auocatur a prioribus iudicibus: quia etiam in hac vigent ratio, & fundamenta pro communi adducta, & per conſequens regula l. cum quid ff. ſi certum petatur vt obſeruant Innoc. & DD. communiter in d.c. cæterum, vt per Felin. num.10. & relatos à Couar. vbi ſupra nu.9. Lancellottus d.cap.10.nu.34. quamuis contrarium defendant alij relati à Lãcellotto nu.11. Gabriel. in lib. communiũ tit. de clauſulis concluſ.1. num.80. Quorũ opinio non probatur ex d.c. vt noſtrum de appellationibus, & d.l. iuditium ſoluitur: quia vbi reuocatio expreſſa fit in alicuius fauorem ex mẽte reuocantis, habet eandem tacitam conditionem ſi pars ea vtatur, nec etiam probari poteſt ex differentia inter expreſſam, & tacitam prohibitionem, quam tradit gloſ.2. in l. cum pater 79. §. libertis ff. de legat. 2. recepta per Gomez. in l.40. Tauti nu.88. Molina lib.1.c.16.nu.33. nam procedit vbi prohibitio pura eſt. quia ſi ſit expreſſa actus eſt ipſo iure nullus ex l. non dubium C. de legibus. Secus vero ſi conditionem habet vt in propoſito, quia in hoc caſu nulla eſt differentia inter expreſſam, & tacitam prohibitionem.

Ex quibus tandem obſeruandum eſt id quod hodierna praxi eſt receptum, vt Iudex datus in 2. reſcripto ſolemniter, & ſub pœnis inhibeat Iudici priori ne vlterius in negotio procedat: quoniam ita nullam poteſt prętendere ignorantiam, aut excuſationem: quia per litteras inhibitoriales clarè conſtat de præſentatione poſterioris reſcripti.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum vſurarij manifeſti non valet niſi vſuras reſtituerit, vel præſtiterit cautionem de illis reſtituẽdis.*

2 *Si vſurarius manifeſtus poſt conditum teſtamentum præſtet cautionem de reſtituẽdis vſuris, an reconualeſcat tale teſtamentum?*

3 *Quæ ab initio non ſubſiſtunt, ex poſt facto conualeſcere non poſſunt.*

4 *Cautio de reſtituendis vſuris non requiritur pro forma, vt fiat tempore quo teſtamentum fit.*

5 *Teſtamentum reuocari non præſumitur, niſi per aliam expreſſam vltimam voluntatem.*

6 *Electio facta aliquibus abſentibus, & non vocatis, non valet; ſi tamen poſtea vocentur, & conſentiant electioni, reconualeſcit.*

7 *Conſtitutio ſeruitutis facta ab vno ex ſocijs non tenet, ſed confirmata ab alijs conualeſcit.*

8 *Alienatio rei minoris facta ſine decreto, non valet; confirmatur tamen poſtea ſuperueniente maiori ætate.*

9 *Vera interpretatio regulæ, quod ab initio de reg. iur. aſſignatur.*

Si vſurarius manifeſtus condidit teſtamentum nondũ facta reſtitutione vſurarũ, nec præſtita cautione de illis reſtituendis, an reconualeſcat præſtita poſtea tali cautione, vel facta reſtitutione?

QVÆSTIO XIII.

1 CErtiſſima iuris regula eſt teſtamentum vſurarij manifeſti non valere niſi reſtitutis vſuris, vel pręſtita idonea cautione de illis reſtituendis. ex c. quamquam de vſuris lib.6. nec codicillos, ex gloſ. ibi Io. Andr. Domin. & Anan. in c. quia in omnibus eod. tit. in antiq. nu.13. nec donatio cauſa mortis ex ſentent. Baldi conſil.294. vol.2. Lap. alleg.125. & Couar. cõmunem eſſe dicentis in rub. de teſtam.3.p.nu.11.

2 Vnde oritur queſtio noſtra difficilis an ſi vſurarius manifeſtus poſt conditum teſtamentum præſtet cautionẽ de reſtituendis vſuris reconualeſcat tale teſtamentum vel non? & quod non reconualeſcat tenent plures communiter recepti, teſte

Baldo.

Baldo. in l. vniuerſa C. de precibus Imp. offer. & alij plures relati à Caballos. 1. to. communium cõtra communes quæſt. 11. num. 3. ex ſequentibus. Primo, nam quando lex iubet, vt aliqua ſolẽnitas adhibeatur tempore contractus, ea non adhibita actus eſt ipſo iure nullus auth. hoc ius porrectum C. de Sacr. Sanct. Eccl. l. cũ hi ff. de tranſact. l. hac conſultiſſima C. de teſtam. & l. obligati C. de auctorit. tutor. Sed in caſu propoſito requiritur, vel reſtitutio, vel cautio idonea de reſtituendo ante teſtamentum. ergo dicendum eſt ea ſolemnitate nõ obſeruata teſtamentum ipſo iure nullum eſſe, & per conſequens nec reconualeſcere ex poſt facto poſſe præſtita cautione. quod autem requiratur in caſu propoſito, vel reſtitutio, vel cautio idonea de reſtituendo ante teſtamentum, ſatis expreſsè colligitur, ex d. c. quamquam ibi. *niſi de vſuris ſatisfecerint*, & paulò inferius ibi. *teſtamenta quoque manifeſtorum vſurariorum aliter facta non valeant, ſed ſint irrita ipſo iure*.

3 Secundo, nam quæ ab initio non ſubſiſtunt, ex poſt facto conualeſcere non poſſunt reg. quæ ab initio in 6. cũ ſimilibus. Sed teſtamenta à manifeſtis vſurarijs facta, nõ facta reſtitutione, vel præſtita idonea cautione, ſunt à principio nulla, vt colligitur ex verbis d. c. quamquam proximè relatis. ergo etiam ſi poſtea fiat reſtitutio, vel cautio idonea præſtetur, reconualeſcere non poterunt.

4 Sed contrariam ſententiam imò, quod reconualeſcat tenet gloſ. in d. c. quamquã verbo aliter facta in fi. quam ſequitur Fel. communem dicens ex pluribus relatis in c. Cum dilectus nu. 3. de accuſat. & Bero. in d. c. quia in omnibus nu. 56. & Couar. lib. 3. var. c. 3. nu. fi. verſ. decimo quamuis. quorum ſententia, & opinio ex ſequentibus probari poteſt.

Primo, nã cautio de reſtituendis vſuris nõ requiritur ꝓ forma, vt fiat tẽpore quo ipſum teſtamẽtum fit, ſed vt fiat ante, vel poſt, vt colligitur ex verbis d. c. quamquã. ibi *niſi de vſuris ſatisfecerint, vel de eis præſtent idoneã cautionẽ*. ex quibus verbũ *ſatisfecerint* eſt præteriti tẽporis, & verbũ *præſtent* eſt præſentis. Vnde cũ nõ requiratur pro forma, quod detur cautio illa tẽpore, quo teſtamentũ fit, ſi poſt ipſũ data fuerit, reconualeſcere rectè poterit.

5 Secundo, nã teſtamentum, & vltima voluntas reuocari non præſumitur, niſi per aliã expreſſã vltimã voluntatẽ iuxta tex. in l. 4. cũ leg. ſeq. ff. de adimendis legat. Cũ ibi notatis vnde ſi teſtator poſt conditum teſtamentũ dictã præſtiterit cautionẽ, nec expreſsè reuocauerit illud teſtamentũ, tacitè includitur volũtas perſeuerãdi in eadẽ voluntate, & diſpoſitione, vt in ſimili probat tex. in l. Tribunus 21. §. cũ aliquis ff. de militari teſtamento, quæ diſpoſitio, cũ iã tollatur impedimentũ ꝓpter, qđ irrita reddebatur, per præſtationẽ cautionis ex poſt facto factã, morte accedẽte cõfirmatur l. 4. ff. de adimen. leg. c. cum marte de celebrat. miſs. atq; ita reconualeſcit.

6 Tertio hęc ſententia ꝓbatur ꝓ argumẽtũ à ſimili hoc pacto: nam electio facta aliquibus abſentib. & irrequiſitis, nõ valet: c. quia ꝓpter vbi gl. & DD. de elect. Si tamen poſtea vocentur, & requirantur, cõſentiantq; electioni, ſine dubio recõualeſcit, c. qđ ſicut in fine principij eod. tit. ergo idẽ dicendũ eſt in noſtra ꝓpoſita quæſtione, vt .ſ. teſtamentũ recõualeſcat p̄ſtita idonea cautione poſt cõditũ teſtamentũ.

7 Quarto hæc ſententia probatur arg. l. ꝑ fundũ ff. de ſeruit. ruſtic. pręediorũ, & l. receptũ, ff. commun. prædior. vbi conſtitutio ſeruitutis facta per vnũ ſociorum non tenet ab initio; poſtea tamen firmatur alijs conſentientibus quandocunque.

8 Quinto, & vltimo facit text. in l. fin. C. ſi maior factus alienationẽ ratã hab. vbi alienatio rei minoris facta ſine decreto, quæ non valet, cõfirmatur ſuperueniente maiori ętate, & ita notat Alex. cõſ. 117. lib. 5. Bal. cõſ. 45. & conſ. 184. lib. 2. & in terminis noſtræ quæſtionis Bart. in l. filio præterito col. fi. ff. de iniuſto rupto.

9 Qua ſententia, vt veriori retenta, nõ obſtãt fundamẽta ſupra ꝓ cõtraria adducta: nã pro illorũ ſolutione, & perfecta huius quæſtionis reſolutione dicendũ eſt qđ nõ firmatur tractu tẽporis quod ab initio nõ ſubſiſtit, quando cauſa confirmans nõ ſuperuenit; nã ſi ſuperueniat, prout ſuperuenire ſupponimus in propoſita quæſtione, tunc actus reconualeſcit: vt in iuribus pro hac opinione adductis, & ita dictã regulã interpretatur Phylipp. Dec. in Reg. quod initio ff. de reg. iur. nu. 11. Philipp. Franc. in rubr. de teſtam. in 6. col. 21. Bal. & Paul. Caſtr. in l. uniuerſa col. 1. C. de precibus Imperator offeren. & Alex. in l. poſthumo col. ante pen. C. de bonor. poſſ. cõtra tab. Vnde cũ in propoſita quęſtione ſuperueniat cauſa cõfirmans, hoc eſt cau-

tio

Digitized by Google

tio idonea de reſtituendo vſuras,& ceſſet impediens, hoc eſt defectus ipſius cautionis, vtiq; confirmatur, & reconualeſcit teſtamentum vſurarij manifeſti, quod à principio erat nullū ex defectu illius cautionis, vt optimè docuit Dinus in explicatione regulæ non firmatur in 6.num.9. & ita dicendum eſt teſtamentum vſurarij manifeſti factum non præſtita idonea cautione de reſtituendis vſuris, vel non facta ipſarū reſtitutione à principio nullū ex d.c.quamquam, ex poſt facto reconualeſcere præſtita illa cautione ex iuribus, & rationibus ſupra proximè adductis cū alijs adductis a Decio in d.l.quod initio, & in l.quæ ab initio ff.de regul. iur. & á Dino in d. reg. non firmatur eod. titul. lib.6. per totam.

SVMMARIVM.

1 *Si vſurarius manifeſtus condidit teſtamentum facta vſurarum reſtitutione, & poſtea clam, & occultè vſuras exerceat, an vitidur teſtamentum antea factum?*

2 *Edictum de teſtamentis eſt prohibitorium; & ideo omnes teſtamenta facere poſſunt niſi expreſſè prohibeātur.*

3 *Facilius impeditur faciendum, quam irritetur iam factum.*

4 *Per reſtitutionem, vel cautionem idoneam de reſtituendis vſuris, reſtituitur vſurarius manifeſtus ad priſtinum ſtatum, & tollitur inhabilitas teſtandi.*

5 *Quæ iterātur frequēti præuaricatione, frequenti ſunt cōdemnanda ſentētia.*

6 *Semper quis vim inferre præſumitur, qui ſemel vim ab initio intulit, & in ea poſtmodū perſeuerauit etiā occultè.*

7 *Valet argumētū de præſēti ad præteritū. Et abſolutus ab excommunicatione donec ſatiſfaciat, ſi non ſatiſfaciat, reincidit in excōmunicationem eandē.*

8 *Qui alias ſolitus eſt manifeſtè fænerari, ſi poſtea cōuincatur ꝑ præſumptiones, & argumenta proxima, de vſuris occultis, tanquam manifeſtus punitur.*

9 *Qui poſt abiurationē hæreſis, de qua fuerat cōuictus, facto, vel verbo hæreticis cōmunicat in hæreſim relapſus dicitur.*

10 *Quædā diſtinctio ꝑ duarū opinionū cōcordia traditur, & cōꝓbatur, & n.ſeq.*

11 *Interpretatur text. in c. ad noſtram de empt. & vendit.*

Si vſurarius manifeſtus cōdidit teſtamentum facta vſurarū reſtitutione,& poſtea vſuras licet clam,& occultè exerceat, an vitietur teſtamentum antea factum abſque noua reſtitutione?

QVÆSTIO XIV.

1 PRoximæ præcedenti quæſtione ſuccedit alia non minus difficilis, & vtilis, an ſcilicet ſi vſurarius manifeſtus condidit teſtamentum facta uſurarum reſtitutione, uel præſtita idonea cautione de eis reſtituendis iuxta formam d. cap.quamquam, de inde clam, & occultè vſuras exerceat, an tale teſtamentū vitietur? & nō vitiari ex ſequētibus probatur.

Primo, nam ad hoc vt teſtamentum nō valeat, requiritur quod uſurarius manifeſtus ſit, ut conſtat ex d.c.quamquam. Sed poſtquam fecit teſtamētum obſeruata illius text. forma, & ſolemnitate nō eſt amplius manifeſtus, ſed ſolum occultus ut in quæſtione ſupponitur: ergo tale teſtamentum vitiari non debet.

2 Secundo, nam edictum de teſtamentis eſt prohibitoriū: quia omnes poſſunt teſtamenta facere niſi expreſsè prohibiti reperiantur l.ſi quæramus ff. de teſtam.c.cū locum de ſponſal. & notat Abb. Bero. & cæteri cōmuniter in rub. de teſt. Sed ſic eſt quod ſolū vſurarius manifeſtus teſtamentum facere prohibetur in d.c.quamquam. ergo vſurarius occultus illud facere poterit arg.c. hoſpitiolum 32. diſt. & principij Inſt. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iur. iuncto principio inſtit. quibus nō eſt permiſſum teſtam.fac. & per conſequens teſtamentū ritè, & rectè factum, vitiari non debet ex ſuperuenientibus vſuris occultis.

3 Tertio, nam facilius impeditur faciendū, quam iam factū, l. furioſum C. qui teſtam.fac.poſſ.l.patre furioſo ff.de ijs, qui ſunt ſui, vel c. dilectus de ſponſal. c.quēadmodū, de iureiur. Sed crimen vſurarū non impedit teſtamentū fieri ſimpliciter,

Digitized by Google

ut conſtat ex d.c.quamquam. ergo minus factum iam, ex poſt facto irritabit.

4 Quarto, nam ex quo factum fuit teſtamentum ſeruata prædicta forma, & ſolẽnitate, dicitur ſublata extrinſeca macula, & qualitas manifeſti vſurarij, & ita per reſtitutionem, vel cautionem idoneam de reſtituendis vſuris, reſtituitur vſurarius ad priſtinum ſtatum, & tollitur inhabilitas teſtandi, vt notatur in dict. cap. quamquam, & in clem. 1. de ſepulturis: ergo non debet per vſuras poſtea occultè exactas, reuiuiſcere, capit. ferrum 50. diſt. ibi, ***non ergo in eo debet deſpici quod fuit, quia iam incipit eſſe, quod non fuit***, l. qui res §. aream, ff. de ſolut.

Quinto, & vltimo hæc ſententia probatur ex doctrina gloſ. in Summa 50. diſt. ad finẽ dicentis quod ſi poſt pœnitentiam lapſi, commiſerint occultum crimen, ob hoc non ſunt remouendi ab ordine adepto. ergo teſtamentum uſurarij manifeſti conditum ſeruata forma, & ſolemnitate d. c. quamquam, non debet vitiari: ex eo quod teſtator ex poſt facto vſuras occultè, & clam exerceat, quam opinionem tenet Abb. in d.c. quia in omnibus quem ſequitur Paulus de Leazar in clem. 1. de vſuris.

5 Sed contrariam ſententiam, & opinionem, ſ. teſtamẽtum ab vſurario manifeſto factum, quamuis ſeruata illa forma, & ſolemnitate, vitiari ſi ex poſt facto teſtator vſuras occultè exerceat, tenuit Fed. de Sen. conſ. 7. Ant. de Butr. & Io. de Anan. in d.c. quia in omnib. ſeqq. moti fundamentis.

Primo, nã quæ iterantur, frequẽti præuaricatione, frequenti ſunt condemnanda ſententia iuxta text. in c. 1. de pęnis. Sed in quæſtione propoſita ſupponitur vſurariũ frequentaſſe vſurarum exercitium, exigẽdo ex poſt facto vſuras licet occultas. ergo dicendum eſt teſtamentum ab eis factum, irritari non obſeruata de nouo ſolemnitate d. cap. quamquam.

6 Secundo facit text. in l. illud ff. quod vi, aut clam, vbi ſẽper quis vim inferre dicitur, qui ſemel vim ab initio intulit, & in ea poſtmodũ perſeuerauit etiam occultè. ergo idem dicendũ eſt in vſurario, qui ſemel vſuras apertè exercuit, & in eis perſeuerauit occultè, vt vſurarius manifeſtus ſẽper dicatur. ſed vſurarij manifeſti teſtamentũ eſt irritũ ipſo iure nõ obſeruata illa ſolẽnitate, hoc eſt nõ facta reſtitutione, ſeu præſtita idonea cautione, vt in d. cap. quamquã ergo cũ ratione continuationis vſuræ etiam occultus vſurarius manifeſtus dicatur argum. d. l. illud, cautionem illam de nouo præſtare tenebitur de reſtituendis vſuris de nouo receptis, alias teſtamentum irritabitur.

7 Tertio facit text. in l. ſi quis C. ad leg. Iul. de adulter. vbi arguit de præſenti ad præteritum hoc pacto, quod cum aliqui accuſati de adulterio, ſe excuſarint, quod ſimul habitabant, & dormiebant, quia erant conſanguinei; ſi poſtea contraxerint matrimonium, præſumitur contra eos quod prius adulterium commiſerint. Hinc eſt quod abſolutus ab excommunicatione donec ſatisfaciat, ſi non ſatisfaciat reincidit in eandem excommunicationem per inde ac ſi abſolutus non fuiſſet, iuxta text. in cap. eos de ſentent. excomm. in 6.

8 Quarto hæc ſententia, & opinio corroboratur ex text. optimo in cap. ad noſtram de emptione, & venditione, vbi qui alias ſolitus eſt manifeſtè fęnerari, ſi poſtea conuincatur de uſuris occultis, puta per præſumptiones, & argumenta proxima, ut habetur in cap. illo uos de pignor. & in d. cap. ad noſtram, & in clem. 1. eodem titul. puniri debet etiam pro illis occultis vſuris pœnis Lateranenſis Concilij. Sed pœna inualiditatis teſtamenti non obſeruata ſolemnitate illa, fuit ſtatuta a Concilio Lateranenſi, vt conſtat ex d. cap. quamquam. ergo dicendum eſt irritari teſtamentum iam rite factum non obſeruata de nouo illa ſolemnitate, ideſt non reſtitutis vſuris ex poſt facto licet occultè receptis, vel non præſtita idonea cautione de illis reſtituendis.

9 Quinto, & vltimo facit pro hac ſententia, & opinione textus in cap. accuſatus de hæreticis lib. 6. vbi qui poſt abiurationem hæreſis, de qua conuictus fuerat, facto, vel verbo hæreticis communicat, relapſus in hæreſim dicitur, & iterum, vt talis punitur. Facit etiam text. in c præsbyterum de homicidio, vbi ab altaris miniſterio, & officio ſacerdotali deponitur præsbyter, ſi percuſſerit puerum intuitu diſciplinę, & puer interijt ex ipſa percuſſione, vel ex alia infirmitate, quæ orta fuit ex illa. Ergo ita, & eodem modo puniri debet vſurarius, qui poſt conditum teſtamentum vſuras occultas exercuit, ac ſi vſuras manifeſtas exerceret: quia relapſus in eas præſumitur, vt in d. §. 2. vel infirmitate orta ex priori vſurarũ mani-

manifeſtarum percuſſione affectus intelligitur, vt in d. cap. præsbyterum.

10 In qua opinionum cõtrarietate Auguſt. Bero. in d.c. quia in omnibus nu. 55. verſ. & quoniã iſte articulus, exiſtimat vtrãq; ſubſtineri, & defendi poſſe hac diſtinctione adhibita; q̃d aut manifeſtus vſurarius poſt conditum teſtamentum, continuauit vſurarum exercitium etiã occultè ſtatim, & incontinenti, & tunc teſtamentum antea factum irritatur ex dictis pro ſecunda opinione Federici de Senis d. conſil. 7. & aliorũ quos ſupra citaui. Nam ex quo vſurarius poſt teſtamentũ ſtatim continuauit vſuras etiam occultè, cenſetur vnum, & idem delictum licet mutata ſit natura, & qualitas rei, ſuper qua crimen cõmittitur arg. l. inficiando §. infans ff. de furtis, & eſt text. optimus in l. 3. §. illud, quod vi aut clam. l. lecta, ff. ſi cert. pet. l. continuus in princ. ff. de verb. oblig. l. cũ antiquitas, C. de teſtam. text. cum gl. in c. officij de elect. & in clem. 1. de vita, & honeſt. cleric. Aut verò poſt factum teſtamentum, iuxta formam d.c. quamquam, vſurarius non continuauit immediatè exercitium vſurarũ, ſed ex longo interuallo, & conſequenter poſtquam abolita erat iam macula, & labes vſuræ manifeſtæ: & tunc poſſet procedere opinio prior Abbatis.

11 Quam diſtinctionẽ, & opinionũ cõcordiam ego veriſſimã, & omninò tenendam iudico. pro qua facit tex. in c. diuortium de pœnit. diſt. 1. vbi diuortium nõ intelligitur illud, quod calore iracundiæ fuit factum, ſi in breui reuerſa eſt vxor. Idẽ colligitur ex l. diuortium, ff. de diuortijs l. ſi vir vxori, ff. de donat. inter vir. & vxor. & l. plerumq; ff. de ritu nupt.

12 Qua admiſſa concordia, & diſtinct. non obſtat text, in d.c. ad noſtram de empt. & vendit.; nã breuiter pro eius maximę difficultatis ſolutione reſpondetur text. illũ procedere quando prima labes, & macula vſuræ manifeſtæ non fuiſſet ſublata, ſed adhuc durabat, quia cõſtabat adhuc ipſum eſſe vſurarium manifeſtũ, quo caſu poteſt, & debet, vt vſurarius manifeſtus puniri etiã pro vſuris occultis, vt conſtat ex tex. ibi. *per pœnas in Lateranenſi Concilio cõtra vſurarios promulgatas appellatione remota compellas.* quam quæſtionis reſolutionẽ veram cenſeo, quidquid in cõtrarium dicãt Anan. in d.c. quia in omnibus n. 15. Abb. conſ. 1. lib. 2. Franc. in rub. de teſt. in 6. n. 38. Bal. in l. executorẽ C. de execut. rei iudic. n. 21. & alij relati à Cou. lib. 3. var. c. 3. nu. fi. verſ. decimo quamuis.

SVMMARIVM.

1 *Vſurarius manifeſtus neq; admittitur ad confeſſionem, neq; ſacramentalem abſolutionem, niſi reſtitutis vſuris, vel præſtita prius idonea cautione de illis reſtituendis.*

2 *Qui rei alienius à principio vere Dominus non eſt, ſed poſtea ex iuſto titulo authoritate legis Dominus efficitur, non tenetur ad illius reſtitutionem.*

3 *Res etiã ex turpi cauſa tradita efficitur accipientis cum eadem turpitudine.*

4 *Vſurarum dominium, an transferatur in accipientem.*

5 *Vſura furtum, & rapina dicitur, & rei furtiua dominium in furem non transfertur.*

6 *Nunquam nuda traditio transfert dominium.*

7 *Ex actu, cui lex reſiſtit, non transfertur dominium.*

8 *Ad tranſlationem dominij attento rigore iuris ciuilis, ſufficit cauſa habilis ideſt voluntas Domini, ſed attẽta naturali æquitate requiritur quod talis cauſa ſit firma, & iuſta.*

9 *Vſurarum reſtitutio non fuit inuenta in pœnam criminis, ſed à iure naturali ex ipſius natura rei introducta.*

10 *Vſurarius mentalis an teneatur ad reſtitutionem?*

11 *Ex duabus præſumptionibus contrarijs efficacior excludit aliã minus efficacẽ.*

Vſurarũ dominium an transferatur in accipientem?

QVÆSTIO XV.

1 VSurarius manifeſtus neque admittitur ad cõfeſſionem, neq; ſacramẽtalem abſolutionẽ, niſi prius vſuras reſtituerit, vel de eis reſtituendis idoneam cautionem præſtiterit, vt colligitur ex text. in d. cap. quamquam in verſic. nullus circa finem. Sed ſi bene

Google

aduertas hęc non eſt vera pęna in deteſtationem, vel punitionem vſurarij delicti: quodlibet enim peccatum habens annexum onus reſtitutionis, hoc habet ſui natura, iuxta vulg. reg. textus in capit. non dimittitur de reg. iur. in 6. relatam in cap. cum tu infra hoc tit. & in cap. 1. 14. q. 6. vt ſcilicet ad confeſſionem neque ſacramentalem abſolutionem non admittatur antequam vſuras, vel alienum iniuſtè detinens reſtituat.

2 Sed hæc doctrina difficilis quidem redditur ex eo, nam qui rei alicuius à principio vere dominus non eſt, ſed poſtea ex iuxta cauſa auctoritate legis dominus efficitur, non tenetur eam reſtituere, vt patet in rebus per vſucapionem acquiſitis l. 3. & per tot. ff. de vſucap. Sed vſurarius rei ſibi ex cauſa vſuræ traditæ, dominus efficitur ex voluntate dantis, quæ iuſta cauſa eſt ad acquirendum dominium §. per traditionem verſic. nihil enim inſtit. de rer. diuiſ. iuncto tit. ſupra de donat. & ff. & C. eod. ergo eam rem ex vſura acquiſitam, vt potè iuſto titulo comparatam non tenetur reſtituere vſurarius.

3 Cui difficultati non ſatisfaciet qui dixerit regulam d. §. per traditionem, & ſimilium non procedere, cum traditio ex turpi cauſa procedit, veluti ex vſura: nam etiam ſi res ob turpem cauſam tradatur, res tradita efficitur accipientis cum tali turpitudine, iuxta tex. in l. 1. in fi. & in l. perpetuo 6. & per totum ff. de cōdictione ob turpem cauſam in quibus iuribus probatur pro rebus cum turpitudine datis, & receptis, competere condictionem ob turpem cauſam, quæ actio perſonalis eſt, & ſupponit rem in accipientem, a quo petitur, in eiuſq; dominium tranſlatam fuiſſe, iuxta reg. text. in §. ſic itaque diſcretis iuncto. §. ſeq. inſt. de act. ergo euidenter apparet vſurarios non teneri reſtituere vſuras, quarum dominium in eos fuiſſe tranſlatum probauimus ſupra.

4 Pro cuius difficultatis ſolutione, & interpretatione text. in cap. prætcrea, & in cap. cum tu de vſuris inquirendum eſt, an vſurarum dominium transferatur in accipientem nec ne? Et transferri quidem vltra proximè allegata iura probatur ex ſequenti fundamento, nam ſiue pro repetendis vſuris competat condictio ob turpem cauſam, vt voluerunt Bero. in d. capit. quia in omnibus num. 3. & Syluester verbo vſura 6. num. 1. ſiue condictio indebiti, cum vſura omni iure ſit debita, iuxta regul. totius titul. ff. de condict. indeb. & l. ſi non ſortem 26. in principio, ff. eodem, vt tenet gloſ. fin. in cap. Michael. & ibi Innocent. & communis de vſuris Couar. dict. lib. 3. variar. cap. 3. num. 7 neceſſarium eſt fateri dominium translatum fuiſſe in accipientem, à quo datum ex cauſa vſuræ condicitur, vt probant omnes per text. ibi in l. Dominus 53. de condictione indebiti, & de condictione ob turpem cauſam ſupra probauimus. Ergo dicendum eſt vſurarum dominium transferri in accipientem.

5 Sed contraria ſententia, ſcilicet vſurarum dominium in vſurarium accipientem non transferri ex ſequentibus probari videtur. Primo, nam vſura furtum, & rapina dicitur, c. ſi quis vſuram 14. quæſt. 4. ſed rei furtiuæ dominium non transfertur in furem, vt conſtat ex toto titul. ff. & C. de furtis, & ex l. fin. ff. vſufructuarius quemadmodum cau. iuncto §. ſic itaque diſcretis inſtit. de act. ergo nec in vſurarium rei ex vſura acquiſitæ dominium transfertur.

6 Secundo, nam & ſi in vſurarum ſolutione interueniat traditio, non eſt ſufficiens ad transferendum dominium, iuxta reg. l. numquam nuda 31. ff. de acquir. rer. Dom.

7 Tertio, nam ex actu, cui lex reſiſtit, non transfertur dominium, iuxta text. in l. non dubium, cum ibi notatis per DD. C. de legibus; ſed actui vſurarum lex reſiſtit; cum omni lege prohibeantur, vt infra probauimus quæſtio. 21. huius primæ partis. Ergo dicendum eſt, earum dominium non transferri in accipientem. Quibus, & alijs rationibus hanc ſententiam defendunt Couar. lib. 3. variar. cap. 3. num. 6. & plures relati a Spino in Speculo teſtament. in gloſ. rubricæ parte 13. num. 27. & Villaguta dicta quæſtione 25. num. 5. Molina de iuſtit. & iur. tomo 2. diſput 327. & Leſſius qui plures refert de Iuſtit. & Iure lib. 2. cap. 20. dubitatione 8. nu. 158. Diu. Thom. 2. 2. quæſtio 78. artic. 3. & Caiet. ibi, & Soto lib. 6. de iuſtit. & iur. quæſt. 1. artic. 4.

8 Pro quarū opinionū cōcordia variæ ſolēt ab interpretib' aſſignari ſolutiones, & opiniones inter quas illa quidem mihi ſemper

per placuit quam tradit Belamera in dict. c. ſi quis vſurã in fin. quẽ refeert Villaguta ſupra pag.ſi. verſ. bis ergo præmiſſis .ſ. vt prior opinio ꝓcedat attẽto rigore, & ſubtilitate iuris ciuilis: poſterior autem procedat, & intelligatur attento iure naturali & eius æquitate.

Quæ diſtinctio ſequenti nititur & corroboratur fundamento. nam ad trãslationem dominij attento rigore iuris ciuilis, ſufficit quod pręcedat cauſa habilis, vel ſufficiens ideſt voluntas domini licet ſit coacta vi compulſiua, vt patet in rebus propter aliquem iuſtum titulum cum metu traditis ex l. 1. & per totum ff. & Cod. quod met. cau. vndecum in vſuris ſolutis detur cauſa, quæ ex ſe habilis eſt ad trãslationem dominij, videlicet ſolutio iuxta tot tit. ff. pro ſoluto dicendum eſt dominium vſurarum in accipientem transferri; non tamen in terminis iuris naturalis, & ſuę ęquitatis: nam ſecundũ eã non ſufficit tantũ, quod cauſa ad dominij translationem habilis pręcedat, ſed etiam requiritur, quod rata firma iuſtaq; ſit vt conſtat ex §. per traditionem verſicul. nihil enim iuncta reg. d.l. numquam nuda ff. de acquir. rer. dom.

Qua concordia vel diſtinctione retenta, ad argumenta pro vtraque ſupra adducta reſpondendum eſt, & in primis ad primum ſupra adductum reſpondetur ſolum probari in eo attenta iuris ciuilis ſubtilitate dominium vſurarum in accipientem transferri, non tamen probat idem dicendum eſſe ſecundum ius naturale, & eius ęquitatem.

Ad ſecundum fundamentum pro eadẽ opinione adductum de actione vel conditione ob turpem cauſam, vel indebiti. Idẽ reſpondendum attenta doctrina Zaſij in leg. 2. §. deinde ex his ff. de orig. iur. & Budei in l. 4. ff. de adopt.

Ad primum autem pro contraria adductum, ex mente Villagutæ ſupra reſpondendum eſt, quod licet vſura furtum dicatur, impropriè tamen, & largo modo dicitur. In furto enim vel occulte inſcio domino, vel manifeſte eo inuito res aliena contrectatur: in uſura autem ſaltim uoluntas domini, quoad ſolutionem conſideratur, ut ſupra diximus, & ex infra dicendis latius apparebit.

Nec obſtat ſecundum, nam reſpondeo negando in ſolutione uſurarum nõ interuenire iuſtam cauſam ſaltim in terminis iuris ciuilis habentis, & approbantis ſolutionem, ut iuſtam cauſam ad dominij trãslationem iuxta ſupradicta. ad tertium denique, & ultimum ommiſſis uarijs ſolutionibus adductis a ſupra citatis reſpondẽdum eſt legem ciuilem, uel poſitiuam non reſiſtere ſolutioni uſurarum, & per conſequens ceſſare regulam d.l. non dubium C. de legibus.

9 Ex quibus infero uſurarum reſtitutionem de qua in cap. præterea, & in cap. cũ tu, & in c. tua nos cum ſimil. de uſuris nõ in pęnam criminis inuentam, ſeu inductã fuiſſe, ſed a iure naturali præceptam, & ipſius rei natura introductam, ut reſoluunt omnes ſupra citati, & probatur in d. cap. cum tu, ubi adducitur authoritas Diui Auguſt. relata in uulg. reg. peccatum in 6. quæ quidem iure naturali inducta eſt, ut ibi notat communis.

10 Secundo infero uſque ad huc dicta de uſurarum reſtitutione intelligenda etiam eſſe de uſurario mentali: nam & eum ad uſuras reſtituendas teneri probat text. in cap. conſuluit de uſuris nec obſtat tex. in c. ſi. uerſ. & ad reſignationes de ſimonia, ubi probatur ſimoniacum mentalem nõ teneri ad reſtitutionem: nam ex mente plurimorum ex ſupra citatis dicendum eſt uſurarium mentalem ad reſtitutionem accepti ultra ſortem teneri: quia non pręſumimus ſoluentem lucrum ultra ſortem liberaliter Illud conceſſiſſe iuxta reg. l. cum de indebito ff de probat. mentalis autem ſimoniacus præſumitur gratis, & liberaliter dediſſe, ut nouiſſimè uoluit Carricius de uſuris cap. 7. num. 12.

11 Cuius differentię ea eſt ratio: nam in ſimoniaco mentali neceſſarium eſt duorũ alterum præſumi in dubio, aut ſcilicet donationem, & ſic animo liberali dediſſe, aut peccatum grauiſſimum ſimoniæ, ſcilicet cum tam dans, quam accipiens, ex cauſa ſimoniæ grauiſſimè peccet, iuxta totum titulum de ſimonia. Vnde cum prior pręſumptio efficacior, & urgentior ſit, aliam minus efficacem uincere debet, ut notant omnes per tex. ibi in cap. litteras de præſumpt. & in l. diuus ff. de reſtit. in integrũ, & ideo cum præſumamus potius liberaliter, & animo donandi temporalia pro ſpiritualibus conceſſa fuiſſe, quam animę ſalutem perdere, quamuis eo caſu quis acceperit, & accipiendo peccauerit peccato ſimoniæ, non obligatur ad reſtitutionem iuxta text. ſic intelligendum in d. cap. ſi.

de

de ſimon. quod ſecus eſt in uſurario mẽtali: quia licet præſumamus peccatum de illo, cum dans aliquid ex cauſa uſuræ non peccet, & ita hac ratione uel præſumptione ceſſante, ſuccedit alia præſumptio ſupradicta, nempe inuitum, & neceſſitate coactum dediſſe ex cauſa mutui, & ita merito accipientem ad reſtitutionem teneri dicimus in d. c. conſuluit.

SVMMA IVM.

1 *Vſurarij manifeſti an incurrant pœnas à iure illis impoſitas, ipſo iure, vel neceſſario requiratur iudicis ſententia.*

2 *Verba præſentis temporis inducunt effectum ipſo iure.*

3 *Verbum* maneat *idem importat, quod* ſubiaceat, *& verbum* ſubiaceat *importat effectum ipſo iure.*

4 *Quando pœna eſt priuatiua, & lex ſeù canon non vtitur verbis importantibus effectum ipſo iure, dicitur impoſita mediante ſententia iudicis.*

5 *Verba præteriti temporis importat effectum ipſo iure.*

6 *Participium futuri temporis importat ſententiam iudicis.*

7 *Mulctari tunc dicitur quando imponitur pęna mediante ſententia iudicis.*

8 *Numquam pœna ipſo iure impoſita dicitur niſi hoc expreſſe dicatur, vel inferatur, ex verbis illud ſua natura importantibus.*

9 *Diſpoſitum in vno ex diuerſis non cenſetur diſpoſitum in alio.*

Vſurarij manifeſti an incurrant pœnas à iure illis impoſitas, ipſo iure, vel requiratur iudicis ſententia?

QVÆSTIO XVI.

1 DVBIVM maximum in eo verſatur an ſcilicet vſurarij manifeſti incurrant pœnas illis à iure impoſitas ipſo iure, an vero requiratur iudicis ſententia? & iudicis ſententiam non requiri ſed ipſo iure infligi pœnas tenuerunt Abb. antiq. & moder. Innoc. & communiter DD. ſecundum Bero. in cap. quia in omnibus de vſur. nu. 40 Primo ex Doctrina Bartol. in l. 1. in principio ff. de ijs qui notantur in fam. dicentis ꝙ quando lex imponendo pęnã infamię notat & cõſiderat *factum* tũc ipſo iure irrogatur infamia, ſed Concilium Lateranenſ. imponendo ſupra relatas pęnas, notat, & conſiderat factum, & crimẽ vſurarium manifeſtum, vt conſtat ex d. c. quia in omnibus, & c. cum tu eodem titulo. cap. quamquam eodem titul in 6. ergo dicendum eſt pęnas illas ipſo iure infligi.

2 Secundo nam verba præſentis temporis inducunt effectum ipſius iuris, vt notat gloſ & Bal. in l. improbum fęnus per tex. ibi Cod. ex quibus cauſ. infam. irrog. vnde cum Concilium Lateranenſ. vtatur verbis præſentis temporis, vt conſtat ex d. cap. quia in omnibus ibi *nec ad communionem admittantur altaris, nec chriſtianam ſi in hoc peccato deceſſerint, accipiat ſepulturam, nec oblationes eorum quiſquam accipiat*: ergo dicendum eſt iudicis ſententiam non requiri.

3 Tertio & vltimo nam in fine d. cap. quia in omnibus dicitur clericos contrafacientes ſuſpenſos manere donec ſatisfecerint, ſuſpenſi autem manere non poſſẽt niſi ſuſpenſio eſſet inflicta ipſo iure arg. c. cupientes §. cæterum cum gl. verbo *ſuſpẽſos* infra de electione & electi poteſtate in 6. maxime cum concilium vtatur verbo, *maneat*, quod idem importat, quod *ſubiaceat*, ex doctrina Abbatis antiqui, & moderni in d. c. quia in omnibus, vnde cum verbum ſubiaceat, importet effectum ipſo iure iuxta tex. in cap. 1. de iniurijs lib. 6. c. ſi quis ſuadente 17. quæſt. 4. ſequitur euidẽter iudicis ſententiam nõ requiri cõtrariã tamen ſententiam nempe huiuſ
4 modi pœnas non infligi ipſo iure, ſed iudicis ſententiam requiri, tenuerunt Goffred. Hoſt. & Ant. de Butr. in d. cap. quia in omnibus Archid. & Ioan. And. in cap. 1. de homicid. lib. 6. Alex. & moderni in l. ſi quis maior C. de tranſact. & Fel. in cap. 2. de ſponſal. ſequentibus moti fundamentis.

Primo nam quando pęna eſt priuatiua, & lex ſeù canon non vtitur verbis præteriti temporis, nec verbis ſui natura importan-

portantibus ipſo iure qualia ſunt *mox, omnino, præciſe, ipſo facto*, vel *ipſo iure*, vel *illico, iuxta* tex in cap. ſi religioſus de electio. in 6. c. quicumque §. inhibemus de hæreticis, tunc pęna dicitur impoſita nõ ipſo iure, ſed mediante ſentẽtia, vt inquit Bal. in l. iubemus col. fin. Codic. de ſacro ſanct. Eccleſ. ſed pęnæ vſurarijs impoſitæ non ſunt impoſitiuę, ſed priuatiuæ, vt cõſtat ex d. c. quia in omnibus, nec canon vtitur verbis præteriti temporis, nec alijs importantibus ipſo iure, vt ex eo patet. ergo.

5 Secundo nam quando lex, ſeù canon imponeret pęnam etiam per verba præteriti temporis (quo caſu cenſetur impoſita *ipſo iure*, vt proximè dixi) ſi per alia iura, maximè, quæ veniunt ad declarationẽ illius legis vel canonis puniẽtis probetur vel inferatur, ꝙ iudicis ſententia requiratur, tunc illa verba præteriti temporis, quæ alias importare ſolent *ipſo iure* recipiunt declarationem ab alia lege ſeù canone, vt requiratur ſententia iudicis ad vitandam iurium contrarietatem, vt probat Bero. ſupra nu. 46. vnde cum per text. in c. cũ tu, quod venit ad declarationẽ d. cap. quia in omnibus, probetur & inferatur, quod pęnæ Lateranenſis Concilij non dicantur ipſo iure impoſitæ, ſed ꝙ requiratur ſententia: ſequitur euidenter non infligi ipſo iure pęnas vſurarijs manifeſtis impoſitas.

6 Quod autem tex. in d. cap. cum tu veniat ad declarationem d. cap. quia in omnib⁹ patet ex primis illius verbis ibi *cũ tu manifeſtos vſurarios iuxta decretum noſtrũ ꝙ nuper in concilio promulgatum eſt*, & quod ex eo inferatur, & probetur quod pęnæ Lateranens. Concilij non dicantur ipſo iure iniunctæ, conſtat etiam ex illis verbis: *communione altaris, & eccleſiaſtica præceperis ſepultura priuandos*. quod verbum *priuandos* eſt participium futuri temporis, de cuius natura eſt importare ſententiam iudicis, vt voluit gl. verbo priuandos, & in reg. in pœnis in 6. & in cap. quiſquis de electione gloſ. & Abb. in cap. ſi à clericis, de vita & honeſtate clericor. Bartol. in leg. ſi quis in tantam col. vltim. Cod. vnde vi, & in leg. iubemus §. ſanc. Cod. de ſacr. ſant. Eccl.

7 Præterea in d. cap. cum tu dicitur, quod ſi aliqui ſint vſurarij manifeſti, qui non habent vnde vſuras ſoluere poſſint, non debeant vlla pęna mulctari: ergo quãdo habent, mulctari poſſunt arg. cap. hoſpitiolum 32. diſt. ſed multari tunc dicitur, quando imponitur pœna mediante ſententia iudicis, vt probat tex. cum gloſa in l. in criminali C. de iuriſdictione omnium iud. auth. de non alien. aut permutat. reb. eccleſ. §. his ſolis collat. 2. l. ſi qua pęna ff. de verborum ſignificatione leg. aliud §. 1. ff. eod. tit. ibi *multa quidem ex arbitrio eius qui multam dicit*. ergo dubium non eſt iudicis ſententiam requiri ad imponendas pęnas a iure contra vſurarios manifeſtos ſtatutas.

8 Tertio & vltimo, nam numquam pęna ipſo iure impoſita dicitur, niſi hoc expreſsè dicatur, vel inferatur ex verbis illud ſua natura importantibus, vt probat gloſ. notab. in cap fin. de iure patr. Domin. de Sancto Gemin. in cap. Romana §. ſententias de appellat. in 6. & in cap. 1. col. fin. de re iudic. eod lib. Cardin. in capit. clericus 46. diſt. ſed Concilium Lateranenſe non utitur uerbis *ipſo iure*, nec alijs illud importantibus, ut audiitis niſi in cap. quamquam hoc tit. in 6. ubi dicitur, quod teſtamentum ab uſurario manifeſto factum, non obſeruata forma, & ſolemnitate, ibi requiſita, ſit irritum ipſo iure, ergo dicendum eſt in alijs ſententiã iudicis requiri,

9 Qua ſententia, ut ueriori retenta, nõ obſtant fundamenta ſupra pro contraria adducta: nam ad primum breuiter reſpõdetur uerum eſſe pęnam infamiæ ipſo facto incurri, ut in d. l. 1. & in d. l. improbum, non tamen ex hoc ſequi pęnas Lateranens. Concilij ipſo iure imponi, ut ex uerbis Bartol. probat Bero. in d. c. quia in omnibus num. 47. Ad ſecundum reſpõdetur, quod licet uerba præſentis temporis (quibus utitur concilium in d. c. quia in omnibus) iuducant ipſo iure recipiunt tamen declarationem ex tex. in d. capit. cum tu ex quo infertur, & probatur non ipſo iure, ſed mediante iudicis ſententia pęnas illas imponi uſurarijs manifeſtis, ut ſupra proximè probauimus in ſecundo fundamento pro hac ueriori ſententia adducto.

Nec obſtat tertium & ultimum fundamentum: illud enim quod in eo diximus habet locum, quo ad clericos contrafacientes; non uero quo ad uſurarios. nec di-

diſpoſitum in vno, habet locum in alio: cum diuersa militet ratio vt uarijs, & probabilibus rationibus comprobat Bero. ſupra num. 48. & 49. ex quibus apparet manifeſtos uſurarios non incurrere pęnas Lateranenſis Concilij in d. c. quia in omnibus relatas, ipſo iure, ſed neceſſariam eſſe iudicis ſententiam.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum eſt voluntatis noſtræ iuſta ſententia de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri vult.*
2 *Teſtamentum debet eſſe diſpoſitio rei ipſius teſtantis.*
3 *Filius, & ſeruus, qui in patria, & dominica poteſtate ſunt, teſtamenta condere non poſſunt.*
4 *Quidquid filius, vel ſeruus acquirit, patri, & domino acquirit.*
5 *Monaſterium an habeatur loco filij?*
6 *Teſtamentum poſthumi agnatione rumpitur.*
7 *Monaſterium nec filij, nec poſthumi loco habetur.*
8 *Quidquid acquirit Monachus, Monaſterio acquirit.*
9 *Interpretatur tex. in cap. in præſentia de prob. & leg. ex facto §. fin. ff. ad trebell.*

Religioſus poſtquam tria ſollemnia vota per profeſsionem religionis emiſit, vtrũ poſsit teſtamentum facere?

QVÆSTIO XVII.

1 RELIGIOSVM qui tria illa uota, per ſollemnem profeſſionem emiſit, teſtamentum cõdere non poſſe duplici quidem ratione probatur. Prima nam teſtamentum eſt uoluntatis noſtræ iuſta ſententia de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri uult, ut inquit Modeſtinus in l. 1. ff. de teſtam. ſed religioſus obedientię uotum promittens, proprię uoluntati renunciat, & ſuperioris authoritati & Imperio ſubijcitur, ut in d. cap. ex parte de regular. cum ſimilibus ſupra citat. ergo ex defectu propriæ uoluntatis teſtari non poterit.

2 Præterea, nam teſtamentum debet eſſe diſpoſitio rei ipſius teſtatoris l. uerbis legis ff. de uerborum ſignificatione auth. de nuptijs §. diſponat col. 4. ſed religioſus in ſolemni ſuæ religionis profeſſione cum ſe, & ſua Deo dicauerit. ut in d. cap. in præſentia, & in d. auth. ingreſſi, bonis omnibus temporalibus renunciat, paupertatis uotum emittens, ut in d. c. cum ad monaſterium de ſtatu monach. ergo recte ſequitur ex defectu bonorum, de quibus teſtari poſſit, teſtamentum condere non poſſe.

3 Qua etiam ratione ſeruus & filius qui in patria, & dominica poteſtate ſunt, teſtamenta condere non poſſunt prin. inſtit. quib. non eſt permiſſ. teſtam. fac. l. qui in poteſtate 6. in principio ff. de teſtam. l. 3. l. pen. C. qui teſtam. fac. poſſ. l. tam is 25. §. 1. in principio ff. de donat. cauſa mor. & leg. fin. §. ipſum autem uerſic. filij autem Cod. de bonis quæ liberis.

4 quidquid enim ſeruus, uel filius acquirit, dño, uel patri acquirit prin. inſt. per quas perſ. nob. acq. l. acquiritur 10. ff. de acq. rer. dom. hęred. l. placet 78. ff. de acq. prin. inſtit. de patr. poteſt. ſicq; quia tamquam filij quidquid acquirunt, monaſterio acquiritur cap. nolo c. nõ dicatis 12. quæſt. 1. cap. 2. cap. cum ad monaſterium infra de ſtatu monach. teſtari non poſſunt.

5 Hæc tamen doctrina licet in ſe uerisſima ſit, maximam continet difficultatem ex eo, quod monaſterium non loco patris, ſed loco filij habetur c. in præſentia de probatio. vbi fidei commiſſum relictum ſub conditione ſi ſine liberis deceſſerit, ceſſat per ingreſſum religionis: quia monaſterium ſuccedit loco filij l. ex facto §. final. ff. ad ſen. conſ. trebel. gl. 1. in auth. de ſanctiis. Epiſcopis §. ſed hoc præſenti gl. verbo liberos in auth. ſi qua mulier Cod. de ſacroſanct. eccleſ. & communis quam refert Tiraquel. in l. ſi vnquam verbo ſuſceperit num. 42. Cod. de reuocan. donat. & Guttier. lib. 1. canonicar. quæſt. cap. 32. num. 7. ergo cum monaſterium habeatur loco filij, malè dictum eſſe ſupra uidetur regulares profeſſos teſtari non poſſe: quia ſicut filius acquirit patri, vt in d. l. acquiritur d. l. placet cum ſimilibus ita religioſus acquirit monaſterio, vt in d. cap. nolo, & in d. cap. non dicatis 12. q. 1. ſiquidem mo-

Digitized by Google

monaſterium non loco patris cui acquiritur, ut ſupponitur, habeatur, ſed potius loco filij, vt probaui.

6 Pro cuius difficultatis ſolutione, & vera d. c. in præſentia de probat. interpretatione conſtituo, quod licet communis ſit doctorum opinio, quod monaſterium habeatur loco filij, adeo quod plures auſi ſint aſſerere non ſolum haberi loco filij; ſed etiam loco poſthumi, ita vt teſtamentum ante ingreſſum religionis factum per profeſſionem rumpatur, quaſi poſthumi agnatione, vt in l. poſthumorum 13. ff. de iniuſto rupto, & in §. poſthumi inſt. de exhęredatione lib. quorum ſententiam communem etiam dicit Innoc. in cap. 1. num. 11. de teſtam.

7 Contratium longe verius eſt, nempe nec filij, nec poſthumi loco monaſterium haberi ex ſequentibus. Ptimo ſi monaſterium haberetur loco filij, conditio potius diceretur impleta quā haberetur pro non ſcripta. at habetur pro non ſcripta in §. ſed & hoc præſenti auth. de ſanctiſſ. Epiſcopis col. 9. ergo non habetur loco filij.

Secundo nam ſi monaſterium eſſet loco filij ſequeretur in poteſtate monachi eſſe, & illi non acquirere monachum, quid quid acquirit. Sed hoc eſt falſum, vt conſtat ex d. cap. nolo d. cap. non dicatis 12. quæſt. 2. & d. cap. cum ad monaſterium infra de ſtatu monach. ergo & illud ex quo ſequitur ex quib⁹, & aliis a Felino adductis in d. cap. in præſentia num 42. falſā eſſe communem illius tex. allegationem vt ſcilicet monaſterium habeatur loco filij probarunt Bart. in authen. niſi rogati Cod. ad trebel. num. 1. & in authen. ſi qua mulier num. 4. C. de ſacroſant. Eccleſ. & ibi Paul. num. 19. & communis ſecundum Tiraq. ſupra Coua. lib. 2. vari. cap. 19. n. 6. & Menoch. lib. 4. de præſumption. pręſumpt. 83. numero 29.

9 Nec huic veriſſimæ reſolutioni obſtat text. in d. cap. in præſentia ibi *intelligendum non erat ſine harede decedere* iuncta l. ex facto §. fin. ff. ad trebel. ibi *ſi quis ita fideicommiſſum reliquerit, fidei tua fili committo, vt ſi ſinè harede moriaris, reſtituas Seio hareditatem, videri eum de liberis ſenſiſſe Diuus Pius reſcripſit.* nam verba illa continent partis allegationem, & Ideo non inducunt iuris diſpoſitionē cap. ſi Papa de priuileg. in 6. gloſa verbo ex facto in cap. auditis de electione ita reſpondet Abb. in d. c. in præſentia nu. 40. quem ſequuntur plures relatiā Guttierez ſupra nu. 54.

Nec obſtabit ſi dicas cum Paris. ibi numero 130. ſuper hac allegatione fundari deciſionem tex. & Ideo iuris diſpoſitionem inducere clementin. 1. vbi gloſa fin. de probat. nam deciſio text. non fundatur in allegatione illa, ſed in eo, quod monaſterium plene probauit ſuam intentionem probando Martinum, de quo ibi, Se, & ſua Deo obtuliſſe, nec ex aduerſo probata fuit minor ætas, vt conſtat ex verbis text. ibi *Dilectus filius Sancti Euſtachij Cardin. Bernardus attendens quod ſindicus veſter intētionē ſuā plene fundaſſet, & quod nihil fuiſſet ex aduerſo ſufficiēter probatum &c.* vnde conſtat monaſterium nō haberi loco filij vt DD. antiq existimarūt, ſed potius patris, & ita quid quid monachus acquirit, monaſterio acquirit. quo fit, vt poſt ſolemnem religionis profeſſionem teſtari non poſſit monachus vel regularis ex defectu bonorum ex iuribus, & rationibus à me ſupra adductis.

SVMMARIVM.

1 *Vbicumque requiritur de ſolemnitate, & eſſentia actus ſpontaneus cōſenſus, ſi interueniat metus corruit actus.*
2 *Valet argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale.*
3 *Vis eſſentia, & ſubſtantia profeſſionis religionis conſiſtit in emiſſione voti paupertatis, caſtitatis, & obedientia in manibus ſuperioris facta.*
4 *Matrimonium eſt contractus duorum conſenſu celebratus.*
5 *Voluntas coacta. voluntas eſt.*
6 *Quod metus cauſa ſit, mero iure valet.*
7 *Exceptio ſupponit actionem.*
8 *Reſciſſio actus ſupponit validitatem illius,*
9 *Ad religionis profeſſionem requiritur ſpontanea voluntas.*
10 *Interpretatur tex. in l. 1. ff. de eo quod metus cauſa.*

Profeſsio religionis per metũ facta, an ſit ipſo iure nulla?

QVÆSTIO. XVIII.

1 DVBIVM ſeu quæſtio elegans eſt an profeſſio, per metum facta ſit nulla ipſo iure, vel reſcindatur ope exceptionis, vel actione quod metus cauſa? & ipſo iure nullam eſſe reſoluit Abb. Panorm. in cap. 1. de regul. num. 2. cuius ſententia & opinio probatur ex ſequentibus fundamentis. Primo nam vbicumque requiritur in actu ſpontaneꝰ, ſeù liber conſenſus, non valet actus ſi interueniat metus gloſ. not. in cap. notificaſti 33. q. 5. & colligitur ex tex. in c. cum locum infra de ſponſal. ſed in religionis ꝓfeſſione requiritur ſpõtanea, & libera voluntas, vt in c. 1. de regular. & in Concil. Tridentin. ſeſſ. 25. c. 17. ergo interueniente metu nulla erit.

2 Secundo nam valet argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituále c. cum inter ſupra de electione cap. inter corporalia c. fin. de translat. Epiſc. c. quoniã frequenter §. porro, vt lite non conteſtata cum ſimilibus adductis ab Euerar. in locis argumentorum in loco a matrimonio carnali ad ſpirituale. Sed matrimonium carnale metu celebratum, eſt ipſo iure nullũ, nec opus eſt vt reſcindatur actione, quod metus cauſa c. veniens c. conſultationi infra de ſponſal. cap. ſignificauit infra de eo qui dux. in matr. quam poll. per adulter. matrimonium enim libero conſenſu contrahitur c. gemma infra de ſponſalibus c. requiſiuit eod. tit. & vbi interuenit metus tollitur qualitas libertatis iuxta tex. in d. c. cum locum ergo profeſſio religionis, ꝑ quam matrimonium ſpirituale contrahitur, erit etiam ipſo iure nullum, nec erit neceſſarium, vt reſcindatur actione, quod metus cauſa.

3 Tertio nam profeſſionis religionis vis, eſſentia, & ſubſtantia conſiſtit in emiſſione voti paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ iuxta text. in cap. porrectum infra hoc tit. c. cum ad monaſteriũ infra de ſtatu monachor. c. ſi qui clerici vel vouentes matr. contrah. poſſ. ſed votum metu factum, eſt ipſo iure nullũ ex gl. in c. authoritatem 15. q. 6. & in c. 2. ſupra de his quæ vi, met. ve cau. fiunt, & probatur ex tex. in c. præſens 20. q. 3. & in c. notificaſti 33. q. 5. & in c. 2. de his quæ vi, met. ve cau. fiunt: per votum enim quis eo Deo obligatur, & Deo nihil eſt acceptum, quod non procedat ex ſincera & libera voluntate, nam non coactos, ſed voluntarios milites eligit c. iam vero §. ex his 23. q. 5. ergo profeſſio religionis, quæ principaliter conſiſtit in voto, metu facta, erit ipſo iure nulla.

4 Quarto, & vltimo hæc Abbatis ſententia, & opinio probatur nam matrimoniũ eſt contractus duorũ conſenſu celebratus c. 1. c. 2. & fere per tot. tit. infra de ſponſal. iuncta rubric. infra qui cler. vel vou. matrimon. contraher. poſſ. ſed contractus metu celebratus, eſt ipſo iure nullus l. ſi mulier §. ſi dos ff. quod metu caus. ergo cum profeſſione religionis celebretur matrimonium ſpirituale, dicendum eſt metu celebratam, nullam eſſe ipſo iure.

5 Sed contraria ſentẽtia nempe quod nõ ſit ipſo iure nulla, ſed ope exceptionis, vel actione, quod metus cauſa reſcindatur probatur ex ſequentibus. Primo nã ad religionis profeſſionẽ nihil aliud requiritur niſi profitentis voluntas, quæ conſenſum inducit arg. c. cum locum cum ſimil. infra de ſponſal. ſed voluntas coacta metu, aut vi, volũtas eſt c. merito 15. q. 1. d. l. ſi mulier ff. quod metus cauſa. ergo ꝓfeſſio metu facta non eſt ipſo iure nulla.

6 Secundo nam quod metus cauſa ſit, mero iure valet, & per Iudicem irritatur ex leg. 1. ff. de eo quod metus cauſa ibi *quod metus cauſa geſtum erit ratum non habebo*, ergo profeſſio religionis metu facta nõ eſt ipſo iure nulla, ſed reſcinditur ꝑ actionem, quod metus cauſa.

7 Tertio nam exceptio ſupponit actionẽ; quoniam eſt actionis excluſio l. 2. ff. de except. & vbi datur exceptio, actio etiam cõpetit l. 1. ff. eod. ſed competit exceptio ſiue res metu facta ſit perfecta, ſiue ſit imperfecta. iuxta l. metum 9. §. ſed quod prætor ff. de eo, quod metus cauſa. Ergo competit etiam actio l. ſi quis rem ff. deliberatione leg. & l. ſi contendat ff. de fideiuſſ. & conſequẽter ſequitur profeſſionẽ metu factã nõ eſſe nullã, ſed reſcindi actione ꝙ met. ca.

8 Quarto facit tex. elegans & ad propoſitum expreſſus in c. Abbas ſupra de his quę vi metus ve cau. fi. vbi cũ quidã clericus haberet eccleſiam ab Abbate Sancti Eadmũdi, Abbas milites miſit, vt clericum à domo, & vniuerſa ſubſtantia expelleret, qui ita coactus eccleſiam abiurauit, & Abbas eã alij conceſſit. de quo cõſultus, Alex. 3. re

ſpon-

ſpondet, quod cum, quę metu fiunt, de iure debeant in irritum reuocari; prædicto clerico vniuerſa reſtituantur. ſed qui in irritum reuocat, vel reſcindit actum, ſupponit validitatem illius l. hac in factum ff. quæ in fraud. cred. l. ſi ſciens ff. de contrah. empt. & toto tit. C. de reuocan. donat. quod enim nullum eſt reſcindi nõ poteſt. c. ad diſſoluendum de deſponſat. impub. ergo cum ea, quæ metu fiunt reuocẽtur in irritum, dicendum eſt profeſſionem religionis metu factam, non eſſe nullam ipſo iure; ſed validam, & reſcindi actione, quod met. cauſa.

9 Sed his non obſtantibus fundamentis, ego exiſtimo, Priorem Abbatis ſententiã & opinionem veriorem eſſe ex fundamentis in ea ſupra adductis, & ex Concil. Tridentin. ſeſſ. 25. de regular. cap. 17. 18. & 19. & ad fundamenta pro contraria opinione adducta reſpondendum eſt. Ad primum quod licet voluntas coacta ſit voluntas, vt in dict. leg. ſi mulier cum ſimil. non tamen eſt voluntas ſpontanea, prout requiritur ad religionis profeſſionẽ in d. c. 1. ibi *& ſpontanea voluntate.* Et Ideo voluntate metu coacta profeſſio facta, nulla eſt ipſo iure. ex iuribus ſupra adductis, vt reſoluit, Abb. in d. cap. 1. num. 2. in fin.

10 Ad ſecundum reſpondendum eſt I. C. in d. l. 1. ff. de eo quod metus cauſa ibi *quod metus cauſa geſtũ eſt ratum nõ habebo.* accipiendum eſſe ſecundum Vlp. reſponſum lib. 2. ad edictum relatum in leg. metum 9. §. ſed quod prætor ff. eodem, & Alex. 3. deciſ. in d. cap. Abb. 2. ſupra de his quæ vi. quod licet regulariter loquendo, quod metu fit, mero iure valet; per Iudicem tamẽ irritatur, aut per actionem, ſi res perfecta ſit, aut per exceptionem ſi imperfecta ſit, vt in d. §. ſed quod prætor: voluntas enim agentis deprehenditur quamuis coacta iuxta d. cap. merito 15. q. 1. & d. l. ſi mulier §. ſi metu ff. de eo quod met. cauſa. quæ ſufficit, vt actus valeat ſecundum Hoſt. in ſumma tit. de his quæ vi nu. 6. at vero cum in matrimonio carnali requiratur libera & ſpontanea voluntas, vt in allegato cap. cum locum ſupra de ſponſal. cum ſimil. ita & in ſpirituali requiritur, veluti in religionis profeſſione vt in d. cap. 1. & ita metu facta erit nulla ipſo iure & iuribus, & rationibus ſupra adductis ad tertium, & quartũ reſpõdeas vt infra ſecunda part. q. 40. n. 9.

S V M M A R I V M

1 *Dolo ad religionis profeſſionem inducti, in ea perſeuerare coguntur.*
2 *Actus à minore ſcienter dicente ſe minorẽ eſſe, valet, & ei non datur reſtitutio.*
3 *Dolus in ſpiritualibus nõ annullat actũ ſi fuerit inductus ad bonum.*
4 *Scienti & conſentienti non ſit iniuria, nec dolus.*
5 *Dolus dãs cauſam actui etiam manumiſſionis, reddit illum ipſo iure nullum.*
6 *Societas dolo contracta eſt ipſo iure nulla.*
7 *Quando dolus purgatur per actionem deſcendentem ex contractu, illa actio datur contra heredes.*
8 *Doloſa perſuaſio plus eſt quam violenta coactio.*
9 *In contractibus bonæfidei multa veniũt, de quibus expreſſe non fuit actum.*
10 *Iura deceptis, non decipientibus ſubueniunt.*
11 *Locum non habet conſenſus, vbi metus, vel coactio intercedit.*
12 *Doloſa perſuaſio dici nõ poteſt, per quã inducitur quis ad religionis profeſſionem.*
13 *In contractibus bonę fidei, maior bonæ fidei exuberantia requiritur.*
14 *Matrimonium carnale dolo celebratum valet.*

Profeſsio religionis dolo facta, an valeat, vel reſcindatur exceptione doli?

QVÆSTIO. XIX.

1 MAIOR tamen dubitatio eſt an profeſſio religionis per dolũ facta valeat necne? & quidem valere probatur ex ſequentibus fundamentis. Primo ex tex. eleganti in cap. conſtituit 20. q. 3. vbi Gratian. hæc Concilij Maguntini verba refert. *cõſtituit ſane ſacer iſte cõuentus, vt Epiſcopi ſiue Abbates, qui non in fructũ animarum, ſed in auaritiam, & turpe lucrum inhiantes, quoslibet homines circumueniendo, totonderunt, & res eorum tali perſuaſione ſurripuerunt, pęniten-*

tia canonica, (vt pote turpis lucri ſectatores) ſubiaceant: hi vero qui illecti eo mam depoſuerunt; in eo, quod cęperũt perſeuerare cogantur; res vero eorum hæredibus reddantur. ex quibus verbis ſatis expreſsè probatur religionis profeſſionē dolo ſactam valere ſi quidem in ea perſeuerare profeſſi coguntur.

2 Secundo probatur nam actus à minore factus dicente ſe maiorem eſſe dolo, & malitia; ſciebat enim ſe eſſe minorem, adeo validus eſt, vt reſtitutio ei denegetur l. iniqui cum l. ſeq. in princ. C. ſi minor ſe maiorem dix. ergo ita & eodem modo dicendum eſt in noſtra propoſita quæſtione, vt profeſſio dolo facta valeat.

3 Tertio nam dolus in ſpritualibus non annullat actum: quia non poteſt propriè dici dolus, quando fuit inductus ad bonũ text. eſt in cap. cum dilectus de his, quæ vi, met. ve cauſa fiunt. vbi cum canonici inſularum volentes obſeruare regulam ciſtercienſium, emiſiſſent votum præſtito iuramento, quod translationem ſuæ eccleſiæ ad Ordinem Ciſtercienſ. non impedirent, poſtmodom prædicti canonici volũtatem ſuam mutare voluerunt, & ſic reuocare, quod ſecerant, & petierũt reſtitutionem contra factum proprium dicentes ꝑ metum, & dolum fuiſſe inductos, & reſpõdet Innoc. III. reuocandum non eſſe cum nec metus cadere poterat in conſtantem virum nec dolus ſufficiat ad reſcindendũ actum, qui potius ad fatuitatem canonicorũ, quá ad circumuentionē Ciſtercienſiũ poſſit retorqueri ergo euidenter ſequitur religionis ꝓfeſſionē dolo factāvalere.

4 Quarto & vltimo probatur, nam ſcienti, & conſentienti nõ fit iniuria nec dolus reg. ſcienti de reg. iur. in 6. vnde cum nũquá volenti dolus inſeratur, fruſtra de dolo queritur, quo minus ad implendum promiſſum adſtringatur l. cum donationis C. de trāſact. l. vēditor, C. de reſcindenda vēd. l. quamuis ff. de in ius voc. l. in diē ff. de aqua pluu. arc. l. qui autem §. præterea ff. quæ in fraud. cred. ergo recte ſequitur profeſſionē religionis dolo factā, valere, & profeſsũ de dolo queri nõ poſſe, quo minus ad obſeruātiā regulæ illius religionis adſtringatur. Quā ſentētiā & opinionē his nõ adductis fundamētis tenēt Fel. in c. in preſētia de prob. n. 12. Abb. in c. cũ dilecti de empt. & vēd. nu. 6. & in cap. ex parte col. 3. de reſt. ſpol. cũ alijs plurimis quos refert & ſequitur Felin. ſupra.

5 Sed cõtraria ſententia nēpe profeſſionē religionis dolo factā nullā eſſe ipſo iure, ꝓbatur ex ſequētibꝰ fundamētis. Primo nā dolus dās causā cõtractui quātũuis fauorabili, hoc eſt manumiſſionis, reddit illũ Contractũ ipſo iure nullũ l. & elegāter ff. de dolo. ergo dolus dās causā ꝓfeſſioni religionis, reddit eam ipſo iure nullam.

6 Secũdo facit tex. in l. 3. §. fi. pro ſocio vbi expreſsè dicitur ſocietatē dolo contractā eſſe ipſo iure nullā, quod etiam probatur in l. in cauſæ in principio ff. de minor.

7 Tertio ꝓbatur ex eo: nā quando dolus purgatur per actionē deſcēdentē ex cõtractu, illa actio datur cõtra hæredes l. ſi hominē §. datur ff. depoſiti l. ex depoſiti, & l. ex contractibus ff. de act. & oblig. ſed quādo dolus dat cauſam contractui, & obligationi, actio non datur contra hæredes §. aliquando inſt. de perp. & tempor. act. ergo non purgatur per actionem, ergo eſt ipſo iure nullus cõtractus dolo celebratꝰ.

8 Quarto, & vltimo nā actus, in quo qualitas aliqua pro ſolemnitate requiritur, ea deficiente, corruit l. cum ij §. prętor ff. de tranſact. ſed in religionis profeſſione non quęlibet voluntas, ſed ſpontanea pro ſolemnitate requiritur. ergo ea deficiente erit ipſo iure nulla, ſed dolus aufert qualitatem illam ſcilicet, vt ſit ſpontanea. ergo nulla eſt profeſſio dolo facta.

Quod autem dolus auſerat qualitatem illam probatur, nā doloſa perſuaſio plus eſt, quam violenta coactio l. 3. §. ſi quis volētem ff. de libero hom. exhib. l. 1. §. perſuadere ff. de ſeruo corrupto. Sed violenta coactio conſenſum omnino tollit c. cum locum de ſponſal. cum ſimilibus. ergo profeſſio dolo facta, eſt nulla ipſo iure. quā ſententiam ſequitur Bart. in l. & elegāter ff. de dolo, & plures relati ab eo & ab Abb. in c. cũ dilectus de his que vi & in c. cũ dilecti de emptione & venditione num. 12.

9 Sed his nõ obſtantibus fundamētis priorē ſententiā, & Abbatis opinionem veriorē iudico. ſed pro ꝑfecta noſtrę qſtionis reſolutione, & reſponſione ad fundamenta vtriuſq; opinionis, cõſtituo differentiā inter cõtractus bonæ fidei, & ſtricti iuris, vt in illis ſi dolus dedit causam cõtractui ſit ipſo iure nullus cõtractus. in his vero dolus non vitiet actum, ſed valeat licet ex poſt facto reſcindatur, vt optime reſoluit Bartol. vbi ſupra, & poſt eum Abb. in d. cap. cum dilecti. Ratio differentiæ eſt ꝙ in cõtractibus bonęfidei multa veniunt

de

Digitized by Google

de quibus expreſſè non fuit actum, vt notant communiter Interpretes in cap. cum venerabilis de except. & ſic ſi interueniat dolus, non valet actus: quia excludit omninò dolus contrahentium conſenſum, & voluntatem; at verò in contractibus ſtricti iuris qui ſtrictè iudicantur, dolus non vitiat actum ipſo iure ex gloſ. ſi. in d. c. cum dilecti l. dolo, & ibi Bal. C. de inutil. ſtip. & glo. in d. l. & eleganter communiter recepta, quam diſtinctionem licet verboſè impugnare velit Petr. de Bellapert. in l. 2. C. de reſcindenda venditione, dicens nullibi in iure probari. veram eſſe iudico, & menti omninò tenendam, quæ probatur ex ſequentibus.

Primo ex d. l. & eleganter ff. de dolo, vbi venditionem dolo factam nullam eſſe dicitur, ſed venditionis contractus bonæ fidei eſt §. actionum Inſtit. de act. ergo.

Secundò, nam ſocietas etiam eſt contractus bonæ fidei, vt conſtat ex d. §. actionum, quam dolo celebratam nullam eſſe ipſo iure dicitur in l. 3. ff. pro ſoc.

Tertio probatur ex fundamento ſupra adducto num. 7.

Quarto ſupradicta diſtinctio probatur quo ad contractus ſtricti iuris ex text. in l. dolum C. de inutil. ſtipul. & l. ſi quis cum aliter ff. de verb. oblig. in quibus agitur de ſtipulatione, quæ ſtricti iuris eſt ex d. §. actionum, & valere etiam dolo interueniente dicitur. Ergo licet dolus det cauſam contractui ſtricti iuris, contractus non annullatur ipſo iure.

Quinto, probatur eadem diſtinctionis pars vltima ex tex. in d. l. cum donationis C. de tranſact. vbi donationem valere etiam ſi dolo fuerit celebrata dicitur, & donatorem excuſari non poſſe, quominus ad præſtandum promiſſum adſtringatur. Sed donatio eſt ſtricti iuris, vt colligitur ex d. § actionum, vbi ſolum referuntur contractus bonæ fidei, inter quos non reperitur donatio, principio Inſtit. de ijs, qui ſunt ſui, vel alieni iuris, & princ. inſt. quibus non eſt permiſſ. teſtam. fac. ergo rectè ſequitur in contractibus ſtricti iuris dolum non annullare actum ipſo iure, licet ipſum annullet in contractibus bonæ fidei, vt ex ſupra adductis apparet.

10 Nec huic veriſſimæ gloſę in d. l. & eleganter, & Bart. ibi num. 4. & Abb. in d. c. cum dilectus de his quæ vi num. 4. quidquam obſtat text. in d. l. ſi is, qui cum l. ſeq. in princ. C. ſi minor ſe maiorem dix. vbi agitur de contractu in genere à minore celebrato dolo interueniēte, & nō valere videtur: cū reſtitutio ipſi minori denegetur. Nam breuiter reſpondendum eſt, quod non ex eo, quod denegetur reſtitutionis auxilium minori, colligitur non valere contractum. Imò totum ex diametro contrarium: cum dolus fuerit ex parte minoris dicentis ſe maiorem eſſe, cum eſſet minor, & ita cum valeret contractus non obſtante dolo, petijt reſtitutionem, quam illi denegandam aiunt Imperat. in dictis legibus: quia iura deceptis, non decipientibus ſubueniunt iuxta tex. in c. cum vniuerſorum de rerum permut. c. ſuper literis de reſcript. l. 2. §. verbo ff. ad Velleia. & nota hanc ſubtilem interpretationem.

11 Sed adhuc obſtat, quod in omnibus cōtractibus requiritur mutuus contrahentium conſenſus iuxta l. 1. in principio, & in §. 1. ff. de pactis cum ſimil. licet enim contractus bonæ fidei dicantur contractus, qui conſenſu celebrantur in tit. Inſt. de oblig. quæ ex conſenſu, cum ſequentibus; non tamen ex eo ſequitur conſenſum neceſſario in alijs non requiri. Sed quia tota illorum vis, & ſubſtantia conſiſtit principaliter in conſenſu, & conuentione partium, iuxta tit. Inſtit. de oblig. quæ ex conſenſu. Sed doloſa perſuaſio excludit conſenſum; ergo ſiuè contractus ſit bonę fidei, ſiuè ſtricti iuris rectè dicit Pet. de Bellapert. nullum eſſe, ſi dolus illi cauſam dederit.

Quod autem doloſa perſuaſio excludat conſenſum, probatur ex l. 1. §. perſuadere ff. de ſeruo corr. vbi dicitur doloſam perſuaſionem plus eſſe violenta coactione. Sed violenta coactio cōſenſum excludit: cum locum non habeat cōſenſus, vbi metus, vel coactio intercedit, c. cum locum de ſponſal. ergo doloſa perſuaſio excludit conſenſum, & conſequenter cōtractus dolo celebratus, ſiue bonæ fidei, ſiue ſtricti iuris ſit nullus erit ipſo iure.

12 Sed pro huius difficultatis ſolutione, quæ conſiſtit in vera intelligentia, & interpretione illorum verborum d. §. perſuadere, ibi. *Perſuadere eſt plus quam compelli, atque cogi ſibi parere*, animaduertendum eſt quod verbum *perſuadere* accipitur in bonam, & in malam partem. In bonam quando quis ſuadetur ad bonum. In malam quando quis aliquem ſuadet, quo ipſum deteriorem faciat. Quare ad diffe-

Digitized by Google

differentiam perſuaſionis ad bonum, & perſuaſionis ad malum, Prætor dixit in illo edicto *qui ſeruum, ſeruam, alienum, alienam recepiſſe, perſuaſiſſe vè quid ei dicetur, dolo malo, quo eum, eam ve, deteriorem faceret; in eum quanti ea res erit, in duplum iudiſsum dabo.* Vnde cum doloſa perſuaſio dici non poſſit, per quam inducitur quis ad religionis perfectionem: cum ex ea non fiat quis deterior, ſed perfectior iuxta ſupradicta ex d. c. cõſtituit 20. quæſt. 3. & d. c. cum dilectus ſupra de his quæ vi, valet profeſſio, etiam ſi dederit illi cauſam dolus, vt in dictis iuribus.

Sed hæc ſolutio licet optima ſit quo ad ſupradictam diſtinctionem noſtræ quæſtionis reſolutioni applicandam; non tamen ſoluit difficultatem cõtra diſtinctionem illam oppoſitam, cum ex illa clarè deducatur doloſam perſuaſionem plus eſſe violenta coactione, & ſic conſenſum excludere, & conſequenter cõtractus doloſa perſuaſione celebratos nullos eſſe ipſo iure ſiuè bonæ fidei, ſiuè ſtricti iuris ſint.

13 Quare pro vera illius text. interpretatione cõſtituo quod cum in contractibus bonæ fidei, qui principaliter cõſenſu celebrantur, maior conſenſus exuberantia requiratur, ſufficit doloſa perſuaſio, vt nulli reddantur: at vero in alijs non annullet actum: quia interuenit conſenſus, & voluntas licet doloſa illa perſuaſione coacta, quæ ſufficit vt valeat, licet poſtea reſcindatur exceptione doli, vt in l. dolũ C. de inutil. ſtipul. & in l. ſi quis cum aliter ff. de verb. oblig. ex quibus iam habetis veram præpoſitę quæſtionis reſolutionem, vt profeſſio religionis dolo facta valeat, & obligationem inducat ad obſeruantiam illius ex iuribus, & rationibus ſupra adductis.

14 Vnde infero matrimonium carnale dolo celebratum, valere. quam ſententiam tenet glo. ſing. in cap. cum dilectus ſupra de his quæ vi met. ve cau. fi. & ibi Abb. num. 13. Bald. in rubr. de Iudic. 1. lectura col. 2. & in l. 1. col. 2. C. plus valere, quod agitur Curt. iun. in l. interpoſitas C. de tranſact. col. 1. & Cou. in 2. p. c. 3. §. 7. n. 3. & probatur primo ex tex. in cap. cum in Apoſtolica infra de ſponſal. vbi matrimonium ſubreptitium valet: pendente enim lite ſuper primo matrimonio, aliud cum alia contraxit villicus, de quo ibi, falſitate ſuggeſta, & nihilominus valere reſpondet Vrban. 3. Præterea, & 2. nam dolus in ſpiritualibus dolus propriè dici nõ poteſt, vt colligitur ex d. c. conſtituit 20. quæſt. 3. & d. c. cum dilectus de his quę vi, & ita ſicut profeſſio regularis valet, valet etiam matrimonium carnale.

SVMMARIVM.

1 *Delictum non præſumitur, niſi probetur.*
2 *Metus non iactationibus tantum, vel conteſtationibus, ſed atrocitate facti probari debet.*
3 *Dolus non præſumitur, niſi probetur.*
4 *Quilibet præſumitur bonus, niſi contrarium probetur.*
5 *Error potius quam dolus præſumitur.*
6 *Dolum præſumi in aliquibus caſibus probatur.*
7 *Interpretatur text. in l. ſi non conuitij Cod. de iniurijs, & in l. 1. C. ad leg. Cornel. de Sicar.*
8 *Interpretatur text. in l. ſi quis affirmauerit §. 1. ff. de dolo.*

In dubio, an præſumatur dolo, aut metu profeſsionem religionis factam fuiſſe?

QVÆSTIO XX.

1 SI dubitetur, an matrimonium, ſeu profeſſio Religionis facta fuerit metu, vel dolo nec ne? quæſtio eſt, an in dubio præſumatur libero, & ſpontaneo cõſenſu omninò celebrata? & ita præſumendum eſſe in dubio, niſi contrarium probetur ex ſequentibus probatur. Primo quo ad metum: nam delictum non præſumitur, niſi probetur l. merito ff. pro ſocio, ſed metũ incutere delictum eſt, vt probant Innoc. in cap. cauſam matrimonij de offic. deleg. & Alc. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 7. nu. 1. ex tit. ff. ne quis eum qui in ius voc. vi exim. & tit. ne vis fiat ei, qui in poſſ. miſſ. eſt. ergo non debet præſumi metu facta profeſſio.

Secundo facit text. elegans in l. 2. C. de his quæ vi met. ve cauſa fiunt, vbi cum quis ſpõtanea voluntate ſoluiſſet certam pecuniæ ſummã à ſe antea promiſſam, illam repetere voluit dicens metu fuiſſe inductum ad promiſſionem.

Super quo conſultus Imperator, reſpõdet repetere non poſſe: cum veriſimile non ſit ad ſolutionem properaſſe ommiſſa quærela de chirographo, vtpotè per vim extorto quam rationem tradit I. C. in l. fi. ff. de eo quod metus ca.

2 Tertio facit text. in l. metum C. de his quæ vi. vbi dicitur *metum non iactationibus tantum, vel conteſtationibus, ſed atrocitate facti probari conuenit*, ex quibus verbis colligitur non præſumptionem, ſed euidentem, & luce meridiana clariorem probationem requiri. ergo rectè dicimus profeſſionem religionis in dubio non debere præſumi metu factam.

3 Quoad dolum etiam probatur ex ſequẽtibus. Primo, nam dolus non præſumitur niſi probetur l. dolũ C. de dolo l. quoties §. qui dolo ff. de probat.

4 Secundo, nam quilibet præſumitur bonus, niſi probetur contrarium c. fi. ſupra de præſumpt. l. ſuper ſeruis C. qui militare poſſ. lib. 12. & auth. contra qui propriam C. de non numer. pecun. ſed bonus non eſt, qui alterum circumuenit, vt notat Felin. in d. c. fi. n. 15. ergo ne præſumatur malus: cum in dubio debeat præſumi bonus ex dictis iuribus, dicendum eſt dolum in nemine præſumi niſi probetur.

5 Tertio facit text. in l. non omnis §. à barbaris ff. de re militari, & text. elegans in l. quod adhibitus C. de his qui ſibi adſcribunt in teſtam. vbi dicitur quod ſi in commilitonis ſui teſtamento quis adſcripſerit ſibi ſeruum, habetur pro non ſcripto, & pœna legis Corneliæ de falſis remittitur: quia potius error, quam dolus præſumitur. Ex quibus hãc ſententiã tenent Alex. conſil. 65. num. 11. vol. 1. & cõſil. 27. in principio vol. 2. Decius cõſil. 75. num. 5. Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib. 2. tit. 7. num. 1. cum alijs ab eo relatis, & à Maſcardo per duas integras columnas de probat. concluſ. 532. à num. 1. cum ſeq. & à Menoch. de præſumptio. lib. 4. præſumptione 3. num. 14.

6 Sed hæc Doctorũ opinio maximè difficilis redditur ex ſequentibus. Primo ex tex. in l. ſi non conuitij C. de iniurijs, vbi præſumitur dolus, & malitia in verba iniurioſa proferente. ergo in dubio dolus præſumitur.

Secundo ex l. ſi quis affirmauerit §. 1. ff. de dolo, vbi ſi tabulæ teſtamenti diu ſuppreſſæ fuerint, mox mortuo filio prolatę, præſumi dolum, & aduerſus oppreſſores lege Cornelia, & de dolo experiri poſſe dicitur.

Tertio redditur difficilis ſuperior doctrina ex text. in l. 1. C. ad leg. Cornel. de Sicar. vbi Imperator Antoninus ſtatuit homicidam probare debere hominem à ſe percuſſum dolo, malo, & animo illum occidendi non percuſſiſſe: cum alioquin dolo, malo, & animo illum occidendi cũ percuſſiſſe præſumatur.

Sed his iuribus non obſtantibus veriſſima eſt, & omninò tenẽda Superior communis ſententia, vt ſcilicet dolus nõ præſumatur, niſi probetur ex iuribus ſupra adductis. Nec in contrarium obſtat tex. in d. l. ſi non conuicij C. de iniurijs: nam quando actus per ſe eſt illicitus, tunc dolus præſumitur, vt in ſpecie d. l. ſi non cõuicij, vbi cum verbis iniurioſis aliquem offendere, ſit actus illicitus, neceſſe habet qui verba protulit iniurioſa aduerſus aliquem, vt probet non conuicij conſilio illa dixiſſe, ſi ſe ſaluare velit: & ita reſoluunt Pariſ. conſil. 146. nu. 20. lib. 4. Corn. conſil. 93. & conſil. 360. vol. 3. Cępol. conſil. 21. num. 3. & conſil. 24. num. 8. quomodo reſpondendum eſt ad text. in d. l. 1. C. ad leg. Corn. de Sicar. ex ſententia Decij in cap. in præſentia de probat. num. 14. vbi Aretin. notab. 8. Alci. vbi ſupra reg. 3. præſumpt. 1. cum alijs quos refert, & ſequitur Maſcard. d. concluſ. 532. num. 10. Vnde Bart. in l. Aurelius §. idem quæſijt nu. 2. ff. de liberat. leg. quem ſequutus eſt Crauet. conſil. 35. nu. 8. & Aret. conſil. 80. num 2. ait eum, qui confeſſus eſt occidiſſe hominem; ſed ad ſui defenſionem, probare debere excuſationem illam. Cum homicidij delictum, & diuina, & naturali, & humana lege prohibitum, vt conſtat ex quinto decalogi præcepto, & ex toto titul. infra de homicidio: ſcienter, & doloſè commiſſum præſumatur.

Sed huic Bartoli, & ſequacium opinioni maximè repugnat idem Bart. ſibi contrarius in l. non ſolum §. ſed vt probari nu. 2. ff. de oper. noui nunt. dum, ait quod ſi accuſatus fuerit Titius de homicidio commiſſo menſe Maij, & accuſatus, pro

ſui defenſione probauerit, quod eo menſe occiſus erat bannitus, & ſtatuto permiſſum erat bannitos occidere, condemnari non poteſt accuſatus: quia non præſumitur dolo illum occidiſſe. ergo etiam quando ſumus in actu illicito non præſumi debet dolus niſi probetur.

Quare Alex. in d. l. non ſolum §. sciendum num. 5. in fi. conciliando has opiniones, ait opinionem Bart. in d. l. Aurelius §. idem quæſijt procedere, quando accuſatus nullam probauit cauſam, qua actus redderetur licitus: tunc enim ſi non probauerit contrarium, præſumitur dolus in eo. At vero dictum Bart. in d. l. non ſolũ §. Sed vt probari procedere, quando reus accuſatus probat aliquam cauſam, quæ reddit ipſum actum licitum; ſicuti quando probat occiſum fuiſſe bannitum, & bannitos impune occidi poſſe; & ita reſpondendũ eſſe ait Menoch. d. lib. 5. præſumpt. 3. num. 49. ex ſententia plurimorum, quos ibi refert.

8 Denique non obſtat tex. in l. ſi quis affirmauerit §. 1. ff. de dolo: nam quando quis falſitate ſuggeſta, & mẽdacio expreſſo, aliquid agit, præſumitur dolus in eo: cum mẽdacium illum inducat ex ſententia Rom. conſil. 8. num. 12. Alex. conſ. 63. lib. 1. & Dec. in l. 2. col. 2. ff. quod quiſque iuris.

Ex quibus conſtat dolum regulariter loquendo, non præſumi, niſi probetur, niſi in aliquibus caſibus, quos lato calamo refert Maſcard. de probat. d. concluſ. 532 à num. 1. cum ſequentibus, & ita quo ad propoſitam noſtram quæſtiouem reſoluendum eſt religionis profeſſionem in dubio non debere præſumi metu, ſeu dolo factam, niſi probetur.

SVMMARIVM.

1 *Vſuras omni iure prohibitas eſſe, probatur.*
Et iuramentum ſequitur naturam actus, cui adhæret.
2 *Inter iuramentum, & ſimplicem loquelam nullum apud Deum conſtituitur diſcrimen.*
3 *Ex iuramento promiſſorio, an oriatur actio, & num. 11.*
4 *Iuramentum contra bonos mores non eſt obligatorium.*
5 *Dolo facit qui petit, quod reſtituere tenetur eidem.*
6 *Iuramentum de ſoluendis vſuris validum eſt.*
7 *Cuicumque licet peccato voluntario alterius vti in bonum proprium.*
8 *Iuramẽtum, quod non vergit in diſpendium ſalutis æternæ, omninò ſeruari debet.*
9 *Iuramentum ſequitur naturam actus, cui adhæret, quando apponitur citra validitatem actus; ſecus quando ad validitatem.*
10 *Vera, & elegans interpretatio cap. iuramenti 22. quæſt. 5.*
12 *Actus cum peccato celebratus, obligationem producit, ſi modo licita ſit materia.*
13 *Qui actionem habet, etiam exceptionem habebit.*

Vſuræ omni iure prohibitæ, promiſſę tamen cum iuramento, an debeantur ratione iuramenti?

QVÆSTIO XXI.

1 VSuras omni iure prohibitas eſſe omnibus incomperto eſſe non dubito, nam diuino conſtat ex illo Exodi c. 25. Deuter. 23. Leuit. 25. Ezechiel. 18. Hierem. 1. 2. & 5. Prouerb. 18. Luc. 6. & Matth. 19. Naturali (contra Armacanum, Molineũ, & alios huius temporis hæreticos) nam qui accipit vſuram, vendit vnam, & eandem rem, bis eidem, & vendit quod ſuum non eſt eidẽ, qđ eſt contra ius naturale, vt patet argum. l. 2. §. appellata, ff. ſi cert. pet. prin. inſt. quibus modis re contr. obl. præterea, nam res ſui natura ſterilis, & infęcunda, qualis eſt pecunia, parere non poteſt pecuniam cap. ſicut 47. diſt. & probant Molin. de iuſtit. & iure diſput. 304. Diu. Thom. 2. 2. quæſt. 78. artic. 1. Theologi in 4. ſentent. diſt. 5. quæſt. 2. canonico ex cap. 1. cum ſequentibus 14. quæſt. 3. & 4. cap. quia in omnibus cap. super eo cap. conſuluit de vſur. cap. 1. eod. tit. in 6. clement. vn. eod. tit.

Sed an ciuili ſint etiam prohibitæ aliquis dubitabit, & prohibitas etiam eo iure

re

Digitized by Google

re eſſe licet indirectè conſtat ex auth. de Eccleſiaſt. tit. §. 1. iuncto cap. 17. Concilij Niceni relato in capit. quoniam multi 47. diſtinct. maximè cum leges non dedignentur ſacros imitari canones, cap. clerici de iudicijs, cap. pen. & fi. de ſecundis nuptijs auth. vt clerici apud proprios Epiſcopos §. fi.

Vnde oritur difficilis quæſtio noſtra, num ſcilicet vſuræ omni iure prohibitæ; promiſſæ tamen ſub iuramento, ſaltim ratione illius debeantur? & non deberi nec diſputabilem eſſe hanc quæſtionem ex ſequentib. fundamentis videtur apertū.

Primo, nam iuramentum ſequitur naturam actus, cui adhęret cap. quemadmodum 25. de iur. iur. cap. ſi diligenti 12. in fi. de foro comp. l. ſi quis pro eo 56. ff. de fideiuſſor. l. fi. C. de non numerata pecunia. ſed vſurarum promiſſio inefficax eſt cap. debitores de iur. iur. cap. tuas infra hoc tit. ergo iuramento firmata erit etiam inefficax.

2 Secundo, nam inter iuramentum, & ſimplicem loquelam nullum apud Deum conſtituitur diſcrimen ex Diui Chryſoſtomi ſententia relata à Gratiano in cap. iuramenti 22. quæſt. 5. Ergo ſicut promiſſio vſurarum debitorem non adſtringit neceſſitate ſoluendi vſuras, ita & eodem modo iuris iurandi religione vallata eundem obligare non poteſt.

3 Tertio, nam ſi ratione iuramenti deberentur vſuræ, ſequeretur ex iuramento promiſſorio actionem oriri. ſed non oritur, vt conſtat ex d. l. ſi quis pro eo, & ex l. vt iuris iurandi, ff. de oper. liber. Ergo neceſſario ſequitur non deberi vſuras ratione iuramenti.

4 Quarto, nam iuramentum contra bonos mores præſtitum, non eſt obligatorium reg. non eſt obligatorium in 6. cum ſimil. ſed iuramentum de ſoluendis vſuris eſt contra bonos mores: quia inducit mutuantem ad mutuandum ſub vſuris, & ita ad peccatum argum. cap. de cætero de homic. capit. fi. de iniurijs l. qui occiderit 20. §. in hac actione ff. ad l. Aquiliam ergo nō poteſt obligare ad earum ſolutionem.

5 Quinto, & vltimo hæc negatiua ſententia probatur: nam dolo facit qui petit, quod reſtituere tenetur eidem l. dolo facit ff. de doli except. l. in condemnatione 134. §. dolo facit, ff. de reg. iur. ſed creditor hic petit quod ſtatim reſtituere tenetur, quia debitori ſtatim competit repetitio, vt in d. cap. debitores iuncto d. c. tuas, qua repetitione attenta, perinde eſt ac ſi vſurę non fuiſſent ſolutæ iux. tex. in l. qui ſic 55. ff. de ſolution. ergo in efficax eſt iuramentum, ſiquidem creditor repelli poteſt exceptione doli, & debitor propter repetitionem ſoluiſſe non intelligatur.

6 His tamen licet fortiſſimis fundamentis non obſtantibus, contrariam ſententiam veriorem omninò eſſe iudico nempè vſuras iuramento promiſſas deberi ratione iuramenti, vt ex ſeqq. apparebit.

Primo ex text. expreſſo in cap. debitores 6. de iure iur. & ex cap. tuas de vſuris, quæ probant iuramentum de ſoluendis vſuris validum eſſe. ergo neceſſariò ſequitur vſuras iuramento promiſſas deberi ratione iuramenti.

7 Secundo, nam mutuatarius licitè accipit mutuum ſub vſuris ex cauſa alicuius neceſſitatis, aut vtilitatis: licet enim cuicumque peccato voluntario alterius, vti in bonum proprium ex Diuo Auguſt. in cap. monet te verſ. ac per hoc 22. quæſt. 1. neque is, qui accipit mutuum ſub vſuris, facit aliquid iniuſtum, imò non iuſtitiam patitur, vt aduertit gloſ. 1. in cap. 1. & fi. in d. cap. debitores quas ſequuntur Diu. Thom. 2. 2. quæſt. 78. art. 4. Conradus de contract. quęſt. 49. Couar. in cap. quamuis pactum 1. p. §. 1. num. 10. Sotus lib. 6. de iuſt. & iure quæſt. 1. artic. 5. ergo licitum etiam eſt iuramentum, quo eas ſoluere promittit debitor.

8 Tertiò, nam iuramentum quod non vergit in diſpendiū ſalutis æternæ, omninò ſeruari debet, c. cū cōtingat 28. de iur. iur. c. ſignificandum de pignor. c. licet mulieres de iur. iur. in 6. c. quamuis pactum de pactis eod. lib. l. 1. auth. Sacramenta puberum C. ſi aduerſus venditionem, ſed iuramētum de ſoluendis vſuris ſeruari poteſt ſine diſpendio ſalutis æternæ ipſius iurantis: cum ex parte illius nulla turpitudo, neq; peccatum mortale verſetur, vt in præcedenti fundamento probauimus. Igitur ſeruandum erit, & per conſequens vſuræ iuramento promiſſæ, ratione iuramenti debentur. Cuius fundamenti vim, nempè valere iuramentum, quia nō continet turpitudinem ex parte iurātis, probant Staphyl. de literis iuſt. §. ſtylus ſignaturæ in fi. fol. 135. Simoncel. de decretis lib. 3 tit. 8. nu. 146. Mancino in tract. de iuram. p. 1. quæſt. 6. num. 11. & p. 4. effectus 1. quæſt. 12. num. 13.

9 Qua ſententia, vt veriori retenta, non obſtant fundamenta pro contraria adducta, nam ad primum reſpondere poteritis (ommiſsa diſputatione illius difficilis quęſtionis, an ſcilicet iuramentum ſequatur naturam actus cui adhæret, quam diſputant DD. communiter in d. cap. debitores, & in cap. cum contingat de iur. iur. Ant. Gabr. lib. 2. tit. de iur. iur. concluſ. 10 Marc. Ant. Barbiera de virt. & viribus iuram. 2. p. à num. 23. Octauianus deciſione pedemontana 91. 92. & 94. Rol. à Valle conſil. 77. vol: 1.) iuramentum ſequi naturam actus, cui adhæret, quando apponitur citra validitatem actus; ſecus quando ad validitatem, vt in noſtra ſpetie, in qua propter iuramenti excellentiam ſeruandum eſt quod promittitur, ne Deo irrogetur iniuria, vt reſoluunt omnes ex d. c. debitores.

10 Nec obſtat ſecundum de text. in d. cap. iuramenti 22. quæſt. 5. nam Diui Chryſoſtomi apologia intelligenda eſt, vt quẽadmodum tenetur quis ſeruare promiſsũ cum iuramento, ita, & eodem modo abſq; iuramento Deo factam pollicitationem, cuſtodire debeat: & ſicut nõ licet falſum dicere, neq; periurium committere, ita neque licitum eſt mendacium dicere: quia vtrumq; & periurium, & mendacium diuini iudicij pœna damnatur; non tamen negat Chryſoſtomus iuramenti maiorem eſse quo ad cæteros iuris effectus vim, quam ſimplicis promiſſionis, vt in d. cap. debitores, & d. cap. tuas cum ſimilibus, pro qua interpretatione maxime conducunt carmina illa Ouidij.

Promiſit pater hanc, hæc adiurauit amãti,
Hic homines, hæc eſt teſtificata Deos,
Hic metuit mẽdax, ſed hæc periura vocãtur
Nunc dubitas hic ſit maior, quã ille metus?

11 Nec obſtat tertium, pro cuius ſolutione diſputanda erat quæſtio, an oriatur actio ex iuramento promiſsorio, ſed ob tẽporis breuitatem videndi ſũnt gloſ. in c. quoties 1 q. 7. Bart. in l. ſi quis pro eo n. 4. & 12 ff. de fideiuſs. Couar. in c. quamuis pactum 1. p. §. 2. nu. 4. & 5. Gut. de iuram. Confir. 1. p. c. 34. nu. 2. ex quorum ſententijs reſoluendum eſt de iure canonico ex iuramento promiſsorio actionem, & obligationem oriri ex cap. 1. de iure iurando cum alijs ab eis adductis, & hodie ex iure etiam ciuili oriri ex auth. ſacramenta puberum C. ſi aduerſus vend. nec obſtare d. l. vt iuris iurandi, nam liberto ſpecialiter conceſsum fuit, vt ex iuramento promiſſorio operarum patrono facto, actio, & obligatio oriretur. non vero ex eo, quod ille ſit caſus ſpetialis; nam poſtea introductum fuit in d. auth. vt generaliter ex iuramento promiſſorio actio, & obligatio oriretur, vt ex ea apparet: Nec obſtat d. l. ſi quis pro eo, nam ommiſſa interpretatione Couar. & aliorum intelligentium ſpecialiter text. illum in ingenuo, intelligi etiam poteſt in ſeruo, ne amore conſequendæ libertatis nimium grauetur, dudioremq; patiatur conditionem propter multitudinem operarum, vt probant Couar. lib. 2. variar. cap. 7. nu. 7. Forca. dialog. 83.

12 Nec obſtat quartum, nam ommiſſa ſolutione gloſ. 2. in d. cap. debitores reſpondendum eſt quod licet ita iurantes peccauerint alium inducendo; iuramentum tamen obligat, cum habeat materiam licitam, & adſit iuſtitia, vt probat text. in cap. & ſi Chriſtus verſic. & quamuis, vbi Panorm. num. 8. de iur. iur. cap. ſi. verſic. illicitum 22. quæſt. 4. actus enim cum peccato celebratus, obligationem producit, ſi modo licita ſit materia, de qua agitur c. meminimus, cap. rurſus qui clerici, vel voten. cap. pen. de regul. in 6.

13 Denique non obſtat quintum, & vltimum fundamentum; nam ad regulam *dolo facit* reſpondetur breuiter non habere locum in caſu noſtro propter periuriũ, quod incurret debitor ſi opponat exceptionem de dolo aduerſus creditorem vſuras petentem. ex reg. quæ habet qui actionem habet etiam exceptionem habebit l. inuitus §. cui damus ff. de reg. iur. nec obſtat d. l. qui ſic ſoluit: nam verum eſt, quod aſſerit I. C. ibi in caſibus, in quibus vera ſolutio requiritur. ſed in caſu noſtro ſufficit momentanea ſolutio, vt iuramentum adimpleatur: in hoc enim caſu magis factum numerationis, quam ius ſolutionis ſpectamus ſicut in conditionibus arg. l. qui hæredi, & l. Mæuius ff. de condit. & demonſtrat. & hæc eſt vera ſolutio huius tex. & reſolutio huius quæſtionis, nempè vſuras iuramento promiſſas, deberi, & ſoluendas eſſe ratione iuramenti, etiamſi poſtea detur promiſſori repetitio illarum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Profeſſio à filio, vel filiafamilias facta metu reuerentiali: quia non audebat patris voluntati contradicere, an ſit coacta.*

2 *Profeſſio metu, qui poteſt cadere in conſtantem virum facta, coacta eſt.*

3 *Votum ſolemne impedit, & dirimit matrimonium poſt contractum.*

4 *Reuerentia patris conſenſum filij tollere non poteſt.*

5 *Quadam Antonij de Butrio concordia refertur, & refellitur.*

6 *Interpretantur text. in capit. cum virum de regul. & capit. puellæ 20. quæſt. 1.*

7 *Interpretantur text. in capit. ad audientiam de his quæ vi met. ve cauſa fiunt.*

Profeſsio à filio, vel filiâ familias facta metu reuerentiali, an ſit coacta, vel libera, & ſpontanea?

QVÆSTIO XXII.

1 ANceps quæſtio eſt an profeſſio à filio, vel filia familias facta metu reuerentiali; quia non audebat contradicere voluntati patris eum, eam ve ad religionem inducentis, ſit coacta an vero libera? & coactam eſſe, & conſequenter nullam ex ſequentibus probari videtur.

Primo ex text. in cap. cum virum de regular. vbi in fi. dicitur quod ſi filia maior hoc eſt in ætate legitima conſtituta à parentibus monaſterio tradita fuerit, à monaſterio poſſit ſine præuaricatione exire.

Secundo facit text. in cap. puellæ 20. quæſt. 1. vbi dicitur quod non licet puellæ, quæ ſpontanea, & libera voluntate religionem profeſſa eſt, non coacta imperio patris, ab eo exire, abſque præuaricationis pœna. ergo à contrario ſenſu ſi Imperio patris fuerit coacta illi licebit à monaſterio exire, & conſequenter profeſſio metu reuerentiali facta coacta eſt.

2 Tertio, nam certiſſimum iuris principium eſt profeſſionem metu, qui poſſit cadere in conſtantem virum factam, nullam eſſe ipſo iure cap. 1. de his quæ vi c. præſens. 20. quæſt. 3 c. notificaſti 33. quæſtio. 5. vt ſupra probauimus quæſt. 18. numer. 9. & infra 2. p. quæſt. 40. num. 8. Sed metus reuerentialis eſt metus, qui cadit in cõſtantem virum, quo interueniente corruit actus. Ergo profeſſio à filio, vel filia metu reuerentiali facta, eſt nulla ipſo iure.

Quod autem metus reuerentialis ſit metus, qui cadit in conſtantem virum, per quem actus annullatur, probatur ex text. in cap. ad audientiam de his, quæ vi, vbi dicitur quod qui Regis metu beneficio ſuo renunciauit, poteſt illud repetere: quia nulla fuit renunciatio tanquam metu, qui poteſt cadere in conſtantem virum facta.

3 Contraria tamen ſententia nempè, quod religionum profeſſio metu reuerentiali facta valeat, probatur ex ſequentibus. Primo nam filius, vel filia liberum habet arbitrium in electione propoſiti, & ſequi parentum non cogitur voluntatem text. eſt expreſſus in d. cap. cum virum de regular. in finalibus verbis, ibi *tunc enim quia liberum habet arbitrium in electione propoſiti, ſequi parentum non cogitur voluntatem*. Ergo ſi filius non cogitur ſequi patris voluntatem, rectè ſequitur reuerentialem metum non ſufficere, vt annulletur profeſſio religionis cum eo facta.

Secundo facit text. in cap. fi. qui clerici, vel vou. vbi cum quædam mulier religionis profeſſionem feciſſet, & poſtea matrimonium contraxiſſet, quæſitum fuit an matrimonium valeret? & nullum eſſe propter profeſſionis votum antea emiſſum dicitur, etiam ſi mulier afferat metu parentum, illud emiſiſſe. *Quia nulla, vel modica coactio affuit, quam patientia illius penitus profugauit.*

4 Tertio, nam ſi propter aliquam rationem profeſſio metu reuerentiali facta, eſſet nulla; ea maximè, quia per metum reuerentialem tolli videtur conſenſus, & voluntas filij, quæ omninò requiritur ſpontanea ad profeſſionem ca-

pit. 1. de regul. iunctis ijs, quæ ſupra latè diximus queſt. 19. & ſequenti.

Sed reuerentia patris non eſt ſufficiens ad reſcindendum conſenſum præſtitum à filio text. eſt in l. fideiuſſor. §. pater. ff. de pignor. vbi cum pater filio emancipato ſuo perſuaſſet, vt mutuam pecuniam à Titio acciperet, & chirographum ſua manu ſcriberet, ſub commemoratione domus ad eundem filium pertinentis pignori danda, quærebatur an domus illa pignori obligata remaneat? & reſpondet I.C. quod ſic: quia iuſſus, & reuerentia patris conſenſum tollere non poteſt: ergo religionis profeſſio tu reuerentia patris conſenſum tollere non poteſt. ergo religionis profeſſio metu reuerentiali facta non eſt coacta, & conſequenter valet.

5 In qua opinionum contrarietate Antonius de Butrio in cap. cum virum de regular. colum. 2. ita diſtinguendum ait, quod quædam ſunt, quæ requirunt liberam voluntatem, vt eſt profeſſio Religionis, & ſimilia, & tunc ſolum Imperium parentum vitiat eam; quia tollit libertatem conſenſus, iuxta d. cap. 1. & prioris opinionis iura. quædam vero ſunt quę requirunt ſolum conſenſum, non autem illam animi libertatem, de qua ſupra, & tunc Imperium parentum non vitiat actum: quia Imperium non tollit conſenſum: voluntas enim coacta, voluntas eſt, capit. merito 15. quęſtio. 1. & ſic intelligantur iura pro ſecunda opinione adducta.

Sed hęc diſtinctio ſubſtineri nullo modo poteſt: conuincitur enim ex eo, nam matrimonium carnale requirit liberum conſenſum, & ſpontaneam voluntatem cap. gemma, cap. requiſiuit, cap. veniens, & cap. conſultationi, & cap. cum locum de ſponſal. Sed matrimonium a parentibus pro filijs celebratum valet, vt conſtat ex text. in capit. vnico de deſponſatione impuber. lib. 6. ergo etiam in his, quę requirunt liberum conſenſum, Imperium parentum non vitiat actum.

6 Quare indiſtinctè reſoluendum eſt religionis profeſſionem à filio, vel filia factam metu reuerentiali tanquam liberam valere ex iuribus ſupra adductis.

Neque obſtant in contrarium adducta: nam ad text. in dicto capit. cum virum breuiter reſpondeas Summum Pontificem, ibi contrarium ex diametro probare reſpondendo ad illud capit. puellę de ea puella rectè poſse intelligi, quę in ętate nubili noſcitur conſtituta: tunc enim quia liberum habet arbitrium in electione propoſiti, ſequi parentum non cogitur voluntatem.

Sed adhuc remanet difficultas deducta ex d. cap. puellæ per argumentum à contrario ſenſu, nam ibi ideo valet profeſſio à filia etiam metu reuerentiali facta, quia erat in nubili ætate, vt dicitur in d. capit. cum virum ergo ſi fuiſſet minor non valeret.

Quare breuiter reſpondendum eſt cum Abb. in d. cap. cum virum num. 8. intelligenda eſſe iura illa ſi præceſſerint parentum minæ, ſeu verbera, ſeu alius metus, qui cadere poſſit in conſtantem virum; tunc enim coactus videtur filius profeſſionem facere, & ita liberè poteſt religionem, abſque præuaricatione deſerere, pro qua interpretatione pondero verba illa, *quæ coacta parentum Imperio*, quæ verba non ad Imperium ſimpliciter referri debent, ſed ad Imperium minis, & terroribus fulcitum, alias non poſſet religionem deſerere, abſque præuaricatione iuxta ſupra dicta, ſed hæc ſolutio minus debet admitti tanquam diuinatoria. quare ego exiſtimo argumentum a contrario ſenſu, tanquam iurium correctiuum non eſſe admittendum; maxime cum ex eo reſonet, abſonus intellectus ex his quæ ſupra adduximus num. 3. & ideo non argumentum à contrario, ſed à multo magis ex eo text. deduci. Ità videlicet, nam ſi puellæ metu reuerentiali ante nubilem ætatem religionem fuerunt ingreſſæ, & eam deſerere non poſſunt, abſque præuaricatione. ergo multò minus poterunt deſerere, quæ in nubili ætate fuerunt ingreſſæ, & poſtea per profeſſionem ratificarunt voluntatem ſuam, vt in d. capit. cum virum de regular.

7 Denique non obſtat text. in d. capit. ad audientiam ſupra de his, quæ vi pro cuius interpretatione conſtituo cum Bart. in l. interpoſitas in principio nu. 5. C. de tranſact. quod quandoq; datur, abſq; poteſtate publica qualis eſt maioritas patris erga filiū, mariti erga vxorē, patroni erga libertum, quo caſu valet actus metu hoc factus: quia non eſt proprie metus ſi non interceſſerint minæ, & alia metum inferentia cum parentum voluntatem nemo ſequi

qui cogatur, vt in d. c. cū virum Quandoque vero datur maioritas, & reuerentia ſimul cum poteſtate publica, qualis eſt reuerentia Regis, Principis, Poteſtatis, & capitanei, quo caſu tollit liberum conſenſum, & inducit metum ſufficientem ad reſcindendum actum tali metu factum, vt in d. cap. ad audientiam vbi grauiſsimo tandem Regis metu, quod eccleſiam reſignaret. iurare coactus, eam reſignauit Guil. de quo ibi, & ita nullam fuiſſe reſignationem dictæquę eccleſiæ reſtituendum eum reſpondet ibi Innoc. III. hodie autem attēto Concil. Trident. ſeſſ. 25. de regul. & cap. de lapſis, & cap. Epiſcopo 16. quæſt. 6. anathemati ſubijciuntur, qui quomodocumq; coegerint virū, vel mulierem inuitam ad religionem ingrediendum, vel profitendum, qui quæ auxilium, conſilium, vel fauorem dederit, exceptis mulieribus, quæ Conuertitæ dicuntur in quibus non habet locum deciſio illa: quia poſſunt induci ad religionis ingreſſum, & profeſſionem vt à peccato exeant, iuxta Concil. Tolet. 4. cap. 54. in fin.

SVMMARIVM.

1 *Vnus ex coniugibus, an poſſit religionem profitendo ſeparari ab altero, vel neceſſaria ſit ad inuicem ſeparatio per profeſſionem ab vtroque factam.*

2 *Semel conſtitutæ obligationi aduerſario non conſentiente renuntiare nemo poteſt.*

3 *Matrimonium carnale introductū fuit ad vitandam fornicationem, & ſobolem procreandam.*

4 *Coniugati ſe ſibi inuicem debent.*

5 *Matrimonium eſt maris, & fœminę coniunctio indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens & quos Deus coniunxit homo non ſeparat.*

6 *Matrimonium ſpirituale, quod per ſacerdotij ſuſceptionem contrahitur, perpetuo durat, nec poteſt ad tempus contrahi.*

7 *Matrimonium an recipiat diem, & conditionem, & nu. 16.*

8 *Coniuges ad inuicem religionem profitēdo poſſunt ſeparari; non vero vno in ſeculo manente.*

9 *Ex vinculo coniugali conſtat fides, ex qua hoc attenditur ne quis vxore dimiſſa, alteram ducat.*

10 *Vera interpretatio tex. in cap. obijciuntur 32. q. 4.*

11 *Diuortium eſt duplex, vnum quoad vinculum, alterum quoad cohabitationem.*

12 *Quando quo ad vinculum matrimonij dirimatur?*

Votum ſolemne eſt traditio realis: ſimplex vero eſt ſola promiſſi.

13 *Quando, & quomodo fiat diuortium quo ad mutuam cohabitationem?*

14 *Votum ſolemne non ex humano iure, ſed ex ipſa rei natura, & conditione matrimonium diſſoluit.*

15 *Interpretantur text. in cap. 2. de conuerſ. coniug. & tex. in cap. quia Agatha cum cap. ſeq. 27. q. 2.*

16 *Vera interpretatio reg. actus legitimi in 6.*

17 *Conditio contra ſubſtantiam matrimonij illud vitiat turpis vero aut impoſſibilis à contractu excluditur, ipſeq; manet firmus.*

18 *Religionis profeſſio, an ſit irrita ex eo, quod fiat ſub conditione, quod poſſit habere proprium, qui profitetur, vel quod permittatur ei coniugalis vſus? an vero ipſa conditio rejciatur.*

19 *Coniuges copula ſequta ad inuicem religionem profitendo ſeparari poſſunt, aliter vero non.*

Matrimonium, an poſsit diſſolui per ingreſſum religionis?

QVÆSTIO XXIII.

1 VERAM huius quæſtionis reſolutionem conſtituit Innocentius III. in c. veniens dę regular. dum dixit coniuges religionem profitendo ad inuicē diſcedere poſſe; aliter vero non, quæ concluſio probatur ex ſequentibus.

Primo ex tex. in cap. 1. cap. cum ſis c.

vxo-

vxoratus cap. ad Apoſtolicam c. dudum de conuerſione coniugat. cap. ſunt qui dicunt cap. Agathoſa cap. ſi quis coniugatus cap. quia Agathoſa, & c. ſcripſit nobis 27. quæſtione 2. in quibus iuribus cauetur coniuges de vtriuſque conſenſu poſſe religionem ingredi, & profiteri; non tamen poſſe unum abſque alterius conſenſu, & uoluntate, uel altero in ſeculo manente.

2 Secundo ſupradicta concluſio probatur nam ſicut ab initio libera poteſtas eſt unicuique faciendi, uel non faciendi contractum ita renuntiare ſemel conſtitutæ obligationi aduerſario non conſentiente nemo poteſt l. ſicut 5. Cod. de obligat. & act. leg. incommodato §. ſicut ff. cõmod. leg. de contractu C. de reſcind. uendit. l. quamuis C. de tranſact. leg. non Idcirco in fin. C. de contrahen. empt. l. ſi mãdauero 2. §. ſicut ff. mand. l. cuius bonis ff. de curatore furioſ. l. 1. ff. naute caup. & ſtab. leg. interdum §. ſenator. ff. de indic. l. ſi quis argentum §. fi. Cod. de Donat. l. ſi mulier §. ſin autem & l. fin. Cod. ad Senatus conſultum Velleianum, ergo cum matrimonium ſit contractus mutuo maris, & fœminæ conſenſu celebratus. iuxta text. in capit. cum locum cap. tuæ de ſponſalibus cum alijs ſimil. non poterit diſſolui niſi utriuſque etiam contrario conſenſu, & uoluntate.

3 Tertio & ultimo nam matrimonium carnale inductum eſt ad fornicationem euitandam, & multiplicationem generis humani, ut eſt pulcher tex. in cap. ſicut §. his ita reſpondetur 32. q. 2. ſed ſi unus ex coniugatis religionem profitetur, altero in ſeculo manente, adulterandi cauſa daretur; cum matrimonium ad huc ſubſiſtat, & duret, ut conſtat ex cap. ueniens de regular. cum ſimilibus ſupra citatis. Ergo ut hoc inconueniens, & peccati periculum uitetur, dicendum eſt coniuges ad inuicem religionem profitendo diſcedere & ſeparari poſſe, non uero unum ſolum hoc facere poſſe altero in ſeculo manente.

4 Quarto nam coniugati ſe ſibi inuicem debent Vnde Apoſtolus 1. ad Cor. capit. 7. relatus in d. cap. ſicut §. his ita, & in c. noſſe 30. q. 1. inquit *nolite fraudare inuicem, niſi forte ex conſenſu, ne forte tentet vos Satanas.* quam concluſionẽ ſeu notabile probãt his tamẽ nõ adductis fundamentis & rationibus Abb. Panorm. Io. Andr. Anchar. Antonius de Butr. & Innoc. in d. capit. veniens & vltra eos Doctiſſimus Couarr. in 4. 2. p. §. 3. nu. 5. vbi plures refert & Sanchez de matrimonio lib. 9. diſputat. 3. num. 9. Sylu. verbo votum 5. quæſtio. 1. Nau. in man. cap. 12. num. 62.

5 Licet autem varijs iuribus & rationibus comprobetur hæc concluſio, & grauiſſimorum Doctorum auctoritatibus fulciatur, difficilis quidem redditur ex ſequentibus ab eis licet ex cogitatis, ſaltem non adductis fundamentis. Primo, nam matrimonium eſt maris, & fœminæ coniunctio indiuiduam vitæ couſuetudinem retinens l. 1. ff. de ritu nuptial. l. 1. ff. de iure dot. §. 1. 27. quæſt. 2. vnde quos Deus coniungit, homo non ſeparat iuxta illud Matth. 19. cap. relatum in cap. deinde 26. diſtinctione ergo etiam de conſenſu vtriuſque ad inuicem religionem profitendo diſcedere & ſeparari coniuges non poſſunt.

6 Secundo nam ſi dicta opinio eſſet vera ſequeretur matrimonium contrahi poſſe ad tempus, quouſq; ſcilicet contrahentes ad inuicem diſcedere, & ſeparari velint ad religionis profeſſionem faciendam. Sed conſequens eſt falſum. Ergo & antecedens. diſcurſus iſte legitimus eſt ſequela patet. minor autem ex ſequentibus probatur.

Primo non valet argumentum, de matrimonio carnali ad ſpirituale, & è contra. iuxta text. in cap. cum inter de electione cap. inter corporalia de tranſlatione Epiſcopi cap. quoniam frequenter §. porro, vt lite non conteſt. cap. ſicut alterius 7. quæſtione 1. & authen. niſi rogati vbi Salyc. & Doctores notant C. ad Trebell. ſed matrimonium ſpirituale, quod per ſacerdotij ſuſceptionem contrahitur, perpetuo durat, nec poteſt ad tempus cõtrahi iuxta textum in c. præcepta 55. diſtintione in ea enim vocatione, in qua quis vocatus eſt, durare debet ſecundum Apoſtol. 1. ad Cor. cap. 7. relatum in cap. clericus 21. queſtio. 1. Ergo nec carnale.

7 Secundo nam Matrimonium tanquã actus legitimus vt notant omnes interpretes in cap. fin. de condit. appoſ. nec diem, nec conditionem recipit. reg. actus legitimi in 6. vbi late probat Ioan. Andr. in mercurialibus à num. 5. ergo recte ſequitur non poſſe ad tempus contrahi, & conſequen-

ſequenter nec contractum diſſolui etiam de vtriuſque conſenſu.

Tertio probatur ex illo Deuteronom. cap. 24. vbi habetur, quod ſi acceperit homo vxorem, & habuerit eam, & non inuenerit gratiam ante oculos eius, dimittet eam de domo ſua, quæ dimiſſa alterum ducere maritum poterit. Ergo etiam ſine vtriuſque conſenſu poteſt matrimonium diſſolui, & ad ſecunda vota altero inuito & in ſeculo manente tranſire poterit, vnus ex contrahentibus.

8 Sed his & alijs fundamentis non obſtantibus veriſſimum, & ſatis iuri conſonum eſſe coniuges ad inuicem poſſe diſcedere, & ſeparari religionem profitendo; aliter vero non, ex ſupracitatis iuribus, & ponderatis rationibus, luce meridiana clarius apparet, ſed pro vera difficultatum ſolutione, materiæ intelligentia, & plurimorum iurium perfecta interpretatione, nonnulla ſatis neceſſaria præmittenda erunt.

9 In primis igitur præmitto, quod ex vinculo coniugali conſtat fides in qua hoc attenditur, ne quis vxore dimiſſa alteram ducat, nam quatenus matrimonium Sacramenti bonum ſortitur, vinculum gignit huius ſocietatis, idque indiſſolubile iuxta illud Matth. 19. cap. *quicumque dimiſerit vxorem ſuam, & aliam duxerit mœchatur*. Sed ſi matrimonium id habet peculiare, vt alter ex coniugibus aliū cōiugem minimè quęrat, accipiat ve; cur aliquādo licuit plures vxores habere? Imò hoc ex more Sanctis viris licuiſſe probat tex. in cap. obijciuntur 32. quæſt. 4. & D. Auguſt. lib. 16. de Ciuit. Dei cap. 38. ſcribit eo tempore, non fuiſſe prohibitum plures vxores accipere, multiplicandæ poſteritatis cauſa, & colligitur ex Diuo Thom. in 4. ſentent. *diſtinctione 33. quæſtio. 1. ad primum* qui uidetur aſſerere conſuetudinem potuiſſe inducere vt liceret plures ſimul accipere vxores: cum hęc permiſſio non ſit contraria primis iuris naturalis principijs, quamuis repugnet concluſionibus fere deductis ab eiſdem iuris naturalis principijs. Quod etiam probare conatur Colonienſe Concilium de matrimonio cap. cæterum nec naturæ dicens *occulta lege naturæ comparatū eſt & quæ principantur, ſingularitatem amant, quæ autem ſubdita ſunt, non ſemper ſingula ſingulis, ſed ſi ratio naturalis, vel ſocialis admittat, etiam plura vni domino ſubdātur. Vnus vero ſeruus pluribus dominis commodè ſeruire nō poteſt at plures ſerui non ſine decore vni domino ſubduntur, itaque cum in nuptijs vir principantis; mulier vero ſubditi vicem gerant, contra naturam nuptiarum non eſt vnum virum plures ducere, ſed vnam pluribus nubere viris plane contra naturalem rationem eſſe quis non videt?* hæc ſunt verba Colonien. Concil. quæ refert etiam Diu. Auguſt. lib. 1. de nupt. & concupiſcent. cap. 9. etiam in lib. de bono viduitat. cap. 7. Vnde Iulius Cęſar authore Sueton. in eius vita cap. 52. Aelio Cinnæ Tribuno plebis iuſſit, vt legem ferret, qua vxores, quas, & quot quiſque vellet ducere liberorum quęrendorum cauſa, liceret. Valentinianus etiam Imperator teſte Paulo Diacono lib. 11. Eutropij libris addito in Valente, & Socrates in hiſtoria tripartita lib. 8. cap. 11. lege conceſſit, vt omnes qui voluiſſent, bina matrimonia ſuſciperent, addens populoſas diù fore gentes quia hoc apud eas ſolemne fuerit. Verum quia id quod Diu. Thom. ſupra dicebat conſuetudine potuiſſe induci, vt liceat plures vxores accipere, non erat admittēdum ita ſimpliciter, vt verba ſonant, ideo in libro contra gentiles, & in d. diſtinct. 33. quęſtione 1. artic. 2. ſe ipſum explicat dicens lege humana, aut cōſuetudine pluralitatem vxorum permitti non poſſe, nec vnquam licuiſſe aut licere. Nam & ſi legi naturali propriè habere plures vxores non refragetur, contrarium tamen eſt l. quaſi naturali in qua ſolus Deus diſpenſare poteſt, & legi diuinæ, ex qua matrimonio accipienda erat vna tantum vxor, non plures, vt probat text. expreſſus, & ſingularis in cap. gaudemus de diuortijs, vel dicendum quod quamuis pluralitas vxorum in ſe non repugnet procreationi prolis, tamen repugnat iuri naturæ, & fini matrimonij, quoad ſocialem cohabitationē & gubernationem domus, prout ex multis concludit Cardin. Bellarmin. de matrimon. cap. 10.

10 Quare ad tex. in dicto cap. obijciuntur 32. q. 4. ex quo Sanctis patribus plures accipere vxores licuiſſe conſtat, aliter reſpōdendum eſt, ex mente Cou. qui de communi teſtatur plures referens in 4. 2. parte cap. 7. §. 3. num. 2. Sanctis patribus ex reuelatione diuina id licuiſſe, vt conſtat ex tex. in dict. c. gaudemus verſ. nec illi, & ita trahi non poſſe ad exemplum, ut quemadmodum illis licuit, liceat etiam, & nobis

arg.

Digitized by Google

arg. tex. in cap. quod alicui de reg. iur. in 6. maximè cum euangelica conſtitutione Matthęi 19. & Lucæ 10. caueatur *quicumque dimiſerit vxorem ſuam ob fornicationem, & aliam duxerit mœchatur*. ſi ergo vxore dimiſſa. duci alia de iure nõ poteſt, fortius & ipſa retenta per quod euidenter apparet pluralitatem in vtroque ſexu circa matrimonium reprobandam iuxta tex. in dicto cap. gaudemus cum ſimilibus,

11 Secundo pręmittendum eſt diuortium cum Abb. Panorm. in rub. de diuort. duplex eſſe vnum quoad vinculum, alterum quoad cohabitationem, nam apud Romanos paſſim vxores repudiabantur miſſo libello repudij per nuntium, vt refert Plutarc. in problematib. c. 14. & I. C. in l. nullum ff. de diuortijs ex quo illud Iuuenal. Saty. 6. explicatur.

Collige ſarcinulas, clamat libertus & exi,
Iam grauis es nobis, ſicco venit altera naſo.

Hic autem libellus repudij plurimis de cauſis, & quandoque facillimis mittebatur. anno etenim ab Vrbe condita 923. ſpurius Corbilius primus ab vxore diuertit. eo quod eſſet ſterilis, vt refert Aul. Gel. lib. 4. noct. attic. c. 3. & lib. 17. c. 21. quod vitio ei datum fuit, vt refert Valer. Max. lib. 2. c. 1. quem ſpurium Corbilium ſecutus Sulpitius Gallus, ideo vxori repudij nuntium miſit quod eam in caput ueſtem deducere animaduertiſset, idem fecit Publius Sempronius eo quod eius uxor Ludos funebres exputaſſet, ut refert Plutar. in problematib. Rom. capit. 13. deinde Iuſtinianus Imperator in l. conſenſu C. de repudijs plures tradidit cauſas, propter quas repudij libellum mittere permiſit dicens *ſi qua igitur &c.* hęc ſunt Iuſtiniani uerba cuius audaciam tempori, non uiro tribuendam eſse uoluit Alc. lib. 6. Parerg. cap. 20. & ita leges illas Iuſtiniani à Papa reſtitui poſse, & licitas fieri, quod ſalua pace tanti uiri dici non poteſt; quantum enim apud ueteres Rom. fœdum uiſũ fuerit diuortium, præſefert ipſa Romuli lex, quę uiro uxorem repudiare permiſit, ſi in ueneficio natorum, aut in adulterio deprehenſa fuerit, aut claues adulteraſset, quod ſi aliter repudiaſset eius copiarum partem uxori dari, partem Cereri ſacram eſse ut refert Plutarch. in Romuli uita.

12 Ex quibus uidendum eſt, quando quoad uinculum matrimonium dirimatur? & Primo ex religionis profeſſione non dum ſequuta copula dirimi conſtat ex capit. 2. & cap. ex publico de conuerſ. coniugat. quod ex diuina authoritate fit non humana. quomodo intelligenda eſt regula illa *quos Deus coniunxit homo non ſeparet*, ut colligitur ex dicto c. ex publico ibi *& ex deduci Sacri eloquij interpretatione* & notat gloſ. uerbo *Sancti adiuncta* in dicto c. 2. & Abb. in dicto c. ex publico in fi. nam uotum ſolemne nõ ex humano iure, ſed ex ipſa rei natura, & conditione matrimonium diſſoluit; non ita ſimplex. nã uotum ſolemne eſt traditio realis ſimplex uero eſt ſola promiſſio, ut docet D. Thom. in 4. ſentent. diſt. 38. q. 1. art. 2. ad 3. quamuis etenim uoto ſimplici ex ſola promiſſione quis obligetur; hæc tamen promiſſio ad effectum non deducitur donec datio ſuccedat. datio uero fieri nequit, niſi quis recipiat, & ita Eccleſia cõſtituit modum recipiendi, & formam qua traditio, & ſic uotum ſolemne fiat.

Vnde cum in matrimonio carnali copula conſũmato fuerit realis traditio pręmiſſa c. cum ſocietas 27. q. 2. dicendum eſt matrimonium carnali copula conſummatũ, non diſſolui per uotum ſolemne, quoad uinculum, licet diſſoluatur non præmiſſa copula; quia fortiori dirimitur actu nempè traditione reali ad ſpiritualia, ut optimè notat D. meus fortun. Garz. in c. 1. de pactis num. 15. & Diu. Thom. in 4. diſt. 27. q. 2. ad fin.

13 Quoad mutuam tamen cohabitationẽ manente uinculo, pluribus ex cauſis matrimonium dirimi poteſt. Et primo ſæuitiæ cauſa poteſt petere uxor ſeparationẽ à marito quoad cohabitationem, ſi maritus non reddat ſufficiẽtem cautionem de non offendendo eam iuxta tex. in c. 1. ut lite non conteſt. & c. litteras de reſtitut. ſpol. iunctis his quæ notant Doctores utrobique. Secundo propter uehementem alterius ex coniugibus furorem iuxta communem ſententiam quam refert Alex. in l. ſi cum dotem §. ſi maritus ff. ſoluto matrim. col. fi. Tertio ꝓpter hereſim, nã ſi alter ex coniugibus hęreticus ſit, uel in hereſim labatur ſeparari poteſt matrimonium quo ad Thorum c. 2. de diuort. c. fin. de conuerſione coniug. Quarto propter Sodomiam matrimonij ſeparationem peti poſse colligitur ex tex in c. omnes accuſationes 32. q. 5. & probant Calder. Ant. Abb. & Ana. in c. maritis de adulter. Sylu. in uerbo diuortium q. 7. & communis ſecun-

cundum Abb. vbi ſupra, & Barb. conſ. 64.
uolum. 1. & Lambert. de iurepatronat. 1.
parte 2. lib. quæſt. 9. artic. 18. in fin. Quin-
to propter adulterium iuxta tex. in leg. ex
parte de ſponſal. & c. ſignificaſti: capit. ex
litteris c. gaudemus de diuort. c. intellexi
mus c. fin. de adulter. c. tuę de procurator.
l. conſenſu C. de repud. ad quam ſepara-
tionem eſt neceſsarium iudicium eccleſiæ
iuxta tex. in c. plerumque de donat. inter,
& c. porro de diuort. maritus etenim pro
pria authoritate uxorem dimittere non
poteſt ex proxime citatis iuribus; niſi no-
toria ſit aliqua cauſa, ex his, propter quas
ſeparationem hanc fieri poſse probaui-
mus: tunc etenim poterit uir propria
authoritate vxorem expellere cap. ſigni-
ficaſti de diuort. & probat eleganter Cou.
in 4. 2. parte c. 7. §. 5. num. 9. hanc tamen
doctrinam limitans ibi num. 12. Næc ob-
ſtat text. in c. porro de diuort. ex quo gl.
in c. ex conqueſtione de reſtit. ſpoliat. di-
cebat coniugem ſpoliatum reſtituendum
eſſe ad coniugale conſortium, & ſi oppo-
natur exceptio conſanguinitatis notorię;
nam non licet marito vxorem etiam adul
teram expellere propria auctoritate, niſi
ipſa in iudicio confeſſa ſit adulterium,
vel publice cum adultero cohabitaſſet,
quo caſu propria auctoritate expelli po-
teſt, nec conceditur reſtitutio vxori eam
petenti; quãdo vero vel in iudicio nõ fuit
confeſſa, vel publice cum adultero non co
habitat, ſi a marito propria authoritate
expulſa, reſtitutionem petat, audietur,
quomodo intelligi debet tex. in dicto cap.
porro ex mente Cou dicto. nu. 12.

14 Quibus ita præmiſſis opere pꝛtiũ eſt, vt
ad reſolutionem difficultatũ, quas ſupra
à num. 5. ponderaui accedamus. Non igi
tur obſtat, prima qua dicebamus matri-
monium eſſe maris & fœminę coniunctio
nem indiuiduam vitæ conſuetudinem
retinentem iuxta l. 1. ff. de ritu nupt. l. 1.
ff. de iure dot. §. 1. 27. quæſt. 2. & ita etiã
de conſenſu vtriuſque ad inuicem ſepara-
ri non poſſe coniuges religionem profiten
do. Nam pro illius perfecta ſolutione con
ſtituo matrimonium diuina inſtitutione
indiuiduum vinculum eſſe, quod ab homĩ
ne diſſolui non poteſt iuxta illud Matth.
19. c. vnde in coniugio exigitur cõſenſus
ad indiuiduum vinculum ſaltem tacitus,
conformis quidem diuinæ inſtitutioni,
ex qua coniugiũ indiuiduam conſuetudi
nem retinet, vt optime docet D. meus
Fortunius Garz. in l. 1. col. 1. ff. de iuſt. &
iure. Nec eſt inconueniens, quod ante
copulam religionis ſolemni profeſſione
ſoluatur: id enim contingit præter pactũ
contrahentium à quibus coniunctio hæc
fuit his animis comparata vt conſtans, ac
perpetua ſit, eritq; ſatis contrahentes prę
dictum conſenſum præſtitiſſe, vt vere di-
ci poſſit coniugium c. ſolet 32. quæſtio.
2. & probat Hoſt. in ſumma tit. de matri-
mon. §. 1. Præpoſ. in rubr. de ſponſal. col.
2. & ita merito dicimus hunc coniugalem
conſenſum totius vitæ conſortium pro-
mittere nec ſoluitur tunc humana, ſed po
tius diuina authoritate, vt ſupra late pro-
bauimus. ex textu in dicto capitul. ex
publico de conuerſione coniug. ibi. *intel-
ligendum eſt ſecundum interpretationẽ
ſacri eloquij.* votum enim ſolemne non
ex humano iure, ſed ex ipſa rei natura, &
conditione matrimonium diſſoluit, quia
fortiori dirimitur actu, nempe traditione
reali ad ſpiritualia, vt recte docet Fortun.
Garz. Do. meus in dicto c. 1. de pactis nu.
15. quod ſecus eſt in matrimonio carnali
copula conſumato, quia cum in eo fuerit
realis traditio præmiſſa c. cum ſocietas
27. quæſtione 2. non diſſoluitur per votũ
ſolemne quo ad vinculum, ſed tãtum quo
ad mutuam cohabitationem.

15 Ex qua veriſſima reſolutione intellige
re poteris tex. in cap. 2. de conuerſ coniu.
vbi habetur, ꝙ poſt conſenſum legitimum
de præſenti licitum ſit alteri altero etiam
repugnante, eligere monaſterium, dum-
modo carnalis copula non interuenerit
inter eos; quia præualet traditio realis,
quæ fit per votum ſolemne profeſſionis,
promiſſioni ſimplici, quæ fit per contra-
ctum matrimonij copula non ſequta, & al
teri remanenti in ſeculo ſi commonitus
continentiam ſeruare noluerit, licitum
eſt ad ſecunda vota tranſire, hoc eſt aliam
ducere vxorem, vel alij nubere viro. Secũ
do intelligetis tex. in cap. quia Agatho.
cum c. ſeq. 27. q. 2. vbi dicitur virum non
eſſe ſuſcipiendum in monaſterium, niſi
vxor etiam conuertatur, nam cum vnum
vtriuſque corpus coniugij copulatione
ſit factum, incongruum eſt partem cõuer-
ti, & partem in ſeculo remanere. Vnde
in matrimonio conſũmato diſſoluendo ꝑ
ſolemnem religionis profeſſionem, neceſ
ſario requiritur vtriuſq; conſenſus, & tũc
licet ſit ſcriptum, quos Deus cõiunxit, ho
mo non ſeparet, Deus tamẽ non homo ſe-

parat quando diuini amoris intuitu ex cō ſenſu vtriuſq; coniugis matrimonia diſſoluuntur, quæ verba ſunt Gregor. lib. 5. epiſtolarū epiſt. 49. relati in dicto c. quia Agatho. & Nicolai Papæ in d. c. ſcripſit 27. q. 2 & hactenus de prima difficultate.

16 Minus etiā obſtat ſecunda, qua dicebamus, quod ſi liceret contrahentibus matrimoniū, ad inuicem diſcedere, & ſeparari ante copulā etiā altero inuito, & poſt eam de vtriuſq; conſenſu, ſequeretur matrimonium poſſe ſub die, & cōditione celebrari, illudq; non eſſe dicendū ex his quæ dicuntur in reg. actus legitimi in 6. & capit. præcepta 55. diſtinctione & c. clericus 21. quæſtio. 1. nam pro illius reſolutione conſtituo matrimoniū non recipere cōditionem, quia ea pendente ad matrimonium cōſenſus præſtitus non eſt, at ea eueniente perfectū eſt matrimoniū, ſed conſenſus ad matrimoniū conditionē recipit. ſunt etenim actus quidam legitimi, ideſt a legibus inſtituti vt ſtatim ex eis effect⁹ aliquis purus ſequatur, qui nec diem, nec conditionē recipiunt: quia contra actus ipſius ſubſtātiā eſt; matrimoniū itaq; inſtitutū eſt ad mutuā cohabitationē, & coniunctionē; repugnat ergo ei conditio, cū ea pendente effectum propriū minimè cōſequatur, & hic eſt verus ſenſus illius regulæ actus legitimi in 6. ex ſententia Cou. in 4. 2. par. c. 3. n. 4. At quando ante copulam maritus religionem profitetur vxore in ſęculo manente, vel ſequuta copula vterq; eam profitetur, nō diſſoluitur matrimonium propter diē, nec conditionē ei adiectā: quia appoſita nō erat; ſed quia ad ſpiritualē ſtatū trāſire decreuerunt, quod licitū eſt iuxta doctrinā a nobis ſupra traditā nec repugnat ſubſtantiæ matrimonij nec dictę regulæ actus legitimi cū ſimilibus ſupra in argumento relatis.

17 Sed quia difficillima eſt hæc cōditionū materias pręcipuè quoad matrimoniū, de quo nunc agimus, & in eis doctiſſimi viri errarunt. obiter animaduerto, quod ſi verba contractus matrimonii ſunt de futuro, & apponstur conditio ante eius euentum neq; erit matrimoniū de præſenti, neque ſponſalia de futuro eueniente vero conditione, non erit matrimoniū de præſenti, ſed ſpōſalia de futuro, quod ſi verba ſint de pręſenti, & conditio adijciatur, eueniēte illa, coniugiū erit; ante illā vero nec matrimoniū, nec ſponſalia, vt probat textus opt. in cap. 1. §. fi. de ſponſal. lib. 6. quæ omnia ſunt intelligenda de conditionibus honeſtis, licitis, & poſſibilibus; nam de inhoneſtis, turpibus, aut impoſſibilibus aliter dicendum eſt. nam conditio contra ſubſtantiam matrimonij ipſum vitiat c. fi. de cōdit. appoſitis; turpis vero aut impoſſibilis a contractu excluditur ipſeque manet firmus iuxta tex. in dicto c. fi. 2. parte quia cum eccleſia tollat conditionem turpem, aut impoſſibilem a contractu matrimonij illius fauore prout lex illam tollit ab vltimis voluntatibus, vt de turpi probat tex. in l. reprehendenda C. de inſtit. & ſubſtit. & de impoſſibili tex. in §. impoſſibilis inſt. de hær. inſtit. l. obtinuit ff. de condit. & demoſtr. videntur cōtrahentes matrimoniū, ſcientes illam conditionem turpem, aut impoſſibilem ab eccleſia tolli, cōtrahere pure, & cōſenſum purū ad matrimonium præſtare, vt notant Innoc. Ioan. And. Prępoſ. & alij in dicto c. fi. & colligitur ex illius verbis ibi *debeant propter fauorem eius pro non adiectis haberi*. iunctis ijs quæ late infra dicam 2. p. q. 25.

18 Sed quia conditionē contra ſubſtantiam matrimonij ipſum vitiare diximus ex dicto c. fi. non importune quęri poteſt an religionis profeſſio irrita ſit ex eo quod fiat ſub conditione, quod poſſit habere propriū is, qui profitetur, vel quod permittatur ei coniugalis vſus, aliudue quod voto continentiæ, paupertatis, & obedientię contrariū ſit? an vero ipſa cōditio reijciēda ſit vt actus valeat? Et ommiſſa longa diſputatione reſolutiue dico religionis profeſſionem validam eſſe etiam appoſita illa conditione, & profitentem compelli ea agere, & ſeruare quæ ceteri monachi ſeruare tenentur, non tamen ex ui voti tenebitur ad pręciſam paupertatem, hac tamē diſtinctione adhibita, nā aut profeſſio facta eſt hac cōditione, ut profitenti licitū ſit bona libere acquirere, & propria ſibi retinere etiā pręlato inuito, & tunc irrita eſt: hoc enim eſt cōtra religionis ſubſtātiā, cū paupertatē minime profiteatur, quomodo debet intelligi gl. in c. fi. q cler. vel vou. ſed ſi profiteatur ſub hac cōditione, vt ſibi liceat retinere quādā domū vti propriā cū bonis iā acquiſitis, valet profeſſio reiecta cōditione dicto c. fi. qui cler. uel uou. atq; ita intelligēda eſt gl. in auth. ingreſſi C. de ſacroſan. eccl. licet enim de ſubſtātia religionis ſint tria: quandoq; tamen limitata adherent religioni, ut ſcilicet uotum paupertatis non intelligatur in communi, ut

in

Digitized by Google

in Religionibus Monachalibus, vel etiã in ipſis profitentibus vſque ad certum tempus, vt in Ieſuitis, qui ex eorum inſtitutione poſſunt bona retinere vſque ad certum tempus, vt ſupra probauimus lib. 1. q. 9. itẽ votum continentię, quandoque intelligatur in caſtitate coniugali, vt in militibus Sancti Iacobi, & ſimil. ſupra probauimus in hac 1. part. quæſtio. 9. Vnde in aliquibus religioſis erit contra votum continentiæ, aut paupertatis dicta conditio; non tamen erit contra ſubſtantiam religionis, in alijs vero erit contra ſubſtantiam abſolute ſecundum religionis inſtitutum, & fundationem, ad quam, & ad naturam conditionis eſt maximè attendendum pro huius quæſtionis reſolutione, tam in iudicando, quam in conſulendo præmiſſa. Doctrina proxime tradita, quæ eſt Cou. in 4. 2. part. cap. 3. §. 1. num. 8. & hactenus de ſecunda difficultate.

19 Denique non obſtat vltima difficultas, qua dicebamus vnum ex coniugibus altero inuito non poſſe, alterum dimittere religionem profitendo. ex reg. leg. ſicut cum ſimilibus Cod. de oblig. & action. nam breuiter reſpondetur ex his, quæ ſupradiximus pro reſolutione ſecunde difficultatis, verum eſſe non poſſe alterum, altero inuito religionem profiteri, quando matrimonium inter eos erat, iam carnali copula conſumatum, quia per eam erat facta traditio realis, quam votum ſolemne religionis non poteſt diſſoluere, niſi ex vtriuſque conſenſu, & voluntate. at vero quando non fuit carnalis copula ſecuta, etiam inuito altero, poteſt vnus religionem profiteri: quia fortius vinculum voti ſolemnis, & ſic traditionis realis, diſſoluit leuius promiſſionis, ſcilicet tantum ex dicto cap. quia Agatho. cum capitulo ſequent. 27. quæſtio. 2. cum ſimil. ſupra adductis, ex quibus remanet reſolutum veram, & iuri conſonam eſſe ſuperiorem concluſionem, nempe coniuges ſequuta copula religionem profitendo ad inuicem diſcedere poſſe aliter vero non.

SVMMARIVM.

1 *Actus ita præſumi debet geſtus, vt valeat, non vero vt pereat.*

2 *In dubio ita fieri debet interpretatio actus, ne fruſtra quis ſibi in eo proſpexiſſe dicatur.*

3 *Qui actum fecit, præſumitur omni meliori, & efficaciori modo facere voluiſſe.*

4 *Actus coram pretore, & ſuperiore factus præſumitur rite, & recte factus.*

5 *Habilitas perſonæ præſumitur in dubio, quando actus fuit ſolemniter factus.*

6 *Fundans ſe in ætate ſiue negatiuè, ſiue affirmatiuè, illam probare tenetur.*

7 *Qui in tempore fundamentum facit, illud probare debet.*

8 *Qui appellationem interpoſuiſſe dicit, duo probare debet, vnum quod appellauit, alterum vero quod intra legitima tempora appellauit.*

9 *Cum teſtamenti validitas in dubium reuocatur, ante omnia quæritur, an teſtator habilis fuerit ad teſtandum, deinde an teſtamentum habeat debitã formam.*

10 *Aetas eſt quid incertum, nam quotidie fugit, & quotidie mutamur.*

11 *Elegans quædam diſtinctio aſſignatur pro reſolutione huius quæſtionis.*

Profeſsio religionis, an præſumatur in dubio facta in legitima ętate.

QVÆSTIO XXIV.

ELEGANS, vtilis, & ad plurima practicabilis, ſeſe nobilis offert diſputãda quæſtio an profeſſio religionis præſumatur in dubio facta ſpontanea voluntate, & in legitima ętate? in dubio in legitima ętate factam præſumi probatur ex ſeq.

1 Primo nam actus ita præſumi debet geſtus, vt valeat non autem, vt pereat l. 3. ff. de milit. teſtam. l. quoties ff. de verborum oblig. c. Abbate vbi gl. de verbor. ſignific. & gl. in leg. ſi poſt diuiſionem in verbo *nõ poſſe* C. de iuris & facti ignor. & probant plura adducentes Bal. in l. 2. in fi. C. de edi

cto D. Adrian. Foll. & Vantius de nullitatibus in tit. quid ſit nullitas nu. 24. & Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 4. nu. 1. ſed ſi præſumeretur profeſſio facta non legitima ętate, nec ſpontanea volũtate eſſet nulla iuxta Conc. Trid. ſeſſ. 25. de reg. c. 17. 18. 19. & 25. c. cũ virum c. poſtulaſti c. ſicut tenor. de regular. c. 1. eodem tit. in 6. & clem. 2. eod. tit. ergo ad hoc, vt valeat & non pereat, in dubio præſumẽdum eſt in legitima ętate, & ſpontanea voluntate factam fuiſſe.

2 Secundo nam in dubio ita fieri debet interpretatio actus, ne fruſtra quis ſibi in eo proſpexiſſe dicatur l. vlt. vbi Iaſ. ff. ſi cert. pet. & probat Soc. iun. conſ. 94. nu. 21. lib. 3. poſt Iaſ. conſ. 84. lib. 3. ſed ſi præſumeretur in dubio profeſſionem in legitima ętate. & ſpontanea voluntate non fuiſſe factam, ſequeretur profitentem fruſtra ſibi in eo proſpexiſſe: cum nulla & fruſtatoria reddatur profeſſio. Ergo ne detur hoc abſurdum, dicendum eſt legitimè fuiſſe factam.

3 Tertio nam is, qui actum fecit, præſumitur voluiſſe omni meliori, & efficaciori modo facere, vt probant Bald. in c. quia veriſimile, de præſumption. & in cap. 1. de cõtrou. inter maſcul. & fœmin. & Cranett. ibi num. 4. & Alex. in l. ſi ſeruus §. ſi numerus in fi. ff. de leg. 1. & probatur arg. tex. in l. domus ff. de contrahen. emptione ergo neceſſario præſumendum eſt religioſum ſpontanea voluntate, & in legitima ętate profeſſionem religionis feciſſe.

4 Quarto hæc ſententia probatur, nam cum actus geritur adhibita prætoris, & Superioris præſentia, & authoritate, præſumitur rite, & recte confectus leg. 2. Cod. de offic. ciuil. iud. & cum cauſę cognitione agere dicitur c. Abbate de verborum ſignificatione, & notat Ale. in tractat. de præſumption. reg. 3. præſumption. 9. ſed in ſolemni profeſſionis actu interuenit authoritas, & præſentia ſuperioris, & prę lati; in cuius manibus fit, & emittuntur tria ſubſtantialia vota, vt conſtat ex capit. porrectum vbi gloſa 2. iuncto cap. inſinuãte qui clerici vel vouentes, matrimonium contrahere poſs. Ergo neceſsario dicendũ eſt in dubio pręſumendum eſse in legitima ętate, & ſpontanea voluntate profeſſionem religionis fuiſse factam.

5 Quinto & vltimo, nam in eo, quod profeſſio fuerit facta in legitima ętate, & ſpontanea voluntate vel non verſatur habilitas, ſeù inhabilitas perſonę profitentis: nam in cæteris ſolemnitates omnes à iure requiſitæ ſupponuntur obſeruatæ in propoſita quęſtione; ſed quando actus fuit ſolemniter actus, & in debita forma cõfectus, præſumitur in dubio perſonę habilitas in eo vt probant Abb. in cap. cum virũ de regular. num. 4. Dec. in c. in præſentia num. 11. de prob. & in l. vlt. nu. 14. C. de edicto Diu. Adrian. toll. & Bal. in l. 1. C. ſi minor ſe maiorem dixerit, & probatur argumento leg. 2. C. de alim. præſtandis. Ergo præſumendum omnino eſt profeſſionẽ religionis in manibus ſuperioris cũ emiſſione ſolemnis triplicis voti factam, in legitima ętate; & ſpontanea volũtate fuiſſe factam ex quibus indubitabilis videtur ſupra propoſita quęſtio.

6 Sed contraria ſententia ex diametro probatur ex ſequẽtibus fundamentis. Primo nam fundans ſe in ętate, illam probare tenetur, ſiue negans, ſiue affirmans l. de ętatel. minor ff. de minor. l. 2. ff. de probat. l. ſi minorem C. de in integr. reſtitut. Ergo pręſumi non debet legitima ætas in religionis profeſſione, niſi ab eam allegante probetur.

7 Secundo nam qui in tempore fundamẽtum conſtituit illud probare tenetur, vt probat gl. in l. eum actum ff. de negot. geſt. quam ibi ſequuntur omnes, & Bartol. in l. nõ ſolũ §. ſed vt probari nu. 3. ff. de oper. noui nunt. & in l. 1. § nõ autẽ ff. de bonorũ poſs. & Menoch. de pręſumpt. lib. 3. præſum. 50. nu. 19. Ergo non pſumitur legitima ętas in religionis profeſſione niſi probetur ab allegante.

8 Tertio nã is q appellatione nititur, duo pbare debet. vnũ quod appellauerit, alterũ vero quod intra debitũ tempus appellauit c. Romana §. ſi vero dę appel. in 6. c. eccleſia vbi Detius ſupra eodem tit. ergo is, qui religionis pfeſſione nititur, & profeſſionem factam fuiſse, & ſpontanea uoluntate, & in legitima ętate probare tenetur.

9 Quarto facit pro hac ſententia, & opinione tex. difficilis in leg. ſi quæramus ff. de teſtam. ubi cum teſtamenti ualiditas in dubium reuocatur, ante omnia quæritur an teſtator habilis fuerit ad teſtandum, deinde an teſtamentum habeat debitam formã quod etiã probat l. liber. C. de petitione hęredit. ergo licet actus ſit ſolemniter actus, nõ pręſumitur habilitas agẽtis niſi probetur, & conſequenter, nec legi-

legitima ætas, nec ſpontanea voluntas profitentis.

10 Quinto, & vltimo hæc ſententia, & opinio probatur, nam ætatem deducens, vel affirmatiuè, vel negatiuè illam probare tenetur l. de ætate ff. de minor. l. ſi minorem C. de integr. reſtit. l. cum te. C. de probat. l. cum actum in princip. ff. de negot. geſt. cap. in præſentia ſupra de probat. Ætas etenim eſt quid incertum, cum quotidie fugiat, & quotidie mutetur l. proponebatur, ff. de iudic. & qui aliquod deducit incertum, illud probare debet l. ſpadonem §. qui ſolutus, ff. de excuſat. tut. Ergo aſſerens profeſſionem factam non fuiſſe in legitima ætate, vel è conuerſo affirmatiuè, illud probare tenetur. quam ſententiam, & opinionem ſequuti ſunt Barb. in rubr. C. qui admitti, vbi Dec. in 3. lectura nu. 36. Curt. iun. num. 19. Niger num. 6. Cagnolus nu. 56. cum alijs ſupra relatis.

11 In qua opinionum contrarietate ego exiſtimo veram propoſitæ quæſtionis reſolutionem aſſignari poſſe adhibita quadam diſtinctione generali, & ad plurima vtili, & neceſſaria, tàm in theorica, quàm in practica. Videlicet actus omnes, vel iam facti ſunt, vel fieri debent, actus iam facti, vel impugnantur, vel iuſtificantur: faciendi vero, vel impediuntur ne fiant, vel vt fiant, demonſtranda eſt perſonę habilitas. in primo caſu quando agitur de actu iam geſto impugnando, veluti quando quis vult reſcindere religionis profeſſionem, eo quod in legitima ætate non fuerit facta: illud neceſſario probare tenetur, vt reſoluunt Bald. conſil. 66. colum. 1. volum. 3. Florian. in dicta l. cū de ætate nu. 7. ff. de probat. Dec. conſil. 682. num. 13. & Bononienſ. in ſtatuto quodam ſuo qualiter proced. ſi ſuper ætate contendatur. §. ſi autem veniat verſic. ſed ſi de ætate cum alijs plurimis relatis à Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 50. num. 27. cum tribus ſequentibus, quomodo debet intelligi 1. 2. & vltimum fundamenta ſecundæ opinionis, & iura in eis adducta nu. 6. 7. & 10.

In ſecundo vero caſu, videlicet quando deducitur ętas ad iuſtificandum actum iam factum, ipſam deducens probare non debet: quia præſumitur, veluti quando aliquis aſſerit ſe religionis profeſſionem feciſſe in legitima ætate, qui cum præſumptionem habeat pro ſe, illam probare non debet, vt in ſpecie reſoluit Alc. in tractat. de præſumpt. præſumpt. 14. num. 53. ex gloſ. verbo ſecundæ in dicto cap. in præſentia de probat. quomodo debent intelligi fundamenta, quæ ſupra pro prima opinione adduximus. Vnde interpretandum eſt ſtatutum Bononiæ, quod eſt iuris communis correctorium, ex quo diſponitur, eum etiam probare debere ætatem, qui agit de iure conſeruando, ideſt de iuſtificando actu iam facto.

In tertio diſtinctionis caſu, videlicet quando agitur de actu futuro impediendo, ſi ad id ætas deducatur deducens probare eam debet, verbi gratia, ſi quis aſſerit matrem pupilli eſſe ab illius pupilli ſucceſſione repellendam, eo quod non petierit tutorem dari ipſi pupillo, iuxta l. matris, C. ad Tertul. probare debet filium illum fuiſſe pupillum, vt reſpondet Bald. conſil. 19. colum. 2. lib. 5. quem ſequutus eſt Alc. dicta præſumptione 14. num. 12.

In quarto denique, & vltimo diſtinctionis caſu, videlicet quando agitur de demonſtranda perſonæ habilitate, vt actus fiat, ætatem legitimam ſe habere dicens, probare illam tenetur. Verbigratia, collatum eſt alicui beneficium ſi legitimæ ætatis eſt, obijcitur illi, quod non eſt legitimæ ætatis, vt admittatur ad illud, ille, cui beneficium collatum eſt, probare debet ætatem legitimam, vt ad illud admittatur, vt reſoluunt Io. Andr. in cap. infamibus colum. 3. de regul. iur. in 6. Sal. in l. cum te colum. 2. verſic. ſi vero quæritur C. de probat. Florian. in dicta l. cum de ætate num. 7. de probat. Maſcard. concluſ. 666. num. 45. & Alc. dicta præſumpt. 14. num. 13. & omnibus latius, & copioſius Menoch. de præſumption. lib. 2. præſumpt. 50. per totam.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio expoliationis, & rapinæ debet probari infra dies quindecim ab eo, à quo oppoſita fuerit.*
2 *De ſimilibus idem eſt iudicium.*
3 *Exceptio excommunicationis infra dies octo debet probari à die, quo fuerit oppoſita.*
4 *Lex ſemper loquitur, & illius ignorantia non excuſat.*

5 *Fa-*

5 *Facilius probatur manifeſtum, quam occultum.*

6 *In cauſis ſummarÿs dilationes omnes ſunt arbitrariæ.*

7 *Regulariter omnes exceptiones dilatoria probanda ſunt infra tempus Iudicis arbitrio aſſignandum.*

8 *Quando duo ſunt ſimilia ſimpliciter, eorum idem eſt iudicium; ſecus quando ſunt ſimilia ſecundum quid.*

9 *In quibus differant, & conueniant vſura, & furtum.*

10 *Quandocumque ratio legis, vel canonis eſt amplior, & generalior dicto, tunc ad amplitudinem rationis extenditur ipſa diſpoſitio.*

Exceptio vſuraria infra quod tempus debeat probari?

QVÆSTIO XXV.

1 CErtiſſimum eſt, exceptionem expoliationis, & rapinæ probandam eſſe infra dies quindecim ab eo à quo oppoſita fuerit, vt probat textus in capit. 1. de reſtitut. ſpoliat. in 6.

2 Vnde merito dubitari poteſt, an exceptio vſuraria infra illud tempus ſit omninò probanda? Quæ difficilis quæſtio aliena non eſt ab omni dubitandi ratione, vbicumque enim eadem eſt ratio, ibi debet eſſe eadem iuris diſpoſitio, l. illud, ff. ad leg. Aquil. l. à Titio ff. de verborum obligat. & ita de ſimilibus, idem eſſe iudicium colligitur ex text. in cap. inter cęteras ſupra de reſcriptis cap. 2. de tranſlat. Epiſc. cap. cum ſecundum Apoſtolum in princip. de præbend. cap. in cauſis de re iudic. l. non poſſunt l. nam, vt ait, l. iura non in ſingulas, ff. de legibus l. 1. C. quæ ſit longa conſuetudo, §. rectè verſic. & huic ſimile inſt. mandati: ergo cum vſurarius ſimilis, & quaſi idem ſit cum fure, & raptore, ex ſententia Diui Ambroſ. in dicto cap. ſi quis vſuram 14. quæſt. 4. dicentis *Si quis vſuram accipit, rapinam facit, vita non viuit.* Et ad probandam exceptionem ſpoliationis, & rapinæ quindecim requirantur dies, vt in dicto cap. 1. conſequenter totidem requiri ad probandam exceptionem vſurarum, fatendum eſt, & ita reſoluit Rota, vt refert Rom. ſingul. 48.

3 Hoſtienſis tamen Ioan. Andr. & Abb. in cap. quia fruſtra de vſuris nec huius, nec omninò contrariæ fuerunt ſententiæ, ſed mediam elegere viam, dicentes exceptionem vſurarum probandam eſſe infra octo dies, prout exceptionem excommunicationis infra illos probari conſtat ex capit. ſolet de ſentent. excommunicat. & ex cap. pia 1. de exceptionibus libro ſexto. Sed horum opinio nullò modo ſubſtineri poteſt ex eo, quod nihil commune habet exceptio vſurarum cum exceptione excommunicationis: nam, vt inquit Card. in cap. 1. de except. lib. 6. num. 7. ſpecialiter ſtatutum fuit tempus octo dierum tātum ad probandam exceptionem excommunicationis: quia cum de ea inſtrumentum fieri debeat, vt in cap. 1. de ſentēt. excommunicat. lib. 6. & per illud poſſit breuiter probari, vt in cap. poſt ceſſionem de probation. ſufficit terminus octo dierum. Quod ſecus eſt in furto, & rapina, quorum nullum ſit inſtrumentum, & ita fuit ſtatutum tempus duplicatum, nempe quindecim dierum.

4 Nec huic reſolutioni obſtat, quod ea attenta, videbatur dicendum duplicatum etiam tempus requiri ad probandam excōmunicationem latam à iure, cuius nullum inſtrumentum fuerit factum; nam ommiſſa ſolutione Cardinalis, vbi ſupra dicentis, quod cum excommunicatio lata á iure, & ab homine, eundem habeat effectum, diuerſis menſuris temporum non debuerunt metiri, cuius dictum non concludit ex eo, quod non attenditur quo ad hoc effectus, ſed facilitas, ſeu difficultas probandi exceptionem. reſpondendum eſſe exiſtimo idem tēporis ſpatium, nempè octo dierum, ſtatutum eſſe in dicto c. 1. ad probandam excommunicationem latam a iure, quod ad excommunicationem latam ab homine: quia ſi excommunicationis latæ a iure non fiat inſtrumentum, facilè probari poteſt, cum lex ſemper loquatur, vt in l. Ariani, C. de hęreticis, & illius ignorantia non excuſet, vt in l. regula ff. de iuris, & facti ignor.

5 Nonnulli autem ex modernioribus pro concordia vtriuſque opinionis, ita diſtinguendum docent, aut loquitur exceptio de vſurario manifeſto, aut de occulto; ſi

de

Google

de manifeſto, probanda ſit infra octo dies, prout exceptio excommunicationis, quæ manifeſtè fertur, vt in dicto cap. 1. de ſentent. excommunicat. lib. 6. ſi de occulto, infra quindecim, prout exceptio expoliationis, & rapinæ: quia facilius probatur manifeſtum, quam occultum. arg. text. in l. fi. ff. de dote prælег. Hæc tamen diſtinctio ſubſtineri nullo modo poteſt, quia ſpoliatio prouenire poteſt, vel à rapina, vel à furto, & rapina manifeſta dicitur, vt notant DD. in rubr. ff. de raptoribus. furtum etiam, & occultum, & manifeſtum eſt §. 1. inſt. de oblig. quæ ex delict. naſcuntur; & tamen abſque vlla diſtinctione manifeſti, vel non manifeſti, ſtatuitur terminus quindecim dierum ad probandam exceptionem ſpoliationis, & rapinæ: ergo nec nos diſtinguere debemus inter vſurarium manifeſtum, & occultum.

6 Quare tutior mihi ſemper viſa eſt opinio Bero. in rubr. de vſur. dicentis, quod cum ad probandam exceptionem vſurarum nullum ſit præfixum, ſeu determinatum in iure noſtro tempus, ſtatuendum ſit arbitrio Iudicis, habita conſideratione ad vſurariam ſpeciem, ita vt maius pro occultis, & minus pro manifeſtis vſuris aſſignet tempus, ex ratione dictæ l. fi. ff. de dote præleg. Quæ Beroi ſententia ex ſequentibus fundamentis probatur. Primo nam vſurarum cauſa ſummaria eſt, & de ea cognoſcitur de plano ſine ſtrepitu, & figura iuditij clem. diſpendioſam de iuditijs, ſed in ſummarijs dilationes omnes ſunt arbitrariæ, clem. ſępè in principio de verborum ſignif. ergo neceſſario dicendum eſt tempus ad probandam vſurariam exceptionem arbitrarium eſſe.

Secundo facit textus, licet vulgaris ad propoſitum ſingularis in l. 1. in fi. ff. de iure deliber. ibi *ait prætor, ſi tempus ad deliberandum petet, dabo cum dicit tempus nec adijcit, diem, ſine dubio oſtendit eſſe in ius dicentis poteſtate quem diem præſtituat*. cum igitur aliquod tempus ſit neceſſarium ad probandam hanc exceptionem, nec illud ſit à iure pręfixum, neceſſario dicendum eſt in ius dicentis poteſtate eſſe quot dies pręſtituat.

7 Tertio, nam regulariter omnes exceptiones dilatorię probandę ſunt infra tempus Iudicis arbitrio aſſignandum, cap. paſtoralis de except. & ibi DD. omnes, & ſpecul. in titulo de dilationibus verſic. exceptoriè in §. 1. ſed exceptio vſuraria eſt dilatoria, c. quia fruſtra, vbi notat Abb. num. fi. de vſuris ergo proculdubio fatendum eſt arbitrarium Iudicis eſſe huiuſmodi tempus. Ex quibus fundamentis, & rationibus, concludendum eſt in propoſita quæſtione, hanc Beroy ſententiam veriorem, & tutiorem eſſe, & ita amplectēdam omiſſis alijs à nobis ſupra relatis.

8 Nec obſtat ratio ſupra pro opinione Romani adducta, qua dicebamus hāc vſurarum exceptionem probandam eſſe infra tempus ad probandam exceptionem ſpoliationis, & rapinę pręfixum in dicto cap. 1. de reſtit. ſpoliat. in 6. nempè quindecim dierum: quia ſimiles ſunt huiuſmodi exceptiones, vt conſtat ex capit. ſi quis vſuram 14. quęſt. 4. & de ſimilibus idem eſt iuditium ex cap. 2. de tranſlat. Epiſc. cum alijs ſupra citatis; nam breuiter reſpondere poteris rationem illam veram eſſe, quando duo ſunt ſimilia ſimpliciter: tunc enim eorum idem eſt iuditium, vt in dicto cap. 2. & ſimil.; quando vero ſunt ſimilia ſecundum quid tunc illa ratio non procedit, vt ex doctrina Archid. Dom. & Prępoſ. in cap. relatum 38. diſtinct. & Panorm. Ioan. Andr. Felyn. & Doctorum in dicto cap. 2. docet Euerardus in locis argumentorum in loco à ſimili num. 4. vnde cū vſura, & furtū ſeu rapina non ſint ſimilia ſimpliciter, ſed ſecundum quid, dicendum eſt eorum non eſſe idem iuditiū.

9 Quod autem non ſint ſimilia ſimpliciter, ſed ſecundum quid ſic oſtendo, nam vſura debetur ex pacto, & ſoluitur à Domino ſpontè; furtum vero, ſeu rapina eſt contrectatio fraudulenta rei alienę inuito domino §. 1. inſt. de oblig. quę ex del. naſc. l. 1. ff. de furtis. item vſuræ dominium transfertur in accipientem cap. cum tu. de vſuris. ſed non rei furtiuæ, vt per tot. ff. & C. de furtis. Præterea vſurarius non tenetur, niſi ad reſtitutionem ſimpli, c. quia in omnibus cap. cum tu, & per tot. iuxta hoc tit. cap. quamquam eodem tit. in 6. ſed fur tenetur aliquando in duplum, aliquādo in triplum, quandoque in quadruplum vt per tot. ff. & C. de furtis, §. 1. 2 & 3. inſt. de oblig. quę ex del. naſcuntur, nec in alio huiuſmodi ſimilitudo conſiſtit, niſi in eo, quod vſurarius, fur, & raptor detinent rem alienam, quæ ſimilitudo eſt impropria, & ſecundum quid, & ita non eſt ſufficiens, vt propter eam vſurarum exceptio probari debeat intra tempus quindecim dierum, ad probandam ſpoliationis excep-

exceptionem ſtatutum in dicto cap. 1.

10 Adhuc tamen contra hanc veriſſimam reſolutionem obſtare videtur, quod quãdocumque ratio legis, vel canonis eſt amplior, vel generalior dicto, tunc ad amplitudinem rationis extenditur ipſa diſpoſitio text. eſt notab. in l. regula §. fi. vbi Bar. & Bald. ff. de iuris, & facti ignor. l. 2. §. ſi mater, ff. ad Tertull. l. nomen debitoris §. fi. ff. de leg. 3. ſed ratio dicti cap. 1. de reſtitut. ſpoliat. videlicet, quia ſpoliationis exceptio nõnunquam in iuditijs calumnioſè propoſitas cauſas impedit, & perturbat, dum ei exceptioni inſiſtitur, & ſic intermittitur, & plerumque perimitur cauſæ cognitio principalis, eſt generalior dicto, & compræhendit etiam caſum noſtrum, in quo ſi certum aliquod tempus non aſſignaretur ad probandam exceptionem vſurarum, vſurarij calumnioſè, & malitioſè eam opponerent, vt cauſa principalis intermitteretur, & perimeretur. ergo etiã ad amplitudinem rationis debet extendi ipſa diſpoſitio, & per cõſequens tempus ad exceptionem ſpoliationis ſtatutum, proderit etiam ad vſurarum exceptionem probandam.

Huic tamen difficultati breuiter ſatiſfaciet, qui dixerit, quod licet verum ſit quod ratio dicti cap. 1. de reſtitut. ſpol. eſt generalior dicto, & comprehendit etiam caſum noſtrum quo ad hoc, vt infra certum aliquod tempus exceptio vſurarum probetur, nè alias malitioſè, & calumnioſè propoſita, cauſam principalem impediat, & perturbet, dum ei exceptioni inſiſtitur, vt in dicto c. 1. non tamen illum comprehendit quo ad illam ſpecialitatem, vt infra quindecim, vel decem, vel viginti dies probetur, pro qua interpretatione pondero text. in cap. paſtoralis de except. vbi eadem ratione motus Pontifex, inquit, exceptiones dilatorias infra tempus à Iudice aſſignandum probandas eſſe, & ita in caſu noſtrę quæſtionis reſoluendum eſſe ex ſupradictis a num. 8. conſtat.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor, an poſſit pecuniam pro fideiuſſione recipere, abſque vſura labe.*

2 *Omnis obligatio ciuilis, eſt pecunia æſtimabilis.*

3 *Fideiuſſor dummodò fraus, & colluſio abſit, poteſt ratione periculi fideiuſſionis pretium iuſtum paciſci, & recipere.*

4 *Vſurarius cenſetur qui propter periculum in ſe ſuſceptum aliquod lucrum à debitore recipit.*

5 *Officium fideiuſſoris procedit ex charitate, & effectu benefaciendi.*

6 *Fideiuſſor pro principali ſoluendo, poteſt ab eo repetere, quod ſoluit etiam cum intereſſe.*

7 *Qui mutuat, licet ad mutuandum non teneatur, tenetur tamen ad mutuandum gratis, nullum ex eo lucrum ſperans.*

Fideiuſſor an poſsit aliquid recipere pro fideiuſsione, abſque vſuræ labe.

QVÆSTIO XXVI.

1 Difficilis eſt quæſtio, an fideiuſſor poſſit pro fideiuſſionis officio aliquid lucri paciſci propter periculum, quod in ſe ſuſcepit? & poſſe quidem abſque vſuræ labe, & ſine peccato habito reſpectu ad periculum, cui ſubiectum fuiſſe arbitrio boni viri æſtimabitur, ex ſequentibus probatur.

Primo ex l. hoc iure, §. labeo ff. de donat. in qua dicitur non eſſe donationem ſi quid datur pro ſatiſdatione, vel alia opera impenſa ab eo, qui recipit; ſed mercedem, ſeu datum pro mercede: & apertius probatur in l. ſi vero non remunerandi, §. Maurus, ff. mand. ibi *Mercedem pactus ob ſuam fideiuſſionem*. Ex quibus verbis rectè deducitur licitè vnumquemque pro pecunia ſpondere, vel ſatis dare, vt occurrat ſuo periculo poſſe.

2 Secundo, nam omnis obligatio ciuilis eſt pecunia æſtimabilis, & per conſequens tuta conſcientia vendi poteſt ex D. Thoma 2. 2. quæſt. 78. artic. 2. in reſponſione ad quartum, vbi Caietanus, & omnes Thomiſtæ; ſed fideiuſſor ſe obligat ciuiliter ad ſoluendum pro alio, vt per totum titul. de fideiuſſor. ergo talis obli-

Digitized by Google

obligatio eſt pecunia æſtimabilis, & poterit ſcienter, abſque vllo conſcientiæ ſcrupulo vendi.

3 Tertio, hæc ſententia probatur authoritate Doctorum, quæ maxima eſt: eam enim tenent ex Theologis Caietan. dicta quæſt. 78. Conradus 2. tract. de contractibus quæſt. 40. concluſ. 4. Medina de rebus per vſuram acquiſitis quæſt. 4. tit. de vſurarum reſtitutione colum. 5. Sotus lib. 6. de iuſtit. & iure quæſt. 1. colum. 6. Bart. Paul. de Caſtro, gloſ. & communiter ſcribentes in dicto §. labeo, & in dicto §. Maurus Cou. lib. 2. var. c. 2. n. 6. Nau. in Manuali cap. 17. tit. de vſuris in fi. qui omnes apertè docent fideiuſſorem, dummodò fraus, & colluſio abſint, poſſe ratione periculi fideiuſſionis, pretium iuſtum paciſci, & tuta conſcientia ſcienter recipere.

4 Contraria tamen ſententia, & opinio probatur 1. ex text. in cap. nauiganti de vſuris, vbi vſurarius cenſetur, qui propter periculum in ſe ſuſceptum, aliquod lucrum à debitore recipit. ergo vſurarius etiam cenſeri debet fideiuſſor, qui propter periculum ſoluendi pro debitore in ſe ſuſceptum, aliquod lucrum ſuſcipit.

5 Secundo, nam offitium fideiuſſionis procedit ex charitate, & affectu benefaciendi ſicut mutuum. ergo gratuitum eſſe debet, iuxta illud Eccleſiaſt. cap. 29. *Fideiuſſoris gratiam non obliuiſcaris.*

Tertio, nam id lucrum nullo alio modo poterat paciſci, niſi propter periculum fideiuſſionis, vt reſoluunt omnes ſupra pro contraria citati authores; ſed ratio periculi non habet locum in fideiuſſione, ergo à ceſſante cauſa neceſſario dicendum eſt fideiuſſorem nihil poſſe recipere, ſeu paciſci pro fideiuſſione.

6 Diſcurſus legitimus eſt, minorem, qua tota fundamenti vis nititur, ita probo; nam fideiuſſor etiam ſoluendo pro principali, poteſt ab eo, pro quo fideiuſsit repetere quod ſoluit etiam cum intereſſe, cap. peruenit de fideiuſſoribus, vbi habetur poſſe fideiuſſorem ſe indẽnem ſeruare, quando ſe obligat pro alio, imò præcisè cogitur debitor fideiuſſorem indemnem ſeruare; ergo nullum periculum habet, & per conſequens, nec lucrum aliquod accipere, ſeu paciſci pro fideiuſsione poterit.

7 His tamen fundamentis non obſtantibus, prior ſententia, & opinio verior, & receptior eſt, nec obſtant fundamenta pro ſecunda adducta; nam pro reſolutione, & reſponſione primi, & ſecundi, conſtituendum eſt fideiuſſorem, licet melius faciat ſi à tali contractu abſtineat, nullo iure, nullaque vrgenti ratione prohiberi pretium pro periculo accipere cum nemo cogatur gratis prodeſſe, & pro alio ſe ciuiliter obligare, quod, vt ſupra probaui, eſt pecunia æſtimabile, At vero qui mutuauit licet ad mutuandum non teneatur, quia illud Euangelij *mutuum dantes, nihil inde ſperantes*, quoad primam partem nempè *mutuum dantes*, non eſt præceptum, ſed conſilium, & qui mutuat, ſub præcepto diuino tenetur nihil pro mutuo recipere ex eodem Euangelio ibi, *nihil inde ſperantes*, quæ verba non conſilium, ſed præceptum inducunt ex text. in capit. conſuluit de vſuris, vbi omnes Doctores notant: atq; ideò ſi pro mutuo aliquid mutuator recipiat, vſuram formalem cõmittet, quod ſi replicet quis in caſu noſtrę quęſtionis non pro mutuo, ſed pro periculo poſſe mutuatorem mercedem recipere, breuiter reſpondere poteris ad vitandas occaſiones vſurarum mutuatori prohiberi talem mercedem paciſci, ſeu recipere.

Nec obſtat text. In dicto cap. peruenit ex quo colligitur fideiuſſorem nulli periculo eſſe expoſitum, cum ab eo pro quo fideiuſsit poſsit repetere, quod pro eo ſoluit, ex eo quod indemnem ſe ſeruare poteſt in obligatione; nam text. ille ſi bene perpendatur nihil dicit contra ea, quæ nuper reſoluimus, ait enim text. quod ſi fideiuſſor ſoluerit pro debitore, debitor cõpellatur ei pecuniam reſtituere, quam pro eo ſoluerit, ita vt ipſe indemnis remaneat, & damna etiam ab eo, propter eum paſſa reſarcire. Vnde ſi fideiuſſor velit renuntiare huiuſmodi beneficio poterit paciſci cum debitore, vt ſibi aliquod lucrum ſoluatur, pro periculo in ſe ſuſcepto: fideiuſsionis enim officium damnoſum eſſe conſtat ex illo prouerbiorum cap. 17. *Stultus homo plaudet manibus cum ſpoponderit pro amico*, & illud Phyloſophi *ſponde præſto noxa erit*, & l. 2. §. pen. ff. de iudic. & ita ſibi ipſi conſulere poteſt paciſcẽdo aliquod lucrum pro periculo in ſe ſuſcepto iuxta ea, quæ ſupra adduxi in confirmationem huius primæ, & verioris opinionis.

SVMMARIVM.

1 *Vſurarius pro reſtitutione vſurarum poteſt bonts cedere, & quts ſit ceſſionis bonorum effectus?*

2 *Debitor dolo, & in fraudem creditorum non ſoluendo effectus, ſi poſt ceſſionem bonorum perueniat ad pinguiorem fortunam, poteſt conueniri inſolidum vſque ad peram, & ſacculum, non deducto ne egeat.*

3 *In foro animæ beneficium ceſſionis non prodeſt, nec obeſt.*

4 *Alimentis fraudari quis non debet.*

5 *Charitas bene ordinata, incipit à ſe ipſo.*

6 *Vſurarius actione perſonali tenetur ad vſurarum reſtitutionem.*

7 *Paupertas, & inopia, an in foro animę operetur idem quod ceſſio bonorum in foro contentioſo.*

8 *Tempore neceſſitatis omnia ſunt communia.*

Vſurarius, an poſsit cogi ad vſurarum reſtitutionem integraliter, vel deducto, ne egeat?

QVÆSTIO XXVII.

ADeo frequens eſt vſurarum materia, & ex voluntate Dei vſurariorum miſeria, qui ſępe numero poſtquam pauperum ſanguinem ſuxerunt, ad talem paupertatem, & inopiam veniunt, vt non ſolum non babeant vnde illarum reſtitutionem facere valeant, ſed neque vnde ſe alere poſsint, vt non inconſulte decreuerim quęſtionem hanc diſputare, an ſcilicet vſurarij poſsint cogi ad vſurarum reſtitutionem vſque ad peram, & ſacculum, an vero deducto ne egeant?

1 In qua quæſt. Auguſt. Ber. num. 32. in c. cum tu de vſuris, ita diſtinguendum ait, aut loquimur in foro contentioſo, aut in foro animæ. Si in foro contentioſo, aut vſurarius non ceſsit bonis, & tunc tenetur, ſeu cogi poteſt ad vſurarum reſtitutionem integraliter, etiam ſi poſt integram reſtitutionem remaneat pauper, & inops, ita vt non habeat vnde ſe alere poſſit (nam in foro contentioſo etiam Eccleſiaſtico, debitor, qui non ceſsit bonis, poteſt conueniri inſolidum, & vltra id, in quantum facere poſsit, etiam ſi egeret, vt in c. peruenit de fideiuſs. & notant DD. in cap. Odoardus de ſolut. & in c. 2. de pignor.) Aut ceſsit bonis, & tunc in foro contentioſo non poteſt cogi, ita vt non remaneat ſibi vnde ſe alere poſsit, quoniam ſi præſupponimus quod vſurarius poſsit cedere bonis, prout poſſe docet gloſ. verbo facultatibus communiter recepta in dicto c. cum tu ex Ber. ibi nu. 30. ſequitur, quod non poſsit conueniri poſt ceſsionem, niſi in quantum facere poteſt, & deducto, ne egeat: iſte enim eſt ceſsionis effectus, vt notant omnes in dicto cap. Odoardus, hoc tamen debet intelligi quo ad bona poſt ceſsionem acquiſita, nam de ante acquiſitis, nihil poteſt retinere l. is qui la 2. ff. de ceſsione bonorum l. 1. & per totum C. qui bonis cedere poſs. dicto c. 2. dicto cap. Odoardus.

2 Obiter tamen animaduerto quod hoc beneficiũ, quod debitor habet, vt ſcilicet non teneatur integraliter quoad bona poſt acquiſita, ſi aliunde non habeat vnde ſe alere poſsit, habet locum in foro contentioſo, quando abſque dolo, & fraude creditorum factus fuiſſet non ſoluendo, vt in iuribus proximè citatis, nam ſi dolo, & fraude effectus fuiſſet non ſoluendo, ſi poſt ceſsionem bonorum perueniret ad pinguiorem fortunam, poſset conueniri inſolidum, vſque ad peram, & ſacculum non deducto, ne egeret. vt docet gloſ. ſingul. in l. fi. ff. de his, quæ in fraud. credit.

3 Secundo vero caſu quando ſcilicet ſumus in foro animæ, ex ſententia Abb. poſt gloſ. in dicto cap. cum tu vſurarius. tenetur ad integram ſatisfactionem, etiam ſi remaneat ita pauper, & inops, vt non habeat vnde ſe alere poſsit, nam vſurarius de alieno viuere non debet argum. cap. ſorte 14. quęſt. 6. nec in caſu iſto eſt facienda differentia, ſeu diſtinctio an vſurarius ceſſerit bonis, nec ne? quoniam in foro conſcientię beneficiũ ceſsionis nõ prodeſt, nec etiam obeſt, vt ſupra diximus

ex

Digitized by Google

ex ſententia Abb. in dicto capit. cum tu.

4 Sed quamuis hæc videatur opinio communis, cui ferè nullus contradicit; difficilis tamen redditur ex ſequentibus fundamentis. Primo, nam de iure ciuili, & in foro contentioſo in quo rigoroſius proceditur in terminis noſtris, vt in dicto cap. cum tu, & in dicto cap. ſi res iuncta gloſ. in dicto cap. Odoardus, & in l. 1. C. qui bonis cedere poſſunt, ſocius etiam omnium bonorum, abſque alia ceſſione bonorum habet priuilegium, vt non teneatur niſi in quantum facere poteſt, & deducto, ne egeat, non enim fraudari debet alimentis ordinarijs, l. ſunt, qui ff. de re iudic. iuncta l. qui bonis ſuis cum ibi notat. ff. de ceſſione bonorum, ſed quatenus ſe extendit neceſſitas famis, & alimentorum quotidianorum quo ad forum conſcientiæ, quis dicitur ſocius omnium bonorum, quoniam tempore neceſſitatis omnia dicuntur eſſe communia, & quis de bonis ſuis non poteſt denegare alimenta illi, qui poſitus eſt in neceſſitate c. ſicut hi 47. diſt. & cap. ſi quis, & ibi gloſ. & Abb. in cap. 1. de empt. & vend. c. duo 12. quæſt. 1. c. paſce 82. diſt. alioquin denegando alimenta, quis diceretur necare, l. necare, ff. de alen. vel agnoſc. liberis. ergo quatenus ſe extendit indigentia, & neceſſitas famis, non poterit quis in foro conſcientiæ conueniri in ſolidum, ſed tantum in quantum facere poteſt, videlicet deducto ne egeat, vt in dicta l. qui bonis.

5 Secundo, nam quælibet ordinata caritas incipere debet à ſe ipſo, l. præſes, cum gloſ. C. de ſeruit. & aqua c. non ſatis 86. diſt. ſed quatenus vrget, & imminet neceſſitas famis, & alimentorum, tenetur quis in foro conſcientiæ ſubuenire poſito in neceſſitate dicto cap. ſicut hi cum ſimil. proximè citatis. ergo multo magis tenebitur ſibi met ſubuenire, & alimenta ſibi pręſtare, nec debebit pati, vt fame moriatur, & per conſequens etiam in foro conſcientię non poterit cogi niſi ad integram ſatisfactionem deducto ne egeat.

6 Tertio, nam quamuis vſurarius ſit debitor vſurarum, & ſit obligatus ad illarum reſtitutionem actione perſonali, tamen dicitur eſſe dominus illarum attento iure naturali, & eius æquitate, iuxta doctrinam Villam. in c. ſi quis vſuram nu. ſi. 14. quæſt. 4. quam ſupra probaui quæſtio. 15. nu. 8. ergo ad illarum reſtitutionem non tenebitur in foro conſcientiæ, niſi deductis alimentis ſuis neceſſarijs: quoniam in foro animæ licitum eſt vnicuique ſibi ſuccurrere, & ſubuenire de alieno penitùs. nec ob hoc dicitur peccare vt habetur in dicto cap. ſicut hi, & in dicto cap. non ſatis, & notat gloſ. & Abb. in cap. ſi quis, de furtis: ergo à fortiori licitum erit ſibi ſubuenire de ſuo proprio, quamuis alteri ſit debitum, & conſequenter in foro conſcientiæ non tenebitur ad integram ſatisfactionem, ſi poſt eam remanet pauper, & inops, nec habet vnde ſe alere poſſit.

7 Quarto, nam quod operatur ceſſio bonorum quo ad forum contentioſum, operatur inopia, & difficultas quo ad forum animæ; nam facta ceſſione in foro contentioſo, non poteſt quis cogi ad integrã ſolutionem, l. 1. C. qui bonis cedere poſſ. & notant DD. in dicto cap. Odoardus, & in dicto capit. 2. de pignor. nulla vero facta ceſſione, ſi quis ſit inops, & ſit non ſoluendo in foro animæ ex ſola inopia excuſatur, perinde ac ſi ceſſiſſet bonis, vt in cap. ſuper eo de raptor. cap. ſicut dignum, §. eos de homicid. quinimmo inopia ſimplex quoad forum animæ plus operatur, & magis releuat, quam ceſſio bonorum quoad forum contentioſum. quoniam ſi quis ſit factus inops etiam dolo, & culpa ſua, non tenetur in ſolidum, nec ad integram ſatisfactionem dicto cap. ſi res cum ibi. notatis 14. quæſt. 6. sed ſi ceſſit bonis, ex eo, quod dolo, & fraude ſua factus ſit non soluendo, conueniri poteſt in foro contentioſo, & quo ad bona acquiſita poſt ceſſionem in ſolidum, & vſque ad peram, & ſacculum, vt voluit gloſ. communiter approbata in l. ſi. in ſi. ff. de his quæ in fraud. cred. sed ſi quis ceſſit bonis poſt ceſſionem non poteſt conueniri in foro contentioſo niſi in quantum facere poteſt, dicta l. qui bonis cum ſimil. ergo propter inopiam ſimplicem, & difficultatem ſolam ſoluendi in foro conſcientiæ non debet compelli in ſolidum ad integram ſolutionem, ſed in quantum facere poteſt deducto ne egeat.

8 Quibus fundamentis fretus Auguſt. Bero, in dicto cap. cum tu numero 39. hanc opinionem ſequitur tanquam æquitatem, & pietatem continentem, & ad rationes ſupra adductas ex mente Abb. ſigillatim reſpondet. & primo ad illam nempè vſurarium non debere viuere de

alieno argumento, cap. forte cum ſimil. 14. quæſt.6. reſpondendum ait illud eſſe verum regulariter quando quis haberet de ſuo; ſed quando nec habet de ſuo, nec aliunde poteſt habere alimenta, tunc etiã de alieno licitum eſt viuere, vt in dicto c. ſicut hi iuncta gloſ. in dicto capite ſi quis de furtis. Secundo ad eandem rationem, ita reſponderi poſſe ait, quod quatenus ſe extendit neceſſitas, & indigentia, qui viuit de alieno, non dicitur de alieno, viuere, ſed de proprio, ſeu de communi: quia tempore neceſſitatis omnia ſunt communia. vt ſupra dixi. Tertio, ita reſponderi poſſe, inquit, quod in caſu noſtro vſurarius diceretur viuere de proprio ſuo, non vero de alieno: quoniam vſuræ ſunt ipſius vſurarij, & illarum dicitur dominus, vt ſupra dixi, & probat gloſ. in cap. ſi quis vſuram 14. quæſt.4. & licet diceretur ſunt ipſius vſurarij, ſed ſunt alteri debitæ, & ſubiacent reſtitutioni, cap. debitores de iur. iur. cum ſimil. reſpondere poteritis quod non ex hoc infertur, quod ſint integraliter ſoluendæ, vſque ad peram, & ſacculum, ſed in quantum vſurarius facere poterit, ſufficit eas reſtituere, deducto nè egeat, & deductis alimentis quotidianis, vt probatur arg. tex. in l. qui bonis ff. de ceſſ. bon. cum ſimil. ſupra cit. præcipuè cum, & ſi alteri ſint debitæ, poſſint etiam dici debitæ ipſi vſurario pro alimentis quotidianis ob ordinatam charitatem, de qua in dicta l. preſes cum gloſ. C. de ſeruit. & aqua, & dicto c. non ſatis 86. diſt. & ita hãc ſententiam, & opinionem Bero. quidquid dicat Abb. veriorem iudico ex rationibus, & iuribus pro ea adductis. Licet pro vtriuſque concordia quadam diſt. vtatur Bero. ibi n.40. quam ibi videas, nam ego hanc opinionẽ tanquam æquitati, & pietati conſonam, ſequutus ſum in publico Bononien. ſtudio dum in lectura ordinaria veſpertina interpretabar text. in dicto cap. cum tu.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio facta à Clerico reconuento apud ſecularem Iudicem, an valeat?*
2 *Cauſa reconuentionis veluti acceſſoria principali conuentioni, reputatur vnum, & idem cum illa.*
3 *Iura, quæ probibent Clericum conueniri apud ſecularem Iudicem, tantummodo intendunt ne Clerici ad illum trabantur.*
4 *In ſpiritualibus, & in criminalibus criminaliter intentatis, reconuentio Clericorum apud ſeculares Iudices locum habere non poteſt.*
5 *Reconuentio nihil aliud eſt quam mutua conuentio, per quam aliquis apud Iudicem agens, mutuo, vel inuicem conuenitur apud eundem.*
6 *Regula negatiua ſpetialis præualet generali affirmatiuæ.*
7 *Reconuentio procedit à voluntate, & conſenſu actorum, qui dum pro ſe Iudicem adeunt, debent eum admittere contra ſe.*
8 *Clerici patres, & Superiores laicorum dicuntur.*
9 *Interpretatur text. in l. cum Papinianus C. quomodo, & quando Iudex cum ſimilibus.*
10 *Incidentia, vel connexitas non tollit incapacitatem.*
11 *Iura non ſolum probibent Clericos inuitos trahi apud ſeculares Iudices; verum nec volentes permittunt coram eis reſpondere.*

Confeſsio facta à Clerico reconuento apud ſecularem Iudicem, an valeat?

QVÆSTIO XXVIII.

1 FVerunt nonnulli, qui exiſtimarunt deciſionem text. in cap. at ſi Clerici de iudicijs, in quo habetur clericum apud ſecularem Iudicem crimen cõfeſſum, vel de eo conuictum non eſſe propterea ab Eccleſiaſtico puniendum, non habere locum vbi clericus agens contra laicum apud ſecularem Iudicem, reconuenitur apud eundem, aſſerentes tunc tenere confeſſionem, & conuictionem clerici, ſicut, & ſententiam à ſeculari prolatam, non obſtante clericali priuilegio fori. pro quorum ſententia, & opinione ſequentia vrgent fundamenta.

Primo

Primo facit tex.in l. cum Papinianus,
& in auth. & conſequenter C.quomodo,
& quando iudex c.accuſatores verſ.cuius
in agēdo 3.q.8.c.1.&2.de mutuis petitio
nibus cap. diſpendia verſ.reus quoque de
reſcriptis in 6.l.2.§.ſed & ſi agant.ff. de iu
dic.in quibus iuribus probatur iudicem
quemcumque alias incompetentem, & p
hibitum ex authoritate & prorogatione
legis,fieri ſuum,& competentem in nego
tio reconuentionis, quantumcumque
is, qui alium conuenit, priuilegiū habeat
ne apud eumdem iudicem directe, & par-
ticulariter valeat conueniri, vt in d.§. ſed
& ſi agant. ergo pari ratione idem dicen-
dum videtur in clerico conueniente lai-
cum apud ſecularem iudicem: cum ab il-
la regula exceptus non reperiatur.

Secundo quia ratio illa naturalis, in
qua reconuentio fundatur iuxta d.verſ.cu
ius in agendo cum ſimilibus.non minus lo
cum habet contra clericos, apud iudices
ſeculares agentes, & iuſtitiam illis poſtu-
lantes,quam alios,à quibus in eodem iudi
cio reconueniūtur, ac proinde priuilegiū
fori clericis conceſſum, contra huiuſmo-
di rationem naturalem præualere non de-
bet.

2 Tertio,quia cauſa reconuentionis velu
ti acceſſoria principali conuentioni,repu
tatur vnum, & idem cum illa d. verſ. cu-
ius in agendo ibi *in eodem negotio*, vbi
gl.& DD.notant.Sed cauſæ connexæ, &
acceſſoriæ ad eundem iudicem,ad quem
principales pertinent.cap.quanto de iudi
cijs igitur.

3 Tandem nam iura, quæ prohibent cle-
ricum cōuenire apud ſecularem iudicem,
tantummodo intendunt ne clerici ad illū
trahātur inuiti c.qualiter, & quādo de iu
dicijs ibi *ne trahantur* c.clericum primo
ibi *attrahere* c.continua ibi *protrahatur*
cum c.ſeq.ibi *trahere* 11.q.1.plane vbi cle
ricus apud ſecularem iudicem agens,recō
uenitur ibidem,non trahitur ad illum iu-
dicem: quia iam antea erat apud eundem
ſuper negotio principali agens. Ergo re-
cte poterit apud eundem iudicem fieri re-
conuentio,quam ſententiam licet his non
adductis fundamentis probarunt gloſ. 2.
in d.c.at ſi clerici,& in ſumma 11. q.1.gl.
fin.in c.deniq;96.diſtinct.gl.penult. ad fi-
nem in c.1.de mutuis petit. Bart. & DD.
in d.auth. & conſequenter comm. ſecūdū
Felinum nu.9.Dec.30.Ber.153.Mant.38.
Burgos de Paz.53.& Sahagum 23.in d. c.
at ſi clerici.cū alijs relatis,à Zenedo in col
lectaneis ad decretum c.27.nu.6. Farinac.
1.tom.de inquiſit.quæſt.8.à nu.9.ante 99.
& iure Regio Hiſpano comprobata eſt in
l.57.tit.6.part.1.

4 Bene tamen verum eſt, quod Doctores
fere omnes hanc ſententiam intelligunt
in ciuilibus tantum cauſis,aſſerētes in ſpi-
ritualibus, & in criminalibus criminali-
ter intentatis,locum habere non poſſe ex
c.tuam cum ſimilibus de ordine cognitio-
num c.clerici c.qualiter,& quando.de iu-
dicijs.Si tamen ciuiliter intentētur,exiſti
mat gl. in d. c.at ſi clerici. reconuentioni
locum eſſe. ſed communiter improbatur
à DD.ſupra arg. c. vn. de cler. coniugat.
in 6.

5 Contrariam tamen ſententiam in rigo
re diſputationis veriorē eſſe exiſtimo. vt
neque in ciuilibus cauſis locus ſit reconuē
tioni contra clericos apud ſeculares iudi-
ces.quam ex ſequentibus probo.

Primo ex generali iuris regula, quæ
probibet clericos tam in criminalibus,
quam in in ciuilibus conueniri apud iudi-
ces ſeculares. à qua regula non reperitur
exceptus caſus hic reconuentionis, quæ
verè,& propriè nihil aliud eſt,quam mu-
tua conuentio,per quam aliquis apud iu-
dicem agens,mutuo vel inuicem conueni
tur apud eumdem iuxta tex.ibi de mutuis
petit. igitur reg.ſtandum erit, præſertim
quia eadem ratio quæ in propoſito uiget
circa conuētum directum, & principalē,
reperitur etiam in reconuentione:ſiquidē
ſecularis non minus per iſtam, quam per
illam,iuriſdictionem exercet in clericos,
& negotia eccleſiaſtica,quā uullatenus ba
bet c.2.c.qualiter & quando c. clerici de
judic.c.ñ.de rebus eccleſ.

6 Secundo quia in bac ſpecie concurrūt,
& opponuntur duæ regulæ, altera negati-
ua prohibens clericum cōueniri,& reſpō-
dere apud iudicem ſecularem,in d.c.ſi dili
genti cum ſimil altera affirmatiua admit-
tens reconuentionem,de qua in d.verſ. *cu
ius in agendo* ac ſubinde negatiua, vt po-
te fortior præualere debet arg.l. ſi Ruffi-
nus vbi DD.C.de teſtamento militis. tra
dit Bart.per tex.ibi in l.3.§. liberti ff. de
ſuſpectis tutor.late Tiraq.in l.boues §. hoc
ſermone limitatione 2.de verborum ſigni
ficatione.pręſertim quia prior regula ne-
gatiua,agens de clericis,eſt ſpecialis;poſte
rior uero affirmatiua ſimpliciter & abſo-
lute loquēs,generalis eſt,& per conſequēs

huic

Google

huic, per illam derogatur c. 1. de reſcriptis reg. generi in 6. ꝓbatur in c. 1. de iuracalum. vbi regula ſpecialis, & negatiua, quod clerici iurare non debeant præualet regulæ generali, & affirmatiuæ, quod principales perſonæ in qualibet cauſa iurare debeant de calumnia.

7 Tertio facit, quia reconuentio procedit a uoluntate, & conſenſu actorum, qui dum per ſe iudicem adeunt, debent eum admittere contra ſe d. uerſ. *cuius in agendo*. iuncta regula l. 1. & tit. ff. quod quiſque iuris, & conſequenter reconuentio nõ habet locum, niſi in caſibus in quibus ſolus actor iudicem eligit: quia tunc apud eundem poteſt reconueniri, vt colligitur ex d. verſ. cuius & probat Bart. in d. auth. & conſequenter in fi. receptus communiter ex Curtio in l. & eſt receptum n. 11. ff. de iuriſdictione plane voluntas & conſenſus clerici reſpectu iudicis ſecularis non prodeſt, imò nec cum licentia epiſcopi iudicẽ ſecularem eligere, aut eidem ſe ſubijcere poteſt d. c. ſignificaſti.

8 Quarto quia rationes, quibus ad rationem decid. c. 2. de iudic. defendunt omnes exemptionem clericorum à laicorum poteſtate etiam quo ad cauſas temporales, & profanas, a lege diuina, & naturali originem habere: quia videlicet patres, & ſuperiores eorum dicuntur c. deniq; 96. diſtinctione militant in reconuentione; cum per illam clerici laicorum poteſtati ſubijciantur veluti inferiores & rei, & tanquam tales poſſint ab eiſdem condemnari. ergo nec in hoc caſu lege Pontificia contrariũ fuit ſtatutum nec conſtitui potuit arg. c. ſunt quidam 25. q. 1. c. fi. de conſuetudine quam ſententiam probarunt antiquiores in d. c. 2. & in d. c. 1. de mut. petit. Domin. in c. multi 2. q. 1. quos ſequuntur Abb. nu. 22. Barbatia 86. Mant. 38. Burgos. 54. in d. c. 2. Marianus in d. c. 1. nu. 27.

9 Qua retenta ſententia, non obſtant prioris ſententiæ argumenta. non primum ex generalitate d. l. cum Papinianus cũ ſimilibus. Illa enim iura intelligenda ſunt in iudicibus, quorum iuriſdictio à partibus prorogari poteſt, vel qui non ſunt omnino prohibiti & incapaces, iuxta tex. in c. 2. ſupra arg. l. non eſt nouum l. ſed & poſteriores ff. de legibus.

Nec obſtat ſecundum. quia ratio illa & ęquitas naturalis, in qua ius reconuentionis fundatur, deſcendens ex ęquitate tit. *quòd quiſque iuris* tantum locum habet in eo, qui conueniendo laicum coram ſeculari iudice poteſt ſi velit, eidem iudici ſe ſubmittere. quod in clerico non procedit ex deciſ. tex. in d. c. ſi diligenti, cuius verba ſunt. *Si diligenti, & infra aſſeruiſtis vſq; ad hæc tempora tenuiſſe, quod licitum ſit clerico renunciare ſaltem in temporalibus cauſis iuri ſuo, et ſibi laicum iudicem conſtituere; præſertim, vbi aduerſarij voluntas acceſſit, ac tenere iuramentum ſuper hoc interpoſitum reſpõdiſti. Immemor conſtitutionis, qua cauetur pacto priuatorum iuri publico minime derogari, cum igitur hoc ius in Mileuitanenſi, & Cartaginenſi conſilijs ſit ſpecialiter promulgatum ne clerici clericos relicto ſuo Pontifice, ad iudicia publica pertrahant alioquin cauſam perdant, & à communione habeantur extranei, & tam Epiſcopi quam Diaconi ſeù quilibet clerici in criminali ſeù ciuili negotio, ſi derelicto Eccleſiaſtico iudicio, publicis iudicijs ſe purgare voluerint, etiam ſi pro eis ſit lata ſententia, locum ſuum amittant, & hoc in criminali actione, in ciuili vero perdant, quod euicerint, ſi locum ſuum maluerint obtinere; manifeſte patet quod non ſolum inuiti, ſed etiam voluntarij paciſci non poſſunt, vt ſecularia iudicia ſubeant: cum non ſit beneficium hoc perſonale cui renunciari valeat, ſed potius toti collegio eccleſiaſtico publice ſit indultum, cui priuatorũ pacto derogari non poteſt: nec iuramentum licite ſeruari potuit, quod contra canonica ſtatuta illicitis pactionibus informatur.* ac proinde dici non poteſt, quod dedignatur eum iudicem habere, cum & ſi maxime dignaretur, & optaret, conſequi non poſſet propter iuris prohibitionem.

10 Nec obſtat tertium ex regula d. c. quanto ſupra quia procedit data iudicis capacitate. incidentia enim vel connexitas nõ tollit incapacitatem arg. c. tuam de ordine cognitionum. præterea argumentum procederet in cauſis ita connexis, ꝙ ſine illis principalis ſubſtineri, vel diffiniri nõ poſſit iuxta notata in d. c. quanto, quod non procedit in reconuentione, quæ ſeparata eſt à principali, & prima conuentione argumento c. cum inter infra de except. vbi excommunicatus tenetur reſpõdere principali conuentioni, conuenire tamen non poteſt.

11 Minus obſtat vltimum, quia iura non ſolum prohibent clericos inuitos trahi,

apud

Digitized by Google

apud ſeculares, Iudices verum nec volentes permittunt coram eisdem reſpondere d.c.ſi diligenti ex rationibus explicatis in d c.2. Verum quia hęc quæſtio apud DD. noſtros, ita controuerſa eſt. vt Barbatia, & Decius exiſtiment neceſſariam eſſe Pōtificis declarationem, merito Abb. in d. c. 2. nu. 24. poſt Ioannem Andream docuit ſtandum eſſe conſuetudini, quæ optima eſt iuris interpres c. cū dilectus de conſuetudine l. ſi de interpretatione ff. de legib⁹ vnde cum Hiſpaniæ propter authoritatē l. partitę recepta fuerit affirmatiua ſententia, vt ibi atteſtātur Gregorius, & Humada non erit ab ea in iudicando, & conſulē do recedendum.

SVMMARIVM.

1 *Compenſatio mutua petitio dicitur, & mutua petitio reconuentio eſt.*
2 *Excommunicatus petere nō poteſt, ſicut nec agere.*
3 *Excommunicatus per exceptionem repellitur.*
4 *Compenſatio ſolutio eſt.*
5 *Compenſatio ab homine oppoſita ipſo iure ſit, & excommunicatis omnis defenſio permittitur in iudicio.*
6 *Sepe compenſando, conſequitur quis, quod non conſequeretur agendo.*
7 *Vera reſolutio huius q̄ſtionis traditur.*

Excommunicatus an poſsit ad conpenſandum in iudicio admitti.

QVAESTIO XXIX.

1 PROXIMA eſt præcedentis quæſtionis reſolutioni præſens dubitatio, an ſcilicet excommunicatus admittatur ad conpenſandum in iudicio ſuppoſito quod excommunicatus licet agere non poſſit, ut in cap. intelleximus de iudicijs, poteſt tamē conueniri, excipere, appellare & ſe defendere, ſed ſicut non poteſt agere, ita nec reconuenire c. cum inter de except. cap. dilecti c. dilectæ cap. fin eod. tit. c. ſi vere de ſentent. excommun. c. excommunicamus §. credentes verſ. nullus de hereticis cum alijs ſimil. nam reconuentio propriè defenſio non eſt, ſed ſecunda cōuentio à priori ſeparata, quę mutua petitio dicitur, vt per totum tit. de mutuis petitionibus, & ideo nimirum ſi excommunicatis prohibeatur neq; obſtat reconuentionem iure naturali fundari: Id enim intelligendum eſt ad effectum, vt coram eodem iudice fieri debeat, ex reſolutis in pręcedenti quęſtione, non tamen ad hoc, vt reconuentio concedatur excommunicato, cum vt ſupra diximus ſit ſecunda conuentio, quæ illi prohibita eſt in d.c. intelleximus cum ſimil. ſup. citatis.

Vnde infertur excommunicatum compenſare non poſſe. Primo quia compenſatio mutua petitio dicitur l. nec ſcriptura C. de compenſat. mutua vero petitio recōuentio eſt c. 1. & 2. de mut. petit. at excommunicatus reconuenire non poteſt iuxta tex. in c. cum inter in fine, & quæ diximus ſupra ergo.

2 Secundo, quia qui compenſat, petit leg. amplius non peti 15. ff. rem ratam haberi vbi qui per ſtipulationem promiſit ſe amplius non petiturum, ſi compenſet, contra ſtipulationem facere videtur: excommunicatus autem petere non poteſt d.c. intelleximus ergo. Tertio probatur ex l. 3. ff. de compenſat. vbi fuit neceſſaria compenſatio: quia noſtra intereſt potius non ſoluere, quam ſolutum repetere, quæ ratio in excommunicato ceſſat, qui ſolutum petere non poteſt d. cap. intelleximus.

3 Vltimo probatur ex l. quicumq; 14. ff. de compenſ. vbi quæcumq; per exceptionem repelli poſſunt non veniunt incompenſationem. Sed excommunicatus per exceptionem repelli poteſt c. 2. de except. ergo compenſare non poteſt quam ſententiam probat gl. penult. in fi. in cap. cum inter de excep. & in d. ſumma 4. q. 1. ſequūtur Innoc. in fin. & Bal. num. 5. & alij antiquiores relati ab Abb. qui dicit communē num. 23. Fel. 24. Alex. de Neuo 52. Pariſ. 40. in d. c. cum inter Marianus in c. ſacris nu. 380. de ſententia excommunicationis, plures refert additio ad Cappellā tholoſanam deciſ. 1. P. Surdus conſil. 246. nu. 23. col. 2. magis communis ex Azeu. in l. 1. tit. 21. lib. 4. compilat. nu. 132. contraria tamē

4 ſententia probatur, primo quia compenſatio ſolutio eſt l. ſi debitor 4. ff. qui potiores in pignore habeantur l. 4. ibi *pro ſoluto* C. de compenſ. excommunicatis autem non negatur facultas ſoluendi, debitumq; ab eiſdem petitur c. ſi vere 34. infra de ſententia excommunicationis. notant DD.

in

in c. veritatis de dolo & cõtumacia ergo.

5 Secundo quia compenſatio ab homine appoſita ipſo iure fit d.l. 4. l. verum cum ſequentibus ff. eod. tit. & ideo eam opponens licet in conſequentiam petat, principaliter tamen, & directe excipit, & ſe defendit l. ſi ex venditione 7. ibi *opponitur*, & ibi *obijcere* cum l. ſeq. & alijs C. de compenſat. excõmmunicatis autem, & exceptio, & omnis defenſio permittitur in iudicio. ex tex. in c. cũ inter de excep. & d.c. ſignificauerunt. ergo.

6 Tertio quia ſepe cõpenſando, quis conſequitur, quod nõ conſequeretur agendo l. ſi cũ filio 9. ff. de cõpẽſ. l. ſi filio 54 ff. ſol. matrim. quã ſentẽtiã ꝓbãt antiquiores quos referunt, & ſequũtur Abb. n. 23. Dec. 25. in d.c. cum inter Bart. & Alex. in l. libertus ſupra ff. de inius vocando Perez in l. 1. tit. 8. lib. 3. ordinam. in gloſ. 1. Medicis tractatu de compenſat. 2. p. q. 3. à nu. 7. dicit communem & ab ea non recedendum, quia communiter practicatur, Caballos tractatu communium repug. quæſt. 67.

7 In qua controuerſia duo Caſus diſtinguendi ſunt. Primus eſt quando compenſatio opponitur, & actor non negat debitum, & compenſationi cõſentit: tũc enim etiam excommunicatus eã opponere poteſt arg. l. fi. C. de cõpenſat. & c. bona fides de depoſito. ſufficit, enim qualitercumque ſatisfacere creditori l. ſi rem 9. §. omnis ff. de pignora tit. act.

Secundus caſus eſt quando actor negat debitum, & compenſationi repugnat: tũc enim licet debitum dicatur liquidum, quia probari poteſt intra duos menſes leg. aufertur 46. §. qui compenſationem ff. de iure fiſci gloſ. final. & DD. in d.c. bona fides excludi debet excommunicatus ex rationibus pro prima opinione adductis, ita poſt Hoſtienſem notat Henricus in d.c. cum inter in principio, & sẽtire videtur Vgol. tractatu de cenſuris tit. de excommunicatione maiori tab. 2. c. 16. §. 6. n. 2. qui contra Decium, & alios recte probat fideiuſſorem excommunicati compenſare poſſe.

S V M M A R I V M.

1 *Laici lege diuina ſunt incapaces iuriſdictionis eccleſiaſtica.*

2 *Spiritualis poteſtas à Chriſto Domino fuit Diuo Petro, & ſucceſſoribus conceſſa, & ab eis in cæteros Prælatos eccleſiaſticos deriuata.*

3 *Quæſtio natalium apud eccleſiaſticum tractari debet.*

4 *De cauſa hæreſis tanquam eccleſiaſtica iudex ſæcularis cognoſcere probibetur*

5 *Ponderatur tex. in cap. ſi iudex laicus. de ſenten. excom. lib. 6.*

6 *Iudex qui de aliqua cauſa cognoſcere nõ poteſt principaliter, poterit de ea incidenter cognoſcere.*

7 *Iudex Eccleſiaſticus, qui principaliter cognoſcere nõ poteſt de cauſa tẽporali & profana poterit incidenter de ea cognoſcere.*

8 *Iudex ſecularis poteſt incidenter de matrimonio cognoſcere.*

9 *Interꝑtatur tex. in l. quoties. C. de iudicijs & quæ ſit differentia inter iudices incapaces, & iudices incõpetentes [illegible]citur.*

10 *Dotis cauſa mere profana eſt, & ideo coram ſeculari tractanda.*

11 *Interpretatur tex. in c. cauſam quæ qui filij ſint legitimi.*

12 *Elegans interpretatio ad tex. in c. tuam de ordine cognitionum aſſignatur.*

13 *Iudex ſecularis poteſt cognoſcere de cauſis eccleſiaſticis incidẽter, circa factũ, vel non factum illarum.*

14 *Iudex ſecularis poteſt de facto ſententiæ hæreſis cognoſcere, veluti ſi petenti dignitatem aliquã, opponatur tamquã hæreticum fuiſſe damnatum.*

15 *interpretatur aliter tex. in c. ſi iudex laicus de ſent. excom. in 6.*

16 *Ius & factum ſeparari poſſunt, & quomodo?*

17 *Iudex ſecularis pronũciare poteſt ſuper facto matrimonij clandeſtini; nam ſuper iure ius ipſum pronunciat.*

18 *Iudex ſecularis poteſt regulariter de cauſis eccleſiaſticis incidenter cognoſcere, quia nõ ſuper iure ſed ſuper facto pronunciat.*

Laici an ſint prohibiti de eccleſiaſticis negotijs cognoſcere incidenter?

QVÆSTIO XXX.

1 LAICI lege diuina incapaces sũt iuriſdictionis eccleſiaſticæ, vt colligitur ex tex. in c. cum ad verũ c. bene quidẽ c. ſi Imperator 96. diſt. c. ita Dominus 19. diſt. & probãt Victo-

ctoria in relectione de poteſtate ciuili Couar. pract.q.c.31.n.2.Bellar.1. to.lib.1.de Rom.Pontific.c.7. vltra ordinarios interꝑtes in c.2.de iudicijs cũ alijs plurimis relatis à Cenedo in collectaneis ad decretũ c.37.& 57.

2 Vnde non inepte dubitare poſſumus an ſint prohibiti de cauſis eccleſiaſticis cognoſcere incidenter. huius quæſtionis affirmatiua ex ſequentibus probari videtur. Primo ex tex.in d.c.2.de iudicijs ibi *tractare*,quo verbo vterq; tractatus tam principalis, quam incidens comprehenditur.

Secundo nã poteſtas ſpiritualis à Chriſto Domino fuit Diuo Petro,& ſucceſſoribꝰ cõceſſa,& ab eis in cęteros ꝑlatos eccleſiaſticos deriuáta Matth.16.c.ibi *tues Petrus, & ſup hãc petrã ędificabo eccleſiã meã*.& Ioãnis vltimo ibi *paſce oues meas* c.ita Dominꝰ 19.diſt.c.ꝙcunq;c. rogamus c.loquitur 24.q.1.c.in nouo 21.diſt.c.ſolitę de maioritate & obed. quæ poteſtas à Diuo Petro,tanquam à capite in cæteros inferiores Prælatos, veluti mẽbra deriuata eſt d.c.ita Dominus, ergo & eadẽ cẽſentur excluſi laici arg. l.cũ ꝑtor ff. de iudic.

3 Tertio facit tex. iuxta verũ, & cõmunẽ intellectũ in c.tuã de ordine cognitionũ, dũ ꝓbat q̃ſtionem nataliũ ideſt legitimitatis,an.ſ.Regina ſuſcepta ſit ex legitimo matrimonio incidẽtem in cauſa hæreditatis,quę apud ſecularẽ iudicẽ principaliter agebatur,fuiſſe delatã ad eccleſiaſticũ, nec diffiniri potuiſſe per ſecularẽ,vt ibi notãt gl.ſi.& DD.ergo euidenter conſtat ſecularem de cauſis eccleſiaſticis,nec principaliter,nec incidenter cognoſcere poſse.

4 Quarto facit tex.in c.vt inquiſitionis §. ꝓhibemus de hæreticis lib. 6. cuiꝰ verba ſunt *prohibemus quoque diſtrictius poteſtatibꝰ,dominis tẽporalibus,& rectoribꝰ eorũdẽq; officialibꝰ ſupradictis, ne ipſi de hoc crimine(cũ mere ſit eccleſiaſticũ) quo quomodo cognoſcãt, vel iudicẽt*. q̃ verba ꝑcipuè illa *quoquomodo* excludũt omnino cognitionẽ illius cauſę eccleſiaſticę principaliter.& incidenter de iure,& de facto.

5 Quinto facit tex.in c.ſi iudex laicus de ſẽtẽtijs excom lib.6.vbi dubitabatur an q̃s clericus eſſet,& ſic ſolũ dubitabatur de facto,& tamẽ ſecularẽ cognoſcere nõ poſſe dicitur.quã ſentẽtiã tenẽt gl.ſi. & DD. in d.c.tuã & gl.4.in d.c.ſi iudex laicus Dec. in c.2.de iudicijs n.24.Cou.qui.plures refert in 4.2.p.c.8.§.3.n.4.& §.12. nu.3.Menoch.de recuperanda remed. 15.nu. 338. Gratian.reg.252.

6 Cõtraria tamẽ ſentẽtia,nẽpe ſaltim incidẽter poſſe iudices laicos cognoſcere de cauſis eccleſiaſticis ex ſequẽtibꝰ ꝓbari videtur.Primo ex tex in l.quoties C. de iudicijs,cuiꝰ verba ſunt *quoties q̃ſtio ſtatꝰ honorũ diſceptatione cõcurrit,nihil prohibet,quo magis apud eũ quoq; q alioquin ſuper cauſa ſtatus cognoſcere nõ poſſit,diſceptatio terminetur*.l.1.C.de ordine cognitionũ ibi *iuxta ius ordinariũ pręſidẽ pete,qui cognita prius liberali cauſa ex euentu iudicij,quid de crimine ſtatuere debeat? nõ dubitabit* c.pen.de reſt. in int. in quibus iuribus iudex qui de cauſa cognoſcere nequit principaliter ſi incidenter occurrat,de ea cognoſcere poteſt.

7 Secũdo facit nã iudex eccleſiaſticꝰ,q principaliter cognoſcere nõ poteſt de cauſa tẽporali ſeù profana c.cauſã q̃ 2. q filijs inlegitimi c.nouit verſ. nõ enim de iudicijs poteſt nihil hominꝰ eãdẽ decidere,ſi incidat in eccleſiaſticã,q̃ apud illũ principaliter agitur c.de prudẽtia de donationibꝰ inter virũ & vxorẽ,& ibi notat gl.2.Tiraq. in tract.res inter alios acta pag.7. Molina lib.2.de Hiſpanorũ primogenijs c. 15. nu. 76.ergo ſimiliter è cõuerſo poterit ſecularis cognoſcere de cauſa eccleſiaſtica incidẽte in tẽporalẽ,q̃ apud illũ principeliter agitur arg.text.in l.finali §. 1. ff. de legat. tert. iũcto c.cũ ad verũ 96. diſt.c. nouit in principio,& in verſ. *nõ putet* de iudicijs.

8 Tertio nã iudex ſecularis poteſt incidenter de cauſa matrimonij cognoſcere l.1.§. ſi ea ff.de vẽtre in poſſeſſionẽ mitt.vbi cũ principaliter petijſſet mulier ſe vẽtris nomine in poſſeſſionẽ mitti,dũ tamẽ incidẽter fuiſſet oppoſitũ non eſſe vxorẽ, vel ex marito pręgnantẽ,de ea re ſummatim cognoſcit. ergo laicus poteſt ſaltim incidenter,de cauſis eccleſiaſticis cognoſcere.

9 Vltimo nã ſi ſecularis de cauſis eccleſiaſticis incidẽtibꝰ non poſſet tractare,quaſi omnes lites ad forũ eccleſiaſticũ deducerẽtur,& fere tota iuriſdictio ſecularis abſolueretur,& plurima corrigerentur iura quod quidẽ abſurdũ eſſet dicere, vt recte perpendit Anchar.in reg. ea quæ col. 15. de reg.iur.in 6.Afflict.in cõſt. huius Regni rub.48.lib.3.n.7.& 8.Bald.in c.tuã de ordin.cognit. vbi ait ꝙ ſi ita eſſet iuriſdictio ſecularis eſset zifra, & chimera. Ergo ad vitandum tot abſurda, neceſsario dicendum eſt iudicem laicum de cauſis eccleſiaſticis incidentibꝰ licite cognoſcere poſse.

In qua opinionum contrarietate canoniſtæ,& eccleſiaſtici, priorem ſententiam nempe nec principaliter,nec incidenter, poſse iudicem laicũ de cauſis eccleſiaſticis cogno-

cognoſcere,defendunt. Econtra verò,ſæculares exiſtimant poſteriorém ſententiam, nempè, de cauſis eccleſiaſticis incidentibus cognoſcere poſſe, affirmant. Et Canoniſtæ ad fundamenta pro ſeculariũ iuriſdictione prædicta reſpondent, & primo ad tex in d.l.quoties,cum ſimil.diſtinguendum eſſe inter iudices incapaces, & iudices incompetentes,vt in prioribus procedat reg.tex.in cap.2. de iudicijs,& prior opinio huius quæſtionis. In poſterioribus autem procedat in d.l.quoties cũ ſimilibus; in quibus omnibus agitur de iudicibus incompetentibus,ad cognoſcẽdum de cauſa ſtatus, & alijs, quarum cognitio licet non illis, ſed alijs maioribus iudicibus iure deferatur,ac ſubinde minores illi de illis cognoſcere nequeant, vt pronuntient. d. l. quoties,cum ſimilibus; nihilominus tamen non ſunt incapaces, ac propterea nimirum ſi iudices laici,in quibus incapacitas, & omnimoda prohibitio ineſt,non poſſent nec principaliter, nec incidenter cognoſcere,iuxta tex.in d. cap.tuam cum ſimilibus ſupra pro prima opinione adductis. Contra verò ratione incompetentiæ,poſſent cognoſcere incidenter de cauſis,quarum cognitio indirectè fuerit prohibita: nam licet iudex quęſtionem incidentem examinet, non pronuntiat diffinitiue,& principaliter ſuper ea,vt in d.l. 1. C.de ordine cognitionum, iuncta l. 1. C. de ordine iuditiorum, ibi. *Pertinet enim ad officium iudicis,qui de hæreditate cognoſcit,vniuerſam incidẽtem quæſtionem,quæ in iudicium deuocatur,examinare, quoniam nõ de ea, ſed de hæreditate pronuntiat.*

10 Secundo ad tex. in d. c. de prudentia reſpondent, exiſtimantes nonnulli dotis cauſam ratione matrimonij, æquo pendet,ad forum eccleſiaſticum pertinere ex reg.acceſſorium in 6.l.cum principalis.ff. de reg.iur. alij vero exiſtimant eſſe mixti fori, ita vt in ea locum habeat præuentio inter eccleſiaſticum, & ſecularem, & ita intelligenda eſſe plurima iura, videlicet text.in cap.1.& 2.cap.nuper.cap.per veſtras.de donationib.inter c.ex literis, de pignorib.c.ex parte. de for. compet. cap. peruenit,de emption.& vendition.obſeruant Innoc. in d. c. de prudentia,& communis ex Decio nu.5.in auth.quod locũ. C.de collation.ſed neutra defendi poteſt: quia ſi de dote principaliter agatur, non coram eccleſiaſtico, ſed coram ſeculari agendum eſt,quia cauſa eſt merè profana, & non mixta.l.in contract.§ fi. C.de non numerata pecunia. d.c. de prudentia, per argumentum à contrario ſenſu. Quare alij reſpõdent iudices delegatos pronuntiare debuiſſe: de cauſa temporali dotis in d.c.de prudentia, quia incidens, & acceſſoria erat ad cauſam principalem matrimonij,quæ illis erat commiſſa, quia eccleſiaſtici erant ex glo.penult. communiter recepta ibi, quia licet erant incompetentes,non tamen incapaces, prout ſũt iudices ſeculares.ex ſupra proxime dictis num.9.

11 Tertio ad tex.in c.cauſam,quæ in quo iudex eccleſiaſticus,qui cognoſcit de cauſa natalium,non ſe intromittit in cauſa profana incidenti reſtitutionis bonorum, variæ ſolent aſſignari interpretationes; verior tamen,& receptior eſt in eo text. cauſam ſpolij,ſeu reſtitutionis bonorum, non incidenter, ſed æquè principaliter fuiſſe intentatam,iuxta glo.fin.receptam in cap.1.eod.tit.& colligitur ex eo,quod ante principalis cauſæ ingreſſum, iubet Pontifex reſtitutionem fieri ſpoliato ex vulgari regul.cap.fin.de reſtit.ſpolia.cum ſimil.quia ex reſtitutione illa nullum periculum imminet,cum eius damnum in cauſa principali reſarciri poſſit; ex l. & an eadem.§.fi.ff.de excep. rei iudic.

12 Econtra vero,qui iuriſdictionem ſecularem tuentur,& defendunt, iudicem ſecularem poſſe de cauſis eccleſiaſticis incidentibus cognoſcere,reſpondent ad tex. in c.tuam,de ordin.cognit. cauſam illegitimitatis prius fuiſſe principaliter coram eccleſiaſtico ceptam, antequam coram ſeculari ea quæſtio incideret, nempè ſucceſſionis Comitatus Campaneæ; & ita nimirum ſi à Pontifice fuerit inhibitum de cauſa ſucceſſionis cognoſcere, donec illegitimitatis cauſa coram eccleſiaſtico iam cepta terminaretur: ne diuerſis proceſſibus negotium intricaretur, pro qua interpretatione ponderant verba tex.ibi *delatam*,& ibi *incipere*,& ibi *dependentem ex illa ſucceſſionis cauſam*. Nam cum Regina Cipri eſſet hæres legitima illius Comitatus Campaneæ, & diffamabatur non eſſe ex legitimo matrimonio natam, potuit ipſa intentare, & proponere iudicium ſuper legitimitate ſua, vtẽs remedio legis diffamari,Cod.de ingenuis manumiſſis, & ita interpretatur Ripa in l.4.§.condemnatum,nu.29.ff.de re iudic.

Secun-

13 Secundò ad tex. in c. lator, qui filij ſint legitimi, reſpondent verba illius tex. non eſſe diſpoſitiua denotantia iuris neceſſitatem, ſed eſſe narratiua, quæ non inducũt iuris diſpoſitionem.

Tertiò ad tex. in c. cauſã 7. qui filij ſint legitimi, reſpondent cauſam illegitimitatis principaliter deductam fuiſſe coram eccleſiaſtico, moti verbis illius textus, ibi *ante principalis cauſa ingreſſum*, & ita interpretatur Abb. communiter receptus, num. 5.

Aliter etiam reſpondent ad tex. in d. c. tuam, cum ſimilib. nempè, quod cum iura illa cõcernant ordinem iudicialem, & modum procedendi, ſolum debent ſeruari in foro eccleſiaſtico, & in terris eccleſiæ ſubiectis; non autem in foro ſeculari, nec in terris Imperij, in quibus ſeruari debet ius ciuile, vt notat gloſ. verbo lex ciuilis in c. 2. de arbitris lib. 6. quam ſequuntur plures, quos refert, & communem dicit Felin. in c. Eccleſia S. Mariæ, nu. 43. & 55. de conſtitutionib. latè poſt alios Mench. de ſucceſſ. creat. §. 10. num. 64 & Bal. in l. & ſi contra, nu. 4. C. de nuptijs.

In qua controuerſa quæſtione, pro vtriuſq; opinionis cõcordia, exiſtimo reſoluendum eſſe, ſecularem poſſe cognoſcere de cauſis eccleſiaſticis, quæ pendent ex facto, & non facto; non autem de iure illarum, de quo, ratione incapacitatis, laici cognoſcere non poſſunt, ex ſupra reſolutis: pro qua veriſſima reſolutione facit tex. in d. cap. tuam, cum ſimil. in quibus, quia exceptio illegitimitatis pẽdebat ex iure matrimonij, nam opponebatur matrimonium, licet de facto contractum, de iure tamen non valuiſſe, merito ſecularem de illo incidenti cognoſcere nõ poſſe dicitur. Vnde ſi ſolum ageretur de quæſtione facti, videlicet an matrimoniũ fuiſſet contractum, nec ne? rectè potuiſſet Iudex laicus de eo incidenti cognoſcere ex ſupradictis; quia non agebatur, vtrum illud legitimè celebratum fuerit, nec ne? Sed vtrum celebratum fuerit tantum? vt docet Cinus in l. Aretuſa. num. 6. ff. de ſtatu hominum, Bal. conſ. 175. lib. 3.

Vnde primo intelliges tex. in c. 2. cum ſimil. de iudicijs, quia ea iura ita debent intelligi, vt generaliter iudices ſeculares non poſſint cognoſcere de iure cauſarum eccleſiaſticarum, poſſe tamen de facto illarum cognoſcere.

14 Secundo intelliges tex. in d. c. vt inquiſitionis. §. prohibemus, ibi, *quoquo modo*, quem variè interpretantur relati à Barboſa in l. Titia. ff. ſoluto matrim. nu. 38. Sed mihi magis placet explicatio glo. ibi, verbo, *quoquo modo*, ſcilicet, vt iudex ſecularis non poſſit cognoſcere de cauſa hæreſis quoquomodo principaliter, nec incidẽter, ad hoc, vt laicus hæreticum poſſit punire, vt dixit Decian. in pract. crim. lib. 4. c. 9. nu. 152. & nos infra dicemus p. 3. q. 13. nu. 5. de facto tamen ſententię hæreſis poterit ſecularis cognoſcere, veluti ſi petenti honorem, aut dignitatem, opponatur eum, vel parentes illius de hæreſi fuiſſe dãnatos, iudex ſecularis ad repellendum eum ab honore, & dignitate, poterit de illo facto ſententiæ cognoſcere, vt ex multis probat Azeued. in l. 3. num. 60. tit. 3. lib. 8. recopilat. non diſcutiendo de validitate, vel iuſtitia ſententiæ; ſed ſolum an de facto, & realiter talis ſententia ab eccleſiaſtico lata fuerit.

15 Secundò intelliges tex. in cap. ſi iudex laicus, de ſenten. excommun. lib. 6. quem variè interpretantur relati à Barboſa ſupra nu. 26. placet tamen ea interpretatio, vt in ſpecie illius tex. Ideo ſecularis non poſſit cognoſcere de facto clericatus, quia quæſtio facti ſeparari non poteſt à quæſtione iuris, ſiquidem ad hoc, vt quis remittatur ad iudicem eccleſiaſticum nõ ſufficit ſola quaſi poſſeſſio clericatus, ſed requiritur, quod probetur veritas, & validitas tituli, vt probat Couarru. practic. quæſt. c. 33. nu. 3. & cum hoc caſu mixtim interueniant quæſtio facti, & iuris, vtrunque ad eccleſiaſticũ remittitur, vt late explicat Barboſa ſupra. Sed ſi ſolum de facto, nempè, an fuerit ordinatus, an in habitu clericali incedat, & alijs in facto conſiſtentibus dubitetur, iudex ſecularis ſecundum aliquos poterit de eo incidenti cognoſcere, licet contrarium eccleſiaſtici velint, & docet Couarru. loco citato.

16 Tertio intelliges tex. in l. ſi ex plagis. §. in cliuo capitolino. ff. ad leg. Aquil. ex quo communiter deducitur factum eſſe inſeparabile à iure; nam verius eſt factum à iure ſeparari poſſe, vt ad plurium iuriũ interpretationem notat Duarenus lib. 1. diſputationum c. 41. & verificatur in exemplo d. c. tuam, in quo quęſtio facti, an ſcilicet matrimonium fuerit contractum? ſeparatur à quæſtione iuris, an ma-

trimonium valuerit? & in alijs ſupra adductis iuribus.

17 Neque obſtat quod ſi ſecularis pronunciat ſuper facto matrimonij clandeſtini, videtur etiam pronunciare ſuper illegitimitate, & ſic ſuper valore matrimonij iuxta tex. in c. 1. de ordine cognitionum; ꝙ tamen prohibitum eſt nam reſpondeo, quod quando ius diſponit aliquid ſuper facto, tunc iudex quæſtionem facti determinat, nā quæſtionem iuris iā lex ipſa determinauerat l. 1. verſ. nam quidem ff. ad Turpillianum l. ordine ff. ad municipales ſic in noſtro propoſito ſecularis ſolum determinat quæſtionem facti, an ſcilicet matrimonium contractum ſit clādeſtinè? nam quæſtionem iuris ipſum ius determinat, diſponendo prolem ex clandeſtino ſuſceptam, non eſſe legitimam, vt in cap. cum inhibitio cum ſuis §§. de clandeſtina deſponſatione Trid ſeſſ. 24. capitul. 1. de reformatione matrimonij.

18 Vltimo denique ita intelligetis iura omnia a nobis ſupra adducta in confirmationem vtriuſque opinionis, ex quibus ſi recte perpendantur, facile deducetis iudicem ſecularem non poſſe de cauſis eccleſiaſticis etiam incidentibus cognoſcere circa illarum ius, poſſe tamen de facto illarum recte cognoſcere, & hæc eſt huius queſtionis vera reſolutio, & opinionum concilratio.

Finis primæ Partis.

Digitized by Google

DIVERSARVM QVAESTIONVM IVRIS,

PARS SECVNDA:

QVAESTIONVM CIVILIVM,

Liber ſingularis:

AVTHORE
HIERONYMO FERNANDEZ DE OTERO
Hiſpano I.V.D.&c.

SVMMARIVM:

1 *ADiectio fundi in cenſu, an ſit loco hypotheca, vel ſeruitutis, aut alterius iuris realis?*
2 *Dictio* ſuper *denotat hypothecam.*
3 *Supponere idem eſt quod hypothecare.*
4 *Iuſtificatio contractus cenſus pendet ex eo, quod ſit contractus emptionis, & venditionis.*
5 *Omne ius reale, aut eſt ius ſeruitutis, aut dominij, vel quaſi, aut hypotecæ.*
6 *Hypoteca ſua natura acceſſoria eſt alteri obligationi.*
7 *Super perſonali obligatione tantum, cenſus conſtitui non poteſt.*
8 *Poſſeſſor rei cenſui ſuppoſitæ, directo conuenitur ante excuſsum principalem.*
9 *Quamuis dicamus in cenſibus fundum hypotecæ loco conſignari intelligere oportet hanc hypothecam non eſſe acceſſoriam, ſed irregularem per ſe ſubſiſtentem, quæ principaliter, & directo contrahitur abſque alia obligatione perſonali.*
10 *Obligatio perſonalis reſultans ex contractu cenſus, acceſſoria cenſetur, & appoſita, vt citius emptor conſequatur redditus per capturam perſonæ.*
11 *Ius reale non ſolum reducitur ad ſpecies de quibus ſupra num. 5. ſed etiam ad alias.*
12 *Dictio*, & *inter diuerſa conſtituitur.*
13 *Opiniones ſibi inuicem contrariæ ad concordiam rediguntur.*
14 Contra *tertium poſſeſſorem rei cenſui ſuppoſitæ, agi poteſt directo pro redditibus decurſis, antequam exequatur principalis debitor.*
15 *An contra tertium poſſeſſorem via exequutiua, ſicut contra principalem debitorem, vel ordinaria, agendum ſit?*
16 *Tertius poſſeſſor non ſolum compelli poteſt ad redditus ſolutionem; ſed etiam ad recognoſcendum cenſum.*
17 *Recognitio cenſus, quos produeat effectus?*
18 *De iure Regio Hiſpano omnia inſtrumenta*

mixta habent paratam exequutionem, licet deficiat clauſula guarentigia.

19 *Creditor cenſus conſtituti ſuper tribus prædijs, ſi ad tres ſingulares ſucceſſores deuenerint, contra vnumquemque poteſt pro redditibus decurſis inſolidum agere.*

20 *Si res cenſui ſuppoſita, fuerit alicui legata, ad ipſum ſpectabit ſolutio redditruum; non vero ad hæredem.*

Adiectio fundi in cenſu, an ſit loco hypotecæ, vel ſeruitutis, aut alterius iuris realis?

QVÆSTIO I.

1 ANCEPS, & vtiliſſima quæſtio eſt, tàm in ſcholis legentibus, quàm in foro verſantibus, an adiectio fundi in cenſu ſit loco hypotecæ, vel ſeruitutis, aut alterius iuris realis? & loco hypotecæ tantum eſſe defendunt Conrad de contract. quæſt. 74. & 75. Couar. lib. 3. var. c. 7. nu. 5. & 6. Ottom. in tract. de vſuris lib. 2. c. 4. & relati à Felic. lib. 3. de cenſibus c. 4. nu. 1. & 2. tomo lib. 1. cap. 1. nu. 5. quorum ſententia ſuadetur ex ſequentibus.

2 Primo ex text. in extrauag. 1. & 2. de empt. & vendit. inter communes, ſi expendimus dictionem *ſuper* quæ hypothecam denotat l. codicillis 91. §. 2. ff. de legat. 2. ex quo idem notant DD. relati à Valaſco de iure emph. quæſt. 31. nu. 13.

3 Secundo facit pro illorum ſententia Motus proprius Pij Quinti ſuper forma creandi cenſus, ibi *rem cenſui ſuppoſitam*, quæ verba denotant hypotecam: cum *ſupponere* idem ſit quod *hypotecare* in ſpetie, de qua loquimur, vt tradunt Briſ. Berru. & alij de verbis iuris verbo hypotheca.

4 Tertio, nam iuſtificatio contractus cenſus pendet ex eo, quod ſit contractus emptionis, & vèditionis arg. dictæ extrauag. 1. & 2. iuncta rubr. ibi de empt. & vend. Sed ex contractu emptionis naſcitur, & quæritur emptori obligatio perſonalis ex vendito l. 1. l. ſi ancilla 11. C. de action. empt. ergo fundus, qui adijcitur, ſolum ad ſecuritatem debiti, & conſequenter loco ſolius hypotecæ proponitur.

5 Quarto hanc ſententiam probat Felic. dicto 2. tomo lib. 1. cap. 1. nu. 5. nam omne ius reale in tres formas diuiditur: aut enim eſt ius ſeruitutis, aut dominij, vel quaſi, aut hypotecę. Se[d] ius ex cenſu productum in fundo (eſto quod ſit reale) non eſt ius ſeruitutis prædialis, perſonalis, vel mixtæ, ſiquidem omnis ſeruitus, vel à re rei, vel à re perſonæ debetur. Sed in cenſu non poteſt habere locum ſeruitus prædialis, quia deficit prædium dominans, cui debeatur; nec ſimiliter perſonalis, cuius tres ſpecies proponuntur in l. 1. ff. de ſeruit. à DD. vſusfructus, videlicet vſus, & habitatio, nec eſt ius dominij, vel quaſi: quia nullum dominium in cenſuarium transfertur, vt conſtat ex diffinitione cenſus tradita in dicta extrauag. 1. & 2. qui eſt ius percipiendi redditus annuos mẽſtruos, vel ſimiles, qui ex partium conuentione, abſq; alicuius dominij tranſlatione conſignantur in fundo. Ergo à ſufficienti partium enumeratione conſtat adiectionem fundi in cenſu eſſe loco hypotecæ tantum, non vero alterius iuris realis.

6 Contrariam tamen ſententiam; imò rem cenſui ſuppoſitam potius loco iuris realis appoſitam cenſeri, ad exemplum cuiuſdam ſeruitutis innominatæ, quæ à re perſonis debetur probarunt Nauar. in cap. 1. 14. quæſt. 3. Nota. 22. Sarm. lib. 7. Select. cap. 1. num. 3. cum ſeq. Abend. de exeq. mand. reſponſo 12. Ioan. Gutt. conſil. 18. nu. 77. Gamma. deciſ. 145. & Valaſ. de iure emph. d. quæſt. 32. nu. 13. quorum opinio ex ſequentibus probatur.

Primo, nam hypoteca ſua natura acceſſoria eſt alteri obligationi l. contrahitur 4. l. grege §. cum pignori ff. de pignoribus l. Iulianus 66. in princ ff. de legat. 3. Sed conſtitutio cenſus in re aliqua non accedit aliæ obligationi, ſed ſolum agitur vt res cenſui ſupponatur. ergo non eſt loco hypotecæ.

7 Secundo ſi aliqua daretur obligatio, eſſet perſonalis, vt contrariæ opinionis auctores fatentur; ſed ſuper perſonali obligatione tantum cenſus conſtitui non poteſt.

teſt. ergo adiectio fundi in cenſu non eſt loco hypotecæ.

8 Tertio, nam ſi in conſtitutione cenſus contraheretur hypoteca, non poſſet poſſeſſor rei cenſui ſuppoſitæ directò conueniri ad ſolutionem cenſus ante excuſſum principaliter obligatum. authen. hoc ſi debitor C. de pignor. authen. ſed & hodie C. de action. & oblig. & reſoluit Ant. Gabr. lib. 3. comm. opin. tit. de fideiuſſor. concluſ. 1. num. 21. Paz. in praxi 3. tomo §. 4. num. 35. Sed poſſeſſor rei cenſui ſuppoſitæ, directò conuenitur ante excuſſum principalem. iuxta reg. l. cum poſſeſſor 5. in princ. & in fi. vbi gloſ. vlt. ff. de cenſ. l. Imperatores 7. ff. de publicanis, & vectig. & notant Guido Papæ deciſ. 42. & 576. Couar. dicto cap. 7. num. 6. Val. vbi ſupra num. 14. ergo non eſt ius hypotecę, & ſic perſonale, ſed potius ius reale, quem admodum in iure noſtro reperiuntur pleraque iura realia rebus impoſita, quæ per ſe ſubſiſtunt, & ab hypoteca diſtinguuntur l. innoxalibus 30. in fi. ff. de noxal. act. l. eorum 19. ff. de damno infecto d. l. Imp. ff. de publicanis l. 2. ff. de vſufructu. Vnde reſultat cenſum eſſe ius reale ab hypoteca diſtinctum.

9 Qua ſententia, & opinione, vt veriori retenta, non obſtant fundamenta pro contraria adducta: nam ad primum, & ſecundum dedictione *ſuper*, & de verbo *ſuppoſitam* reſpondendum eſt latè patere, & propriè, ac generaliter denotare quamcumque obligationem rei, quæ iuxta ſubiectam materiam aliquando denotat hypotecam; aliquando vero ius reale. Et quamuis dicamus in cēſibus fundum hypotecæ loco conſignari, vt vulgò notarij in ſcripturis dicere ſolent, intelligere oportet hanc hypotecam, non eſſe acceſſoriam, ſed irregularem per ſe ſubſiſtentem, quę principaliter, & directò contrahitur, abſque alia obligatione perſonali, vt poſt Boer. notat Budeus in rubr. ff. de pignor. num. 2. & facit gloſ. 2. in d. l. Imperatores, & quæ tradit Ioan. Gutt. lib. 2. pract. quæſt. 167. num. 4.

10 Nec ſimiliter obſtat tertium fundamentum, nam licet ex venditione cenſus naſcatur perſonalis obligatio, hæc ſolum competit emptori ad compellendum vēditorem, vt titulum cenſus cōſtituat, quæ conſtitutio habet vim traditionis, deſeruit etiam, vt vēditor teneatur de euictione, ſi res cēſui ſuppoſita euincatur ab alio, vt notat Valaſ. dicta quæſt. 32. num. 14. in fi. & iudicatum refert Ioan. Garſ. de expenſis cap. 4. num. 42. vnde Ioan. Gutt. d. lib. 2. pract. quæſt. 177. nu. 8. inquit obligationem perſonalem reſultantem ex cōtractu cenſus acceſſoriam cenſeri, & appoſitā, vt citius emptor conſequatur redditus ſuos per capturam perſonæ.

11 Neque obſtat quartum fundamentum Felic. quia negamus iura realia reduci ad ſpecies, ibi enumeratas tantum: nam pleraque alia reperiuntur, quæ ab illis diſtinguuntur, & per ſe principaliter ſubſiſtunt, vt in iuribus ſupra adductis nu. 8.

12 Denique non obſtat l. 3. titul. 15. lib. 5. recopilat. noſtri hiſpaniæ ibi, *los cenſos, & hypotecas*. ex quibus verbis contrariæ opinionis auctores cenſum hypotecam eſſe deducebant: nam dupliciter reſpondeo, Primo inter cenſum, & hypotecam adeſſe dictionem, *&* quæ inter diuerſa conſtituitur rub. de iur. & fac. ign. iunctis his, quæ notant ibi DD. vel ſecundo reſpondeo verbum *hypotecas* accipiendum & intelligendum eſſe de hypotecis irregularibus per ſe ſubſiſtentibus, quæ obligationi alteri nullatenus accedunt, vt ſupra diximus. Ex quibus iam apparet hanc ſecundam ſententiam, & opinionem veriorem eſſe in propoſita quæſtione.

13 Poſſunt tamen ambæ opiniones contrariæ ad concordiam hoc modo reduci, quod ſi res cenſui ſpecialiter conſignatur, in ea ſit ius reale, iuxta ſecundam opinionem; at vero in cæteris bonis, quæ generaliter obligantur, ſit ius hypotecæ, & ita procedat prima opinio.

Fatentur enim DD. omnes quod quādo res cauſa limitationis annuis præſtationibus deſignatur, ſit ius reale, ita vt re perempta, præſtatio pereat. vt aduertit Couar. d. cap. 7. num. 5. in fi. quod contingit in cenſu conſtituto in teſtamento, vel in re ſpecialiter deſignata argum. l. nomē 33. §. vni. ff. de leg. 3. l. legatum 17. §. 1. ff. de ann. leg. Si vero cauſa demonſtrationis bona adijciantur, vt contingit in generali obligatione bonorum, tunc loco tātum hypotecæ adijciuntur, & redditus annuus debetur, licet bona pereant.

14 Ex quibus primo infero cōtra tertium poſſeſſorem rei cenſui ſuppoſitæ ſpecialiter, agi poſſe directò pro redditibus decurſis ante excuſſum principalem debitorem: quia cenſus inducit ius reale in fundo, quod tranſit in quemcumq; poſſeſſorem:

rem: quia ſequitur ipſum fundum l.2. C.
ſine cenſu fundum compar. non poſſe l.2.
C. de Alluu. d.l. Imperatores l. cum poſſeſ-
ſor §. finali, ff. de cenſ. & probant Couar.
d. cap.7. num.6. Valaſ. ſupra nu. 13. Gam-
ma dicta deciſ. 14. & relati a Gaſpar. Ro-
driq. quæſt.3. num.52. erit tamen aduer-
tendum pro hiſpanis, quod attenta l. Re-
gia 18. tit.13. par.5 qui agit contra tertiũ
poſſeſſorem, duo probare tenetur, primũ
quod poſſidet ille, contra quem agit. Se-
cundum quod res cenſui ſuppoſita, erat in
bonis debitoris tempore, quo cõtractum
celebrauit. ita notat Greg. Lop. in d.l.18.
gloſ.1. Ang. in l.1.§. cum prædium, & in
l. quæſitum §. finali, ff. de pignor. quem ſe-
quuntur plures relati à Felic. 1. tomo li-
bro tertio cap.4. num.8.

15 Secundo infero reſolutionem illius pul-
cherrimi dubij, an contra tertium poſſeſ-
ſorem via exequutiua ſit agendum, ſicut
contra principalem debitorem, vel via
ordinaria? & via ordinaria agendum eſſe,
ex eo maximè conſtat: nam ius exequen-
di perſonale eſt, & perſonam obligatam,
eiuſque hæredes non ægreditur l. ea lege
C. de condict. ob eauſ. l. vt pomum ff. de
ſeruit. cum adductis à Couar. d.c.7. nu.6.
vnde ad hoc, vt via exequutiua locũ ha-
beat, & ordinaria ceſſet, ſolet apponi in
ſcriptura cenſus, clauſula de non alienan-
do rem cenſui ſuppoſitam, vel alia de in-
grediendo poſſeſſionem propria auctori-
tate ex partium conuentione iuxta formã
l. creditoris, C. de pignor. ita ex doctrina
Bart. ibi notat Roder. Suar. in l. poſt rem
iudicatam poſt octauam ampliationem
Felic. lib.1. cap.10. num.3. & lib.3. cap.4.
num.6. & 2. tom. lib.4. nu.5. Parlad. lib.2.
rer. quotid. cap. fi.4. p.§.5. num.16.

16 Tertio ſimiliter infero tertium poſſeſ-
ſorem non ſolum compelli poſſe ad ſolu-
tionẽ reddituum; ſed etiam ad recogno-
ſcendum cenſum, dummodò alternatiuè
libellus concipiatur, nempè quod reco-
gnoſcat, aut dimittat rem cenſui ſubie-
ctam, vt aduertit Felic. d. lib.3. c.6. nu.2.

17 Plures autem operatur effectus huiuſ-
modi recognitio; nam primo probat cre-
ditorem eſſe dominum cenſus ſuper fun-
do conſtituti, etiam contra tertium habẽ-
tem cauſam ab eo, qui recognouit, vt te-
net Guid. Papæ deciſ.272. & Benedictus
in cap. Rainutius verbo, *& vxor*. nu.446.
Secundo probat cenſum in præiudicium
recognoſcentis; nõ tamen ex recognitio-
ne obligatur plus recognoſcens in ſubſtã-
tia, quam antea erat obligatus, in quo om-
nes conueniunt: dubitant tamen an poſ-
ſeſſor in inſtrumento recognitionis com-
pelli poſſit clauſulam guarentigiam ap-
ponere? & negatiuam tenent Ant. Gom.
in l.70. Tauri, num.79. Tiraq. de retractu
§.29. gloſ.5. nu.1. & 2. & relati à Io. Gutt.
lib.3. pract. quæſt.94. num.4. alij tamen
affirmatiuam tuentur, quos refert, & ſe-
quitur Io. Gutt. num.6. ſupra Felic. lib.3.
cap. fi. num. fi. ex eo præcipuè, quia tene-
tur debitor cõſentire in inſtrumento ap-
poni omnia, quæ ſunt de conſuetudine,
vt notat Bart. in l. ex ea parte ff. de verb.
oblig. per text. in l. quod ſi nolit §. qui aſſi-
dua ff. de ædilitio edicto, & in l. ſi prius §.
1. ff. de aqua pluu. arcen.

18 Quę difficultas tollitur quo ad praxim
noſtræ Hiſpanię: nam de iure illius omnia
inſtrumenta habent paratam exequutio-
nem, licet deficiat clauſula guarentigia,
vt defendunt Rubios in l.64. Tauri. & ibi
Ant. Gom. nu.4. Mattienz. in l.10. tit.17.
lib.5. recopilat. gloſ.9. quæ ſententia, ita
demum admittenda eſt, ſi inſtrumenta
conficiantur à tabellione, qui ſit de nu-
mero illius ciuitatis, vel oppidi, in quo
conficiuntur. Iuxta l.1. & 2. tit.25. lib.4
recopilat.

19 Quarto infero ereditorem cenſus con-
ſtituti ſuper tribus prædijs, ſi ad tres ſin-
gulares ſucceſſores deuenerint, contra
vnumquemque poſſe pro redditibus de-
curſis in ſolidum agere; quia cum ſit ius
reale omnibus prędijs inhærens, quilibet
poſſeſſor tenetur in ſolidum, aut rem cen-
ſui ſuppoſitã dimittere l.1. & 2. C. ſi vnus
ex pluribus, & obſeruant Couar. dicto
cap.7. num.7. & Valaſc. dictà quæſt.32.
num.15. prædia enim in cenſu apponun-
tur, non vt diuidatur, ſed vt ſecurior red-
datur, iuxta mentem contrahentium, quę
attendi debet l. fi. C. quæ res pignori, nec
obſtat text. in capit. conſtitutus de relig.
dom. ibi *iuxta ratam*, nam reſpondet
Couar. ibi ex mente contrahentium, &
materia de qua agebatur, diuiſam eſſe ob-
ligationem, quod ſecus eſt in noſtro caſu.

20 Tandem, & vltimo ex reſolutione pro-
poſitæ quæſtionis infero quod ſi res cen-
ſui ſuppoſita, legata fuerit alicui, ad ipſum
ſpectabit ſolutio redditũum; non vero
ad hæredem, nam cum eenſus ſit ius rea-
le, vt reſoluimus, res tranſit cum onere
ſuo in quemcunque poſſeſſorem l. quæro

ff. de

ff. de vſufructu leg. l. hactenus ff. de vſufructu, l. cum poſſeſſor, ff. de cenſibus obſeruant Budeus in rubr. ff. de pignor. nu. 3. & Gutt. conſil. 18. num. 77. Quod ſecus eſſet ſi fundus loco hypotecæ adijceretur: quia tunc non ad legatarium, ſed ad hæredem ſolutio cenſus pertineret l. ſi res obligata 60. ff. de legat. 1. l. prædia C. de fideicommiſs. cũ alijs congeſtis ab Ant. Gom. primo tomo variar. cap. 12. num. 39.

SVMMARIVM.

1 *Actiones quo iure prodita fuerint?*
2 *Actiones ex legibus duodecim tabularum compoſita ſunt.*
3 *Quoties ſtipulanti quis promittit, iure ciuili tenetur.*
4 *Omnium actionum inſtituendarum initium ab ea parte edicti proficiſcitur, qua prætor edicit de in ius vocando.*
5 *Actio ex contractu emphyteotico procedens, à iure ciuili originem habet.*
6 *Actiones regulariter à iure gentium prodita ſunt.*
7 *Deportatus perdit omnia, quæ ſunt de iure ciuili, & quia retinet ea, quæ ſunt iuris gentium, retinet etiam actiones.*
8 *Res poſſunt condici iure gentium ab his, qui ſine cauſa poſſident.*
9 *Nemo poteſt ſine actione in iuditio experiri.*
Et omnes contractus regulariter fuerunt introducti à iure gentium.
10 *Iudicium de iure gentium dicebatur manus Regia.*
11 *Verus intellectus ad leg. 2. §. deinde ex his ff. de origine iuris aſſignatur.*
12 *Interpretatur textus in §. de conſtituta inſtit. de action.*
13 *Vera interpretatio §. fin. inſtitut. de pœna temere litig. traditur.*
14 *Qui ſint contractus à iure ciuili introducti? explicatur.*

Actiones à quo iure originem habeant?

QVÆSTIO II.

1 FRequens, & à paucis bene intellecta quæſtio eſt, à quo iure actiones originem habeant? propter iurium, & Doctorum ſibi inuicem repugnantium contrarietatem, gloſ. etenim verbo *obligationes* in l. ex hoc iure ff. de iuſtit. & iure, quam ſequitur Bart. ibi num. 13. & communis, vt teſtatur Decius in rubr. de except. num. 6. Iaſ. in principio inſtit. de action. num. 39. voluit actiones eſſe de iure ciuili, & ab eo proditas fuiſſe, pro cuius ſententia non deſunt aliqua, & vrgentia ſatis fundamenta.

2 Primo loco maximè conducit text. in l. 2. §. deinde ex his ff. de origine iuris, vbi ex legibus duodecim tabularum actiones compoſitas fuiſſe I. C. reſpondet in illis verbis, *de inde ex his legibus eodem ferè tempore actiones compoſitæ ſunt*, quas leges duodecim tabularum eſſe, conſtat ex præcedentibus verbis, ibi. *& ita ex accidenti appellatæ ſunt leges duodecim tabularum*, & ex eis ius ciuile appellari conſtat ex eodem text. ibi, *Leges duodecim tabularum: ex his fluere cœpit ius ciuile*. Ergo per neceſſariam conſequentiam fatendum eſt actiones de iure ciuili eſſe, & ab eo originem habere.

3 Secundo facit text. in l. in commodato. §. ſicut ff. commodati, ibi. *in mutuas præſtationes, actioneſque ciuiles* l. 1. §. 1. ibi, *ciuili actione*, ff. de ſuperficiebus l. 4. §. ex hoc edicto ff. nautæ caupones, ex quibus euidenter colligitur actiones à iure ciuili proditas eſſe.

4 Tertio facit text. in §. fi. inſtit. de pœna temere litigantium, vbi dicitur, quod omnium actionum inſtituendarum initium, ab ea parte proficiſcitur, qua prætor edicit de in ius vocando. ergo ſi initium inſtitutionis actionum procedit ab edicto prætoris, neceſſario dicendum eſt à iure ciuili adinuentas fuiſſe, argumento text. in d. l. 2. §. de inde cum placuiſſet ff. de origine iuris.

5 Quarto facit tex. in §.ſed iſtæ quidem. inſt. de actionibus, vbi expreſsè Iuſtinianus ait actiones ex legitimis, & ciuilibus cauſis deſcendere.

Quinto facit tex.in §. adeo, inſt. de locato, & conducto, vbi de contractu emphyteotico Iuſtinianus loquens, hanc diſtinctionem, conſtituit, quòd ſi nihil de periculo rei fuerit pactum, tunc ſiquidem totius rei interitus acceſſerit ad dominũ, ſuper hoc redundat periculum; Si verò particularis ad emphyteoticarium huiuſmodi damnum veniat; ſequitur, *quo iure vtimur*, quaſi diceret Imperator ex hoc noſtro iure ciuili actio ex contractu emphyteotico orta, originem habet.

6 His tamen non obſtantibus fundamentis, quæ pro opinione Bart. & communi ſupra relata in medium afferri poſſunt, contrariam ſententiam, videlicet, actiones eſſe de iure gentium, defendunt plures relati à Iaſ.in principio inſt. de actionibus.nu.41.& Cagnol.in l.2.nu. 93.ff.de origine iuris, quorum ſentẽtia, & verior opinio probatur.

7 Primo nam deportatus perdit omnia, quæ ſunt de iure ciuili.l. quidam. ff. de pœnis, quia per deportationem efficitur peregrinus.l.1.C.de hæred.inſt.& tamen quia retinet ea, quæ iuris gentium ſunt.d. l.quidam; in fine, retinet etiam actiones. l.ſi mandauero. §. is cuius bona. ff. mandati, ergo rectè ſequitur actiones non ciuilis, ſed iuris gentium eſſe.

8 Secundo, hæc ſententia probatur ex l. rerum amotarum. ff.rerũ amot. ibi. *nam iure gentium condici puto res ab his, qui ſine cauſa poſſident*, & ex lege indebiti, in princ.ibi. *naturalis eſt*. ff. de condict. indebit.

9 Tertio, nam ſi actiones eſſent de iure ciuili, & non de iure gentium, ſequeretur quod contractus, & obligationes, quæ verè fuerunt a iure gentiũ introductæ.l.iuris gentium. ff. de pact.l. cum amplius.§. is natura.ff.de regu.iur. l. ex hoc iure. ff. de iuſt.& iur.§.ius autem gentium. inſt. de iure naturali, fuiſſent eo tempore ante ius ciuile inefficaces, & ſine effectu: cum nemo potuiſſet ius ſuum conſequi, deficiente actione.l. ſi pupilli.§.videamus. ff. de negot.geſt.ſed hoc non eſt dicendum, cum iure gentium iudicia frequentaren-
10 tur, & iudicium manus Regia appellaretur in l.2.in princ.ff.de orig.iur.ergo nec illud, ex quo ſequitur, & conſequenter fatendum eſt iure gentium actiones fuiſſe introductas.

11 Qua ſententia, vt veriori retenta, non obſtant fundamenta pro contrariis adducta: nam ad primum de tex. in d.l. 2.§. deinde ex his, breuiter reſpondeo, actiones iure gentium proditas fuiſſe ſimplices, & rudes, rudi quodam ſtylo inſtitutas; ius vero ciuile eas compoſuiſſe, & eis certam, ſolemnemque formam dediſſe, quomodo debent intelligi verba dicti §.deinde ex his, ibi *compoſita ſunt*, & paulo inferius, ibi *certas, ſolemneſq;* qua compoſitione, & certa forma tradita attenta, dicuntur ciuiles in d.l.in commodato. §. ſicut, & in alijs iuribus ſupra adductis, nu.3.& 5.

12 Neque obſtat tex.in §. de conſtituta, inſt.de actionibus; nam reſpondeo, quod quamuis regulariter ſecundùm hanc noſtram veriorem opinionem, omnes actiones à iure gentium proditæ ſint; ſunt tamen aliquæ, quę à iure ciuili proueniunt, quia ab eodem fuerunt introducti contractus, ex quibus ipſæ oriuntur, quomodo debet intelligi tex.in d. l. ex hoc iure, ibi *exceptis quibuſdam, quæ à iure ciuili introducta ſunt*, inter quas prima eſt verborum obligatio, quæ à iure ciuili deſcendit, vt conſtat ex d.§.de conſt.Secundo loco excipitur a ſupradicta regula generali cõtractus emphyteoticus, quem a iure ciuili deſcendere, & conſequenter eius actionem, probat Iuſt. in dict.§.adeo, inſt.de locato. Tertio excipitur ſponſalitia largitas, quæ, & eius actio à iure ciuili deſcendunt, vt in d. authen. vt ſponſalitia largitas. in princip. Quarto, excipitur literarum obligatio, quæ etiam à iure ciuili fuit introducta, vt in titu. inſt. de liter. oblig.& tradit gloſ. fin. in d.l.ex hoc iure, & gloſ. 1. in l. legitima.ff. de pactis.

13 Denique non obſtat tex.in d.§.fin.inſt. de pœna temere litig. nam non probat initium, & originem a iure prætorio, & ſic à iure ciuili actiones trahere; ſed initium earum a iure gentium regulariter introductarum, iuxta regu. ſupra traditam proſequendarũ in iudicio, procedere ab ædicto prætoris, quo cautum erat, vt actor aduerſarium ſuum produceret ad aluum prætoris, & ibi quaſi digito demonſtraret qua actione contra illum vellet experiri, vt ſic aduerſarius deliberaret

vtrum

Digitized by Google

terum cedere, vel contendere vellet, & ſi contendendum putaret, veniret inſtructus ad iuditium iuxta l. 1. in princ. ff. de edendo.

14 Ex quibus omnibus remanet reſoluta quæſtio propoſita videlicet regulariter omnes actiones fuiſſe à iure gentium introductas, & à ciuili compoſitas, & in meliorem formam redactas, exceptis quibuſdam, quæ à iure ciuili introductæ, & compoſitæ fuere, quales ſunt verborum obligatio, literarum obligatio, emphyteuticus contractus, & ſponſalitia largitas, iuxta ea, quæ ſupra adduximus numero 12.

SVMMARIVM.

1 *Acta à delegato ignorante mortem delegantis re integra, an valeant?*
2 *Partium conſenſus iuriſdictionem non praſtat ei, qui alias eam non habet.*
3 *Geſta per eum, qui communi opinione habilis reputatur valent.*
4 *Renuntiatio beneficij facta à procuratore reuocato, valida eſt, ſi reuocatio ei non fuerit intimata, & num. 8.*
5 *Geſta coram Præſide ſucceſſoris aduentum ignorante, valida ſunt.*
6 *Iuriſdictio delegati non intelligitur reuocata per ſecundum reſcriptum, donec habeatur notitia illius.*
7 *Ignorantia mandatarij facit geſta per eum valere.*
9 *Valent geſta à procuratore reuocato coram Iudice ignorante reuocationem.*
10 *Seruus manumiſſus poſt mortem patris ab eius filio, libertatem conſequitur.*
11 *Si amicus venditoris mortuo eo priuſquam ad eius notitiam perueniſſet, emptorem in poſſeſſionem vacuam miſerit, rectè poſſeſſio ei tradita eſt.*
12 *Acta à delegato ignorante mortem delegantis non valent.*
13 *Iuriſdictio delegati ipſo iure expirat per mortem delegantis.*
14 *Geſta per Iudicem ignorantem id, ex quo ſibi principaliter iuriſdictio competit, non valent.*
15 *Matrimonium contractum à procuratore reuocato etiam reuocationē ignorante, non valet.*
16 *Vltra ignorantiam, requiritur quod ſit negotium quaſi ceptum ante mortem delegantis, vt valeant geſta per eum.*
17 *Vera explicatio capituli cum veniſſet de teſt. aſſignatur.*
18 *Interpretatur text. in l. barbarius Filippus ff. de officio prætoris, & §. ſed cum aliquis inſt. de teſtamentis.*
19 *Interpretatur text. in clement. 1. de renunciat.*
20 *Iuriſdictio præſidis eſt ordinaria, & vt fauorabilis non expirat per aduentum ſucceſſoris, quam primus ignorabat.*
21 *Explicatur text. in capit. Audita de reſcriptis.*
22 *Verus intellectus, l. ſi mandaſſem, ff. mandati.*
23 *Interpretatur text. in l. 1. ff. quod iuſſu.*
24 *Iudicis authoritas maxime attendi debet.*
25 *Libertas omnibus rebus fauorabilior eſt.*
26 *Seruus vindicta manumiſſus, liber fit ſi inter viuos manumittatur; alias ſecus.*
27 *Quando quis mandat id, quod ipſe facere tenebatur, mandatum morte illius non extinguitur; niſi hæredes contradicant.*
28 *Vera reſolutio huius quæſtionis proponitur.*

Acta à delegato ignorante mortem delegantis re integra, an valeant?

QVÆSTIO. III.

1 DIfficilis admodum, & practicabilis ſe ſe nobis offert quæſtio, in qua variæ ſunt interpretum ſententiæ, & opiniones varijs, ac fortiſſimis vallatę fundamentis: nam huiuſmodi acta facta à delegato ignorante mortem delegantis re integra, valere probatur ex ſequentibus.

2 Primo ex text. difficili in cap. cum veniſſet 25. de teſtam. dupliciter pōderato, primo nam ex quo ibi fuit neceſſaria exceptio, & appellatio à Iudice delegato, euidenter infertur iuriſdictionem illius non fuiſſe extinctam per mortem delegantis argum. cap. ad diſſoluendum de deſponſatione impuberum. Secundo, nam ex quo ibi appellans, poſtea agens, reſpondens, & teſtes producens coram delegato, à quo appellauerat, renunciauit ſuæ appellationi, geſta per Iudicem valida ſunt, quæ nullo modo valerent ſi extincta fuiſset iuriſdictio etiam conſentientibus partibus; cum iuriſdictionem præſtare non poſsint ei, qui eam alias non habent l. priuatorum, C. de iuriſdict. omn. Iudic. cap. ſignificantibus de officio delegati capit. ſignificaſti de foro compet.

3 Secundo ex text. in l. Barbarius Filippus ff. de officio prætoris, vbi cum Barbarius Filippus ſeruus fugitiuus eſset, Romæ prætor fuit creatus; quia communi opinione liber reputabatur, & geſta ab eo valida fuerint. ergo ita, & eodem modo geſta à delegato ignorante mortem delegantis re integra, valida eſse debent.

4 Tertio facit text. in clement. 1. de renunciat. vbi renunciatio beneficij facta à procuratore reuocato valida eſt, ſi ei non fuerit intimata reuocatio.

5 Quarto conducit maximè text. in l. ſi forte, ff. de officio præſidis, vbi rata manere geſta coram præſide ſucceſsoris aduentum ignorante, dicitur.

6 Accedat, & quinto text. in capit. audita 4. in fi. de reſtitut. ſpoliat. vbi iuriſdictio delegati non intelligitur reuocata, donec habeatur notitia ſecundi reſcripti.

7 Sexto facit text. in l. ſi mandaſſem 15. ff. mandati, vbi ignorantia mortis mandatarij facit geſta per ipſum valere, vt conſtat ex verbis eiuſdem l. ibi, *ſi mandaſſem tibi, vt fundum emeres, poſtea ſcripſiſſem ne emeres; tu antequam ſcias me vetuiſſe, emiſſes, mandati tibi obligatus ero.*

8 Septimo pro hac ſententia, & opinione vrget maximè text. in l. 1. ff. quod iuſſu in verſiculo *quemadmodum*, vbi ita demum reuocationem mandati locum habere dicitur, ſi perueniat ad notitiam procuratoris.

9 Octauo venit ponderandus text. in c. duobus de appel lat. cap. ex parte 33. de reſcriptis, & cap. mandato de procuratoribus, vbi valent geſta à procuratore reuocato, ignorante reuocationem, etiam ſi coram Iudice fuerint facta.

10 Nono hæc ſententia confirmatur ex text. ſatis difficili in l. ſi pater ff. de manumiſſis vindicta, vbi Iulianus reſpondet, quod ſi filius, cui à patre commiſſum eſt ſeruum manumittere, defuncto patre manumittat, ſeruus libertatem conſequitur.

11 Vltimo denique facit pro hac ſententia text. in l. fundi venditor in fine ff. de acquir. poſseſs. vbi ſi amicus venditoris mortuo eo priuſquam ad eius notitiam perueniret, emptorem in vacuam poſſeſſionem miſerit, rectè poſſeſſionem ei traditam fuiſse I. C. reſpondet. ex quibus omnibus euidenter colligitur geſta ab ignorante mortem, vel reuocationem delegantis, vel mandantis re integra, valida eſse.

12 Sed his non obſtantibus fundamentis, contrariam ſententiam, ſcilicet non valere acta à delegato ignorante mortem delegantis, tenet gloſ. in capit. gratum de offic. delegat. verbo *maximè*, & in l. eius, qui in prouintia verbo *ignoraſſet*, ff. de rebus credit. quas ſequuntur Decius num. 36. Imo. num. 5. Barb. 15. & 16. dicto capit. gratum, idem Imo. in cap. licet vndique de offic. delegat. numer. 6. Panorm. in dicto capit. cum veniſset de teſtam. num. 2. vbi Ant. num. 6. & 7. Bart. num. 10. Paul. tt. Iaſ. 8. in l. & quia ff. de iuriſdictio. omn. Iudic. vbi Oroſ. num. 54. Due. de iuriſdict. & Imper. lib. 2. capit. de delegatione iuriſdictionis numer. 14. & communis ſecundum quam hanc negatiuam veriorem eſſe ex ſequentibus probatur.

13 Primo, nam iuriſdictio delegati ipſo iure expirat per mortem delegantis re integra capit. ſi cui nulla, ibi *expirat omnino* de præbend. lib. 6. capit. ſi. verſic. *officium* ibi, *ipſo iure*, de officio delegati eodem libro, dicto capit. licet, vndique ibi, *morte mandantis expirauit*, quicquid contradicat Innocent. in dicto capit. licet vndique, cuius opinio conuincitur vltra iura proximè citata, ex eo, nam ſi non expiraret ipſo iure, valerent

valerent geſta per eum ante quam opponeretur exceptio, quemadmodum valent geſta à iudiee, cuius iuriſdictio eſt declinabilis l.ex quacumque ff.ſi quis ius dicenti l.ſi quis ex aliena ff. de iudicij, ſed non valent etiam ſi nõ opponatur exceptio, vt conſtat ex dicto c. fi. verſiculo *officium* in fi.ibi *omnino decernimus irritum, & inane.* ergo ipſo iure expirat iuriſdictio delegati, per mortem delegantis, ergo error, & ignorantia non debet iuriſdictionem illi dare, qui eam iam alias non habebat l. ſi per errorem 15.ff. de iuriſdict.omnium iudic.

14 Secundo facit doctrina Bart. in l.multum intereſt num. 2. ff. de conditionibus & demonſtrationibus, vbi dicitur geſta per iudicem ignorantem id, ex quo ſibi principaliter iuriſdictio competit non valere.

15 Tertio probatur hæc ſententia, & verior opinio ex cap. fin. de procurat. in 6. vbi matrimonium contractum à procuratore reuocato etiam reuocationem ignorante, eſt nullius momenti.

16 Quarto, & vltimo pondero tex. difficilem in c. gratum de officio deleg. ibi *maxime ſi delegatus non ſit certus de obitu delegantis* iunctis verbis præcedentibus ibi *negotium ſit quaſi cęptum*, ex quibus manifeſte colligitur vltra ignorantiam requiri, quod ſit negotium quaſi cęptum, hoc eſt quod non ſit res integra ante mortem delegantis, vt delegati iuriſdictio non expiret, & valeant acta ab eo.

17 Qua communi ſententia, vt veriori retenta, non obſtant fundamenta pro contraria adducta à num. 2. vſque ad 12. nam ad primum de tex. in d. cap. cum veniſſet dupliciter ponderato, dupliciter reſpondendum eſt. Primo ad primam ponderationem in eo tex. non dici fuiſse neceſſarium appellare; ſed tantum fuiſse exceptum, & appellatum, vt vitaretur grauamen facti, vt docet Panor. ibi num. 2. in fin. quomodo debet intelligi tex. in capit. ſi à ſubdelegato de offic. deleg. lib. 6. Secundo ad ſecundam ponderationem ommiſsa declaratione Panorm. ibi dicto num. 2. reſpondendum eſt, Vrbanum tertium ibi confirmare ſententiam prolatã à iudicibus delegatis: quia iam erat negotium ceptum, & ſic non expirauit iuriſdictio per mortem delegantis. pro qua interpretatione pondero verba illius text. ibi *mandamus quatenus ſi ſententiam illorum noueritis canonice promulgatam, eã auctoritate Apoſtolica confirmetis &c.* quibus manifeſte oſtendit Pontifex non aliter confirmare ſententiam, quam ſi fuerit canonicæ promulgata nec, diceretur ſecundum canones prolata, ſi poſt mortẽ delegantis iuriſdictio delegati extiucta eſſet in ſpecie illius tex. & iuditium non fuiſſet ante ceptum, nec Pontifex prædictam conditionem adijceret, quod ſi negotium ceptum nõ eſſet, & iuriſdictio extinta, iudices delegati ſententiam protuliſſent, etiam ſi iuris ordo alias requiſitus, in ea proferenda ſeruaretur, propter defectum iuriſdictionis.

18 Neque obſtat ſecundum fundamentũ ſupra pro contraria opinione adductum nu. 3. de tex. in d. l. Barb. Philippus nam ommiſſis alijs interpretationibus, verius reſpondendum eſt geſta a Barbario Philippo ſubſtineri ex æquitate, iuncta cum cõmuni errore, propter publicam vtilitatẽ, ne (in maximum reipublicæ dannum, & eorum, qui bona fide, & iuſtis probationibus interuenientibus obtinuerunt in cauſis) deciſę iam lites iterum in iudicium deducerentur, vt aperte inſinuant verba illa, *propter publicam vtilitatẽ*, & illa, *hoc enim humanius eſt* quomodo debet intelligi tex. in §. ſed cũ aliquis inſt. de teſtam. l. competit 19. quæ alias incipit nulla ff. qui & a quibus l. 1. C. de teſtam. l. 2. C. de sẽt. & interl. om. iud. quã interpretationẽ poſt ordinarios in dictis locis ſequũtur Cuia. lib. 13. obſeru. c. 33. Gob. lib. var. c. 6. Rober. lib. 1. rece. lect. c. 38. Caſtal. lib. 1. q. c. fi. nu. 20. Ottom. q. illuſ. q. 11. & 17. Madera animaduerſ. iur. c. 6. & Gut. practic. q. 42. nu. 39.

19 Neque obſtat tertium de tex in d. clement. 1. de renun. nã reſpondeo ibi ius ſingulare verſari ob vitandã in clericis variationẽ, & ne illudatur Rom. Põt. in cuius manibus renunciatio facta fuerat, vt conſtat ex primis eiuſdem tex. verbis, quæ explicant Imol. ibi nu. 13. Fel. in c. ex parte num. 14. de reſcriptis.

20 Minus obſtat quartum de l. ſi forte ff. de offic. præſidis loquitur enim de iuriſdictione, quæ ordinaria eſt, & vt fauorabilis non expirat per aduentũ ſucceſſoris, quẽ præſes ignorabat. Quod eſt menti tenendũ pro explicatione tex. in c. 1. de offic. Vicar. in 6. vt facta reuocatione Vicariatus per mortem Epiſcopi naturalem, vel ciuilẽ. aut alias expreſſe reuocante. Epiſcopo,

va-

valcant actus celebrati ab huiusmodi Vicario iurisdictionem ordinariam habente, & reuocationē ignorante, ex doctrina Dec. in c. ſi duobus de appellat. nom. ſing. 57. & Reb. in praxi tit. de forma Vicariatus n. 210.

21 Non obſtat quintum de tex. in d. c. audita, nā reſpōdeo, quod ibi reuocatio, quæ fit per ſecundum reſcriptum, nō eſt pura, & abſoluta, vt ea quæ fit per mortem delegātis re integra: ſed cōditionalis videlicet ſi impetrās ſecūdū reſcriptū vtatur illo, arg. tex. in c. vt debitus honor de appellat.

22 Minus obſtat ſextum de tex. in d. l. ſi mandaſſem, nam reſpondeo ibi agi de excuſando eo, qui mandatum ſuſcepit ne dāno afficiatur, ex mandato, quod bona fide adimpleuit, vt explicat Auguſt. Morla in empor. iur. tit. de iuriſdict. in princ. numer. 101.

23 Rurſus non obſtat ſeptimum de l. 1. ff. quod iuſſu. nā verus illlius legis ſenſus eſt poſſe patrem iuſſum reuocare, ita vt contra eum quod iuſſu non competat actio ſi filius fuerit certioratus de reuocatione; ſi vero non fuerit certior factus non impedit prędicta reuocatio quin aduerſus patrem competat actio, quod iuſſu ratio eſt, nā licet iuſſus ex ſola morte expirauerit: ne tamen pater ſecreto reuocans mandatum, bona fide contrahentibus cum filio poſſit præiudicare, neceſſaria eſt prædicta reuocationis certioratio vnde potius pro noſtra, quam pro contraria opinione induci poteſt lex illa.

24 Non obſtat octauum de tex. in d. cap. duobus cum ſimilibus: nam reſpondeo iura illa procedere quādo iudex qui ignorabat appellationem ad Summum Pontificem interiectam, & mandatum procuratoris reuocatum habebat iuriſdictionem: quo caſu propter iudicis auctoritatem ad vitandam illuſionem geſta ab eo valida ſunt, vt docent Innocent. num. 15. & Ancharan. num. 8. in d. clem. vni. de renunciatio.

25 Neque obſtat nonum de lege ſi pater ff. de manumiſſis vindicta; cui omiſſis alijs ſolutionibus breuiter reſpondeas ibi fauore libertatis quæ rebus omnibus fauorabilior eſt, vulg. l. libertas ff. de reg. iur. mandatum morte mandantis re integra non extinguitur, vt recte annotauit Meno. libro 1. de Arbit. q. 69. nu. 25.

26 Nec huic veriſſimę ſolutioni quidquā obſtat tex. alias difficilis in l. quæſitum 15. §. Iulianus ff. qui & a quibus, vbi in eadē ſpecie totum cōtrarium reſpondet idem I. C. Nam pro eorum iurium concordia, & vera ſolutione ommiſſis alijs reſpondeo Iulianum non negare libertatem ſuo fauore ſubſtineri, ſed dicit ſeruum vindicta liberum non fieri, quia talis manumiſſio debet fieri inter viuos §. multis inſt. de libertinis, quare illa clauſula *vindicta nō fieri enim manumiſſum*, vno ſpiritu legenda eſt, & illa *ignorans patrem deceſſiſſe manumiſit*. alio, quomodo ſcriptum, & punctuatum in ſuo C. manuſcripto teſtatur Menoch. dicta quæſt. 69. num. 26. & ego vidiſſe fateor ita punctuatam literam illius legis in libris manuſcriptis digeſtorum exiſtentibus in Bibliotecha Illuſtriſſimi Collegij maioris Hiſpanorum Bononiæ fundati, dum eius alumnus licet indignus extiti.

27 Denique non obſtat vltimum de textu in l. fundi venditor ff. de acquirenda poſſeſſione cui reſpondeas cum gloſ. fin. verſ. *idem videtur* in l. 2. §. ſi quis donaturus ff. de donat. quam ſequitur Bart. & communis ibi, quod quando quis mādat id quod ipſe facere tenebatur, mandatum morte nō extinguitur niſi hæredes contradicāt, quia & poſt mortem durat neceſſitas faciendi quomodo intelliges tex. in l. fiſtulas §. 1. ff. de contrahenda emptione, ſecundum Pinel. in l. 1. 3. p. n. 25. C. de bonis maternis.

28 Ex quibus omnibus venit reſoluenda quæſtio propoſita, nempe acta a delegato ignorante mortem delegantis re integra non valere ex his, quę late adduximus pro huius opinionis confirmatione, & reſponſione ad fundamenta pro contraria adducta.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutoria lata in petitorio, an obſtet agenti interdicto recuperandæ poſſeſſionis?*

2 *Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus etiam ſi ſit prædo.*

3 *Notorius tituli defectus non impedit reſtitutionem.*

4 *Agenti interdicto recuperandæ poſſeſſionis non poteſt opponi exceptio notoria & liquida compenſationis.*

5 *Nihil commune habet proprietas cum poſſeſſione.*

Sae-

Digitized by Google

6 *Succumbens in poſſeſſorio, non prohibetur agere petitorio.*

7 *Abſolutoria lata in petitorio obſtat agenti interdicto recuperandæ poſſeſſionis.*

8 *Sententia facit notorium inter partes,*

9 *Spoliatus qui patitur ſpoliantem probationes afferre ſuper proprietate non reſtituitur.*

10 *Iudex ex officio debet confirmare poſſeſſionem eius, de cuius iure ſibi conſtat.*

11 *Dolo facit, qui petit, quod reſtituere oportet eundem.*

12 *Explicatur tex. in c. 1. & in c. in literis, de reſtit. ſpol. & nu. 13.*

14 *Notorius tituli defectus, an obſtet agenti interdicto unde vi?*

15 *Verus intellectus ad l. fin. C. de compenſatio.*

16 *L. naturaliter, §. nihil commune. ff. de acquiren. poſſeſſ. interpretatur.*

17 *Vſusfructus non portioni, ſed homini accreſcit.*

Abſolutoria lata in petitorio, an obſtet agenti interdicto recuperandæ poſſeſſ.

QVAEST. IV.

1 Bartolus in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poſſ. nu. 3. & in l. ſi de vi ff. de iudicijs. nu. 3. gloſ. in c. paſtoralis, verbo cauſa, de cauſa poſſ. & propr. Fabius in d. §. nihil commune, nu. 43. Ruinus conſ. 54. nu. 5. lib. 4. exiſtimarunt abſolutoriam latam in petitorio, non obſtare agenti interdicto recuperandæ poſſeſſionis, ex ſequentibus moti fundamentis.

2 Primo nam certiſſimum, & vulgare iuris principium eſt ſpoliatum ante omnia reſtituendum eſſe, etiam ſi prædo ſit. c. in literis, de reſtit. ſpolia. l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad leg. Iul. de vi pub. l. 1. §. quia me. l. colonus. l. cum fundum. ff. de vi, & vi armata.

3 Secundo facit tex. in c. porro, de diuor. c. literas, de reſtitut. ſpol. in quibus notorius tituli defectus non impedit reſtitutionem. Ergo nec abſolutoria lata in petitorio debet obſtare.

4 Tertio facit tex. in l. fin. C. de compenſatio. vbi agenti poſſeſſorio recuperandæ, non poteſt opponi exceptio notoriæ, & liquidæ compenſationis. Ergo neque opponi poterit exceptio abſolutoriæ latæ in petitorio.

5 Accedat quarto loco tex. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poteſ. vbi nihil commune habet proprietas cũ poſſeſſione; ergo abſolutoria lata in petitorio non debet obſtare in poſſeſſorio.

6 Quinto, & vltimo facit tex. in l. & an eadem. §. fin. ff. de except. rei iud. vbi ſuccumbens in poſſeſſorio, non prohibetur agere petitorio; igitur a contrario ſenſu nec agenti poſſeſſorio obſtare debet abſolutoria lata in petitorio.

7 Sed his non obſtantibus fundamentis contraria ſententia verior eſt, quem communem teſtantur Iaſ. in d. §. nihil commune, num. 43. Ripa 35. Sar. lib. 2. ſelect. c. 13. nu. 5. & plures alij relati à Menoch. de recuper. poſſ. remed. 1. nu. 233. & in q. in facto contingente contra Bart. obtinuiſſe refert Cum. in d. §. nihil commune.

8 Pro qua primo facit, nam ſententia facit notorium inter partes. l. emptorem, in prin. ff. de act. emp. Sed notorius tituli defectus impedit reſtitutionem. c. ad decimas, de reſtitu. ſpol. c. cum dilectus. c. cum eccleſia Sutrina. c. cum ſuper. c. fin. de cauſa poſſ. & prop. c. conſtitutus. c. quoniam. de filijs presbyt. c. ſignificaſti. de diuor. c. ſi conſtiterit, de accuſat. ergo abſolutoria lata in petitorio, ex qua notorius tituli defectus oritur, obſtabit agenti interdicto recuperandæ.

9 Secũdo, nam ſpoliatus qui patitur ſpoliantem probationes afferre ſuper proprietate non reſtituitur. c. 1. de reſtit. ſpol. ergo multo minus erit reſtituendus, ſi ipſemet egerit petitorio, & in eo victus fuerit.

10 Tertio, quia iudex ex officio ſuo debet confirmare poſſeſſionem eius, de cuius iure ſibi conſtat. l. 3. §. miſſum. ff. de carbon. edicto. ergo rectè ſequitur abſolutoriam latam in petitorio obſtare in poſſeſſorio.

11 Vltimo denique hæc verior opinio probatur ex vulgari regula iuris, quæ habet, quod dolo facit, qui petit, quod reſtituere oportet eundem, regula dolo facit in 6. l. dolo facit. ff. de doli mali, & metus except.

except. ergo cum fuerit condemnatus in petitorio, non poterat audiri in poſſeſſorio ratione doli ex dicta regula.

12 Qua ſententia vt veriori retenta. non obſtant fundamenta pro contraria adducta: nam ad primum de reg. c. 1. de reſtit. ſpoliat. ſat is latiſſimè proſequuntur Ripa in dicto §. nihil commune nu. 46. Bolog. 2. p. ex nu. 95. Menoch. de recup. remed. 1. per tot. port. lib. 2. Conc. 44. nam reſpondeo illam regulam non procedere, quando ex ſententia iudicis notorium eſt rem non pertinere ad ſpoliatum, ſed potius ad ſpoliantem, vt in propoſita quæſt. iuxta tex. in d. c. ad decimas cum ſimilibus ſup. citatis. nu. 8.

13 Minus obſtat tex. in d. c. in litteris, cũ ſimilibus, in quibus probatur prædonem reſtituendum eſse: nam ommiſſa ſolutione Bero. ibi num. 2. & com. ex Menoch. de recup. remed. 1. num. 109. verius dicendum eſt tex. illum intelligendum eſſe de illo, qui dicitur prædo; non tamen de illo qui notorius prædo eſt, quẽ ex actis iudicialibus conſtat talem eſſe, vt docet Panorm. ibi num. 26. & com. sm̃ quam reſoluunt plures relati á Menoch. vbi ſup. n. 113. vel ſecũdo poteſt intelligi tex. ille de eo, quem prędonem eſse conſtat, qui reſtituendus eſt, ſi ſpoliatus fuerit à non domino, in qua ſpecie intelligendum eſſe tex. illũ conſtat ex illius verbis. ibi *iuris rigori* quæ referenda ſunt ad tex. in l. 1. §. qui a me l. colonus, & l. cum fundum ff. de vi, & vi armata, in quibus conceditur prædoni beneficium reſtitutionis contra tertium ſpoliantem: non autem contra dominum.

Neque obſtat ſecundum fundamentũ, cuius occaſione valde cõtrouertitur apud DD. an notorius defectus proprietatis obſtet agenti interdicto vnde vi? & obſtare, atque impedire reſtitutionem ſpolij defendunt gl. verbo præſumuntur verſ. idem videtur in d. c. ad decimas, & com. quã reſoluunt Cou. in 4. 2. p. c. 7. §. 5. n. 10. & in pract. c. 23. nu 4. Menoch. vbi ſupra nu. 103. & 212. licet contrarium defendãt Franchus in d. c. ad decimas nu. 9. & alij relati à Ber. in d. c. in litteris num. 74. Iaſ. in d. §. nihil com. nu. 46. & Corraſ. num. 70. Quas opiniones duppliciter conciliat Ant. Gab. lib. 5. com. tit. de reſt. ſpol. Cõc. 1. nu. 10. Verior tamen ſalua pace tanti viri concordia eſt, vt prior procedat quãdo notorius tituli defectus obſtat ſpolianto, & fundat intentionẽ ſpoliantis iuxta text. in d. c. ad decimas cum ſimilibus nu. 8. adductis, Poſterior vero, quando non fundat intentionem ſpoliantis. iuxta tex. in d. l. 1. §. qui a me, cũ ſimilibus citatis ſupra num. 2.

15 Neque item obſtat tertium fundamentum Bart. nam reſpondendum eſt ex mente Bolog. in d. §. nihil com. 1. p. n. 87. in d. l. fi. C. de compen. notorie iudicialiter nõ conſtitiſſe de iure partis; in propoſita autem quæſtione ſupponimus notorie, per ſententiam abſolutoriam conſtitiſse.

16 Minus obſtat quartum Bart. fundamẽtum de tex. in d. §. nihil com. cui ommiſſis varijs interpretationibus, breuiter reſpondendum eſt procedere quantum ad ſubſtãtiam actionum poſseſſionis, & proprietatis; non vero quãtum ad reſtitutionem rei: quia imo hæc duo remedia ſe inuicem tangũt reſpectu rei, cum per vtrũque eadem res petatur, & ſolum tolerantur, quia per poſseſsorium res petitur ad tempus, vſque ad finem litis l. 1. §. meminiſse ff. de aqua quotidiana, & eſtiua; ſed quando iam dominium eſt diſcuſsum, nõ remanet amplius cauſa poſſidendi, & poſſeſsorium abſorbet petitoriũ c. cum dilectus de cauſa poſs. & pro. & ſic tex. in d. §. nihil commune, nihil probat in terminis propoſitæ quæſtionis, neque eius reſolutioni repugnat.

Denique non obſtat vltimum fundamẽtum de tex. in d. l. & an eadem nam cum I. C. Paulus in l. cum quæritur eiuſdem tit. cum duabus legibus ſequentibus pro regula conſtituiſset, quod ad hoc, vt noceat exceptio rei iudicatæ, inſpiciendum eſt, an ſit idem corpus, eadem quantitas idem ius, eadem cauſa petendi, & eadem conditio perſonarum, ſubijciens in fine illius vnũ caſum, in quo qui vsumfructũ habebat totum petijt, poſtea partem accreſcentem petebat, quęrebatur an obſtaret exceptio rei iudicatæ, & reſpondit I. C. non obſtare: quia vſusfructus non portioni, ſed homini accreſcit. Vnde cum non ſit idem corpus, nec eadem cauſa petendi, nec idem ius, iure optimo nõ obſtitit exceptio rei iudicatæ. quam interpretationem tradit Bartol. ibi vbi Cum. & Paul. de Caſt. num. fin. & ceteri communiter ex Bart. in d. §. nihil commune nu. 4.

Ex quibus omnibus euidenter apparet abſolutoriam latam in petitorio obſtare

agen-

Digitized by Google

agenti interdicto recuperandæ poſſeſſionis contra Bart. & ſequaces ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Actor an poſſit compelli inſtrumẽta ſua reo edere?*

2 *In iudicijs non eſt exceptio perſonarum habenda.*

3 *Verba generaliter loquentia generaliter ſunt intelligenda.*

4 *Reus in exceptionibus actor eſt.*

5 *Actor nõ tenetur edere nomina teſtium. & valet argumentum de teſtibus, ad inſtrumenta.*

6 *In probationibus æqualiter fauemus actori, & reo.*

7 *Edenda ſunt inſtrumenta, quibus quis vſurus eſt in iudicio.*

8 *Appellatione inſtrumentorum rationes quoque veniunt.*

9 *Fauorabiliores ſunt rei potius quam actores.*

10 *Actor, qui in poteſtate habet quandocũque reum conuenire, paratus & inſtructus ad iudicium accedere debet; reus vero, qui inuitus trahitur, minus inſtructus præſumitur.*

11 *Debitor, qui ſoluit debitum, poteſt repetere inſtrumentum obligationis.*

12 *Conciliantur regula in iudicijs, & regula fauorabiliores in 6.*

13 *Reus excommunicatus admittitur in iudicio ad ſe defendendum, ſed non actor ad agendum.*

14 *Conciliatio communis regulæ in iudicijs, & regulæ fauorabiliores improbatur, & alia verior aſſignatur.*

15 *Interpretatur textus in cap. 1. de probationib.*

16 *Reus tenetur ſuam exceptionem probare, ſicut actor ſuam actionem.*

17 *Nomina teſtium, edi non debent propter timorem ſubornationis.*

18 *Aequalitas ſeruatur inter actorem, & reum in dilationibus concedendis.*

19 *Explicatur tex. in l. 1. §. edenda ff. de edendo.*

20 *Licet reus non teneatur actori ſua inſtrumenta edere niſi ex iuſta cauſa; actor tamen compellitur ſua reo edere.*

21 *Excipiens de compenſatione agere dicitur, & reconuentio eſt mutua petitio, in quibus actor non tenetur reo edere inſtrumenta.*

Actor an poſsit compelli inſtrumenta ſua reo edere?

QVÆSTIO. V.

1 NOn defuerunt aliqui D D. qui regulam hanc conſtituebant quod ſicut reus non tenetur inſtrumenta ſua actori edere ad fũdandam ſuam actionem, vt in l. 1. l. qui accuſare l. fi. C. de edendo cap. 1. de probatio. ita neque actor reo ad fundandam ſuam exceptionem; quorum opinio ſequẽtibus corroboratur medijs.

2 Primo nam iuris communis regula eſt in iuditijs non eſſe exceptionem perſonarum habẽdam, & ideo actor, & reus ęquales eſſe debent in iudicio l. non debet 41. ff. de reg. iur. cap. non licet eodem titul. in 6. ſed reus non tenetur inſtrumenta ſua edere actori, vt in d. cap. 1. de probat. cum ſimilibus ſup. adductis num. 1. ergo nec actor reo.

3 Secundo facit textus in d. cap. 1. de probat. ibi *nulli dicendum eſt*, & in d. l. qui accuſare ibi *alienorum inſtrumentorum* d. l. nimis graue C. de teſtibus ibi *vrgeri partem aduerſam*, & ibi *ab aduerſarijs* quæ verba generalia ſunt, & ita non ſolũ reum: ſed etiam actorem ab huiuſmodi inſtrumentorum editione eximere videntur.

4 Tertio nam reus in exceptione dicitur actor l. 1. ff. de except. ergo ſi prohibetur editio ad fundandam actionem, ita & ad probandam exceptionem prohibita cẽſeri debet.

5 Quarto nam actor non tenetur edere nomina teſtium l. non ex omnibus 44. ff. de arbitris: ſed valet argumentum de teſtibus ad inſtrumenta l. in excercendis C. de fi. inſtrument. ergo nec tenebitur inſtrumenta edere.

6 Quinto nam in probationibus ęqualiter fauemus actori, & reo l. petendæ C. de tempor. reſtit. pet. ergo ſicut ad probandam intentionem actoris reus non poteſt compelli inſtrumenta ſua actori edere, ita neque actor tenebitur ad proban-

dam exceptionem rei ſua edere.

7 Vltimo facit tex. in l. 1. §. edenda ff. de edendo, vbi dicitur edenda eſſe inſtrumenta tantum quibus quis vſurus eſt in iudicio, ergo actor non poterat compelli edere inſtrumenta quibus ipſe vſurus non eſt, quam ſententiam probarunt gloſ. in cap. G. perpetuus de fide inſtrument. & poſt Odofredum, & antiquiores, defendunt Salic. num. 6. Socc. num. 11. Lanc. col. 2. Purp. 11. Curt. Iunior 10. in d. l. fin. Barb. 46. Mantua 21. in d. c. 1. & Donel. lib. 23. Comment. c. 6.

8 Sed contraria ſententia verior eſt, nempè, vt actor teneatur propria inſtrumenta reo edere ad fundandam ſuam exceptionem quę probatur ex ſequentibus. Primò ex d. l. fi. Cod. de edendo, quæ licet in principio loquatur de rationibus, procedit etiã in inſtrumentis, tum quia appellatione inſtrumentorum rationes quoque veniunt: quia iudicem inſtruunt l. notionem §. inſtru. ff. de verbor. ſignific. tum etiam, quia Imperator ibi promiſcue vtitur illis duobus nominibus, & in l. cum ſeruus 81. ff. de condit. & demonſtrat.

9 Secundo nam in iure noſtro fauorabiliores ſunt rei potius quam actores capit. ex litteris de probat. l. fauorabiliores 168. ff. de reg. iur. reg. cum ſunt partium eodem titul. in 6. ergo ſi fauore rei eſt introductum, vt actor ei teneatur inſtrumenta edere non debet extendi huiuſmodi fauor ad actorem. l. ius ſingulare l. quod cõtra ff. de legibus.

10 Conſequentia probatur, nam ſi propter aliquam rationem reus non tenetur edere inſtrumenta actori ea maxime. quia actor, qui in ſua poteſtate habet quandocunque reum conuenire l. pure §. fin. ff. de doli exceptione l. vnica Cod. vt nemo inuitus agere. ad iudiciũ inſtructus accedere tenetur l. qui in alterius §. fi. ff. de reg. iur. cap. ſi teſtes §. qui intendit 4. q. 3. nõ autem ab aduerſario probationes ſuę intentionis exigere, quia nimis graue eſſet l. nimis graue Cod. de teſt. quæ ratio ceſſat in reo: nam cum inuitus ad iudicium veniat l. inter ſtipulantem §. 1. ff. de verborum obligation. & præter ſpem minus inſtructus l. 2. Cod. de dilatio. ſecundum æquitatem naturalem viſum eſt, vt ei inſtrumenta ſua exibeat actor ad probandã exceptionem, & defenſionem.

11 Tertio, & vltimo probatur hec verior opinio ex l. diſſolutæ Cod. de condiction. ex lege l. qui tabulas 27. ff. de furtis, vbi debitor, qui ſoluit debitum, poteſt repetere inſtrumentum obligationis, ergo multo magis poterit petere, vt edatur in iudicio ad hoc, vt conſtet de debito. Ex quibus hanc ſentẽtiam probarunt gloſ. Bart. Bal. & Iaſ. num. 1. Alex. 3. Alc. 6. Bol. 28. in d. l. fin. gloſ. 2. in d. c. 1. de probat. quam ſequuntur Imol. num. 7. Abb. 14. Aret. 46. Felin. 25. Ber. 57. Ferr. 33. Miſing. 31. Mand. 82. ibi. Patia. de probation. lib. 1. cap. 63. numer. 117. Ioan. Gar. de nobilitat. gloſ. 2. §. 1. numer. 22.

12 Neque obſtant fundamenta pro contraria ſup. adducta. non primum de regula in iudicijs in 6. quia alia contraria reperitur, nempe fauorabiliores eſſe reos quã actores, vt ſup. probaui num. 9. quam contrarietatem, vt componerent DD. hanc conſtituerunt diſtinctionem ſcilicet in principio litis magis fauendum eſſe actori l. ſi quis intentione ambigua ff. de iudicijs in medio ęquales eſſe debere actorem, & reum vt in d. reg. in inditijs cap. iudicantem 30. quæſt. 5. in fine vero magis fauendum eſſe reo, vt in d. reg. fauorabiliores docet gloſ. verbo, & pertinentijs in cap. cum ad ſedem de reſtitutio. ſpol. recepta ex pluribus adductis a Cagn. in d. l. fauorabiliores num. 3. Alc. de præſumptionibus reg. 3. præſum. 44. Menoch. eodem tract. lib. 2. præſumpt. 92.

13 Sed hæc diſtinctio mihi numquam placuit nec defendi poſſe exiſtimo, quia in principio litis etiam reo fauetur magis quam actori, cum reus excommunicatus admittatur in iudicio ad excipiendum, actor autem excluditur ab agendo capit. intelleximus de iudicijs capit. cum inter de exceptio. & reus pluribus defenſionibus, vti non prohibetur, reg. pluribus in 6. actor autem vnica tantum actione experiri valet l. nemo 44. §. 1. ff. de reg. iur. l. fi. C. de codicillis.

14 Quare verior ſolutio ſit regulam in iudicijs limitandam eſſe in caſibus a iure expreſſis ex iuſta cauſa pro vt in noſtro, & alijs relaris a Cag. & Dec. num. 3. in d. l. fauorabiliores, & ita reſpondet Alex. in d. l. fin. num. 3. Cod. de edendo, & ibi Dec num. 178. dicens minus periculoſam hanc ſolutionem eſſe, & receptam commu-

mu-

Digitized by Google

muniter fatentur rerr num. 33. & Miſing. num. 21. ſed rationem limitationis non ſatis explicat, tu tamen eam inuenies ſup. nu. 10.

15 Neque obſtat ſecundum de tex. in c. 1. de probat. cum ſimilibus ſup. adductis numer. 3. nam breuiter reſpondeo verba illa licet generalia, non debere intelligi de actore, & reo; ſed ſecundum ſubiectam materiam de reo tantum: cum ea iura loquantur de actore petente editionem inſtrumentorũ, vt ex illorum cõtextura, & perfecta verborum intelligentia colligitur. quam explicationem aſſignat gloſ. ibi communiter recepta in dict. capitulo 1.

16 Minus obſtat tertium de l. 1. ff. de excep. quia non ſimpliciter dicitur actor reus in exceptionibus, ſed ad effectum, vt illas probet, ſicut actor ſuam actionem l. in excep. ff. de probat. & conſtat ex d. l. 1. ibi *videtur*. neque ex eo deſinit eſſe reus, & ſe defendere ab actore, quominus gaudeat priuilegio ſibi conceſſo in edicto de edendo. ex ratione ſup. tradita nu. 10.

17 Nec item obſtat quartum de l. non ex omnibus ff. de arbitris: nam tunc demum valet argumentum de test. ad inſtrumenta, quando eadem in vtriſque militat ratio: vnde cum non eadem, ſed longe diuerſa militet inter caſum d. l. non ex omnibus, & caſum noſtræ quæſtionis, diuerſum etiam ſtatui debet ius arg. l. illud ff de l. aquil. quod autem diuerſa ſit ratio ex eo patet, nam ideo nomina teſtium edenda non eſſe dicitur in d. l. non ex omnibus, ne detur occaſio ipſos teſtes ſubornandi, quæ ratio ceſſat in editione inſtrumentorum, & ſic licet actor nõ compellatur edere nomina teſtium; compellitur tamen edere inſtrumenta. ex iuribus, & rationibus ſup. adductis.

18 Neque obſtat quintum de l. petendæ C. de temporibus reſtit. pet. vbi æqualiter fauetur in probationibus actori, & reo: nam breuiter reſpondendum eſt verum eſſe, quod in requirendis probationibus æqualiter fauet ius actori, & reo, quoad dilationes temporis neceſſarij ad eas faciẽdas, ſed nõ quoad locum, vnde probationes deducuntur: nam in hoc diuerſum ius ſtatuitur in vno, quam in alio, vt in caſu de quibus loquimur, in quo reus de domo actoris probationes ſuæ exceptionis deducere poteſt, ne forte inuitus, imparatus, & improuiſus ad iudicium veniens, innocens forte condemnetur contra naturalem æquitatem, qua edictum prætoris fundari ſæpe ſæpius diximus actor autem de domo rei non poteſt; quia *nimis graue eſſet vrgere partem aduerſã ad exhibitionem eorum, per quos ſibi negotium fiat* l. nimis graue C. de de teſt. maxime cum actor habeat in ſua poteſtate quandocumque reum conuenire l. pure §. fin. ff. de doli mali & metus exceptione cum ſimilibus ſup. adductis numer. 10.

19 Denique non obſtat tex. in l. 1. § edenda ff. de edendo: nã loquitur in reo, qui nõ tenetur edere niſi inſtrumenta quibus vſurus eſt in iudicio, vel ſecundo reſpõdendũ eſt tex. illum loqui de editione, quæ fit ante litem conteſtatam ad certiorandum reum vtrum cedere vel contendere velit, vt in d. l. 1. in princ. & in §. p. non vero de editione, quę fit ad probandam intentionem actoris, vel defenſionem rei, de qua nos loquimur.

20 Ex quibus omnibus reſoluendum eſt, quod licet reus non teneatur actori inſtrumenta ſua edere niſi ex iuſta cauſa: actor autem teneatur edere reo petenti ad fundandam exceptionem, quæ meram defenſionem contineat.

21 Ex qua reſolutione deducitur actorem non teneri, inſtrumenta ſua reo edere ad fundandam exceptionem reconuentionis, vel compenſationis; excipiens enim de compẽſatione agere dicitur l. amplius 15. ff. rem ratam haberi l. 2. & 3. l. quod in diem §. 1. ff. de compenſ. ſicuti de recõpenſatione dicitur in cap. cum inter de exceptionibus: quia mutua petitio eſt, capitul. 1. & 2. de mut. petit. & probant comm. ex Det. num. 188. Bero. 62. in d. c. 3. de probat.

SVMMARIVM.

1 *Actor prætendens iuſtam cauſam eſſe, vt reus compellatur ſibi inſtrumenta edere an teneatur tam probare?*

2 *Omne quod eſt fundamentũ intentionis alicuius, ab eo debet probari, cuius ipſa intentio eſt.*

3 *Vbicunque negatio eſt cauſa intentionis alicuius, ſiue agentis, ſiue excipientis, neganti incumbit onus probandi, & nu. 5.*

4 Ad hoc vt pater acquirat ſibi ſoli, non vero ſibi, & filia ſimul actionem ex ſti pulatu ad repetendam dotem, neceſſe eſt vt ſtipuletur ex continenti quando dat dotem.

6 Vnuſquiſque ſuam intentionem probare tenetur & nu.ſeq.

8 Negantis factum per rerum naturam improbabile eſt.

9 Reus non tenetur inſtrumenta ſua actori edere niſi ex iuſta cauſa.

10 Appellaſſe dicens tria probare tenetur. primo appellaſſe. ſecundo ex legitima cauſa. tertio infra tempus legitimum ad appellandum.

11 Qui ſe fundat in regula iuris communis transfert onus probandi in aduerſarium allegantem exceptionem à regula.

12 Vbi aliquid permittitur iudici faciendũ ex cauſa, illa probari debet per eum, cuius intereſt.

13 Bonorum poſſeſſionis beneficio, vt quis gaudeat, probare debet iudicium admittentis.

14 Actore non probante reus, & ſi nihil præſtiterit, venit abſoluendus & nu.17.

15 Explicatur lex quoties ff. ſolut. matrimon.

16 Explicatur lex 2.C. de petitione hæreditatis.

18 Magna cauſa eſſe debet, vt reus contra æquitatem naturalem compellatur inſtrumenta edere actori.

19 Quæ dicatur magna cauſa? & in quibus conſiſtat dicitur.

Actor prætẽdens iuſtam cauſam eſſe, vt reus compellatur ſibi inſtrumenta edere, an teneatur eam probare?

QVÆSTIO. VI.

1 STante iuris communis regula, de qua in l.1. cũ ſimilibus C. de edendo, qua cauetur reum non teneri edere inſtrumenta actori, niſi ex iuſta cauſa. quam ſup. probauimus hoc eodem libro q.5. num.20. non incongrue hæſitari poteſt an ſi prætendat actor cauſam eſſe, teneatur illam probare? & non teneri, ſed reum debere probare iuſtam cauſam non eſſe probarunt nonnulli ex ſequentibus fundamentis.

2 Primo nam omne id quod eſt fundamẽtum intentionis alicuius ab eo debet probari, cuius eſt intentio l. ab ea parte ff. de probat. gl. in l. 2. C. de petiti. hæred. ſed non eſſe iuſtam cauſam ad hoc, vt reus cõpellatur edere inſtrumenta ſua actori, eſt fundamentum intentionis rei. ergo ab eodem probari debet.

3 Secundo nam vbicumq; negatio eſt cauſa intentionis alicuius, ſiue agentis, ſiue excipientis ei, qui negat, incumbit onus probandi l. fin §. docere vbi Bar. ff. ne quis eum qui in ius vocatus eſt vi eximat Bartol. in l. illa ſtipulatio ff. verb. obligat. nu. 5. & DD. in l. actor C. de probat. ſed in propoſita quæſtione negatio eſt cauſa intẽtionis excipientis igitur ipſe, non actor tenetur illam probare.

4 Tertio ad hoc, vt pater acquirat ſibi ſoli; non vero ſibi & filiæ ſimul actionem ex ſtipulatu ad repetendam dotem, neceſſe eſt, vt quãdo dotẽ dedit, ex continenti ſtipulatus fuerit l. quoties ff. ſolut. mat. ſed ſi filia excipiat ſtipulationem non eſſe interpoſitam ex continenti, illi incumbit onus probãdi. ex doctrina Bal. in l. poſt dotem ff. ſolut. mat. igitur incumbet etiã reo excipiẽti non eſſe iuſtam cauſam, vt ipſe compellatur inſtrumenta ſua actori edere.

5 Vltimo denique hæc ſententia probatur argumento tex. in l. 2. C. de petit. hæreditatis, vbi quidam emit partem bonorum ad hẹrede, cui ſuper eiſdẽ bonis mota fuerat iudicialis controuerſia petebantur ab eodem emptore fructus a die celebratæ emptionis, quos ipſe negabat, quia emerat ante motam litem, & illud probare debuit. igitur, & reus negans iuſtã cauſam eſſe tenebitur illud probare.

6 Verum contraria ſententia probabilior eſt, & omnino tenenda ex ſequentibus fundamentis. Primo nam certiſſimi iuris eſt vnumquemque ſuæ intentionis fundamentum probare debere gl. in l. cum actum ff. de negotijs geſt. l. areth. § fi. cum leg. ſeq. ff. de ſtatu hominũ & probat Bartol. in l. is qui ff. de iure fiſci & in l. non ſolum §. ſed probari ff. de noui operis nunc. nam actor, quod aſſeuerat probare tenetur l. actor C. de probat. & eo non probante reus abſoluitur l. qui accuſare

C.de

C.de edendo cap.cum Eccleſia de cauſa
8 poſſeſſionis,& proprietatis negãtis enim
factum per rerum naturam improbabile
eſt d.l. actor cap. quoniam contra de pro-
bat.igitur actor tenebitur probare iuſtam
cauſam.

9 Secundo, quia tunc demum teneretur
reus probare iuſtam cauſam non eſſe,quã-
do ſuæ intentionis fundamentũ non con-
ſiſteret in alio,quam in negatiua,ſed con-
ſiſtit in regula iuris communis, qua caue-
tur reum non teneri edere inſtrumenta
actori niſi ex iuſta cauſa, vt in d.l.1. ergo
illam allegans tenetur probare non vero
illam eſſe negans.

10 Tertio facit text. in cap. Romana, §.ſi
vero de appell. in 6. vbi ille, qui dicit ſe
appellaſſe, tria probare tenetur nempè
appellaſſe, item ex legitima cauſa, item
intra tempus legitimum ad appellandum
in iure conceſſum.ergo ita,& eodem mo-
do allegans inſtam cauſam eſſe,vt reus cõ-
tra regulas iuris communis compellatur
edere inſtrumenta actori illam probare
tenebitur.

11 Quarto,nam ille qui ſe fundat in regu-
la iuris communis trãsfert onus probandi
in aduerſarium allegantem exceptionem
à regula d. l. ab ea parte 5. ff. de probat.l.
ſuus quoque 4.§. puto ff.de hæred. inſtit.
cap.ſi.in fine de reſtit.ſpoliat.in 6.l.omnis
diffinitio,vbi gloſ. ff.de regul.iur. Dec.in
cap.2. Notab.2.de probat. Abbas in rubr.
vt lite non conteſtatu in princ.Patian. de
probat. lib.1.cap.62. in princ.

12 Quinto, nam vbi aliquid permittitur
Iudici faciendum ex cauſa, illa probanda
eſt per eum,cuius intereſt.ex ſingulari do-
ctrina Innoc.in cap.præterea de dilat.Ol-
drad.conſil.287.quos refert Roman.con-
ſil.487.& 499.ſed in caſu noſtro commiſ-
ſum eſt arbitrio Iudicis reum compellere
ex iuſta cauſa, vt in d.l.1. ibi, *id ex cauſa
ad Iudicis officium pertinere ſolet*.ergo
probanda eſt per actorem, cuius intereſt.

13 Vltimo facit text. in §. ſi. inſtit. de bo-
nor. poſs. vbi tunc demum potitur quis
bonorum poſſeſſionis beneficio, cũ pro-
bauerit iudicium admittentis. Quibus
non adductis fundamentis hanc ſententiã
probant Bart. per text. ibi in l. ſi forte ff.
de Caſtr. pec.Farin.1.tom.tit. de delictis
quæſt.17.à num.62.Maſcar.1.tomo Con-
cluſ.275.Menoch.de præſump.lib.2.pre-
ſumpt. 10. & alij plures ab eis relati.

Nec in contrarium quidquam obſtant
fundamenta à nu.2. vſque ad 5.adducta:
nam ad primum breuiter reſpondendum
eſt negando minorem propoſitionem ar-
gumenti,quia vt ſupra dixi num. 9. Reus
intentionem ſuam fundatam habet in re-
gula iuris communis, qua cauetur ipſum
non teneri edere inſtrumenta ſua actori,
vt in dicto cap.1.de probat. d.l.nimis gra-
ue Cod.de teſtibus d.l. qui accuſare d.l.ſi.
C.de edẽdo niſi ex iuſta cauſa, vt in d.l.1.
C.eodem; non vero in negatione cauſæ
iuſtæ allegatæ ab actore, atque ita non il-
le, ſed actor tenetur illam probare, alias
ſuccumbet ex ſupradictis, & reus abſolui-
tur, vt in d. l. qui accuſare quomodo re-
ſpondendum eſt ad ſecundum fundamen-
tum ſupra num. 3. adductum.

15 Minus obſtat 3. de illa doctrina Baldi
in l. poſt dotem,ff.ſoluto matrimonio di-
centis filiam excipientem non eſſe inter-
poſitam ſtipulationem ex continenti, ad
id probandum teneri: nam falſam eſſe
huiuſmodi opinionem docent Alex.Imo.
& Iaſ. ibi,& probat Miſin. in rubr. C.qui
admitti num.723.& dato quod ibi dicta
filia teneretur probare, non negatiuam
illam; ſed potius affirmatiuam, ſcilicet
ſtipulationem illam ex diſcontinuo fuiſſe
interpoſitam ſupponendum eſt, vt verius
probaui ſupra.

16 Vltimo non obſtat text.in l.2.C.de pe-
tit. hæredit. nam reſpondendum eſt, ibi
reum non probare negatiuam,ſed potius
affirmatiuam, ſcilicet emptionem cele-
bratam fuiſſe poſt motam litem, in quo
exceptionem ſuam fundabat, & ideò illã
probare debebat,vt in l.1.ff.de except. &
ſatis probaui ſupra num.2. 3.& 6. in no-
ſtra autem propoſita quæſt.reus ſuam ex-
ceptionem fundatam habet in regula iu-
ris communis, vt ſæpè ſæpius dixi.

17 Ex quibus reſolue actorem teneri pro-
bare iuſtam cauſam eſſe,vt reus compella-
tur ſibi edere inſtrumenta, alias ſuccum-
bere; reum enim neceſſitate probandi
contrarium ius non adſtringit, vt inquit
text. in d.l.actor quod aſſeuerat C.de
probat.

18 Nec quælibet cauſa ſufficiens eſt,vt reus
contra æquitatem naturalem compella-
tur inſtrumenta ſua edere,ſed magna eſſe
debet ex Innoc. num.3.Ant. 11. Abb.21.
in d.c.1.de probat. Purpur. in d.l.1.nu.8.

19 Quæ autem magna cauſa dicatur arbi-
trio Iudicis ius noſtrum reliquit in d.l.1
C.de edendo probant Alciatus ibi nu.25
Menoch.

Digitized by Google

Menoch. de arbitrarijs lib. 2. caſu 499. num. 5. quæ conſiderari poteſt tripliciter aut ratione perſonæ rei, aut perſonæ actoris, aut qualitatis negotij, de quo agitur. Ratione perſonę rei, veluti ſi argentarius ſit, qui tam ratione publici officij; quàm mandati quod præſumitur pręceſſiſſe inter ipſum, & alias perſonas cũ quibus cõtrahit tenetur, vt in l. Prætor ait, l. argentarius, l. ſi quis ex argentarijs, l. quædam §. pertinere, & §. numularios ff. de edendo quia cum eorum officium publicum ſit, & principalis illorum opera, & actus ſui rationes diligẽter conficiant, ęquum viſum fuit, id quod mei cauſa cõfecerint; meum quodammodo inſtrumentum mihi edi. quæ verba ſunt Vlpiani in d. l. prætor ait in verſiculo huius edicti ratio, qua ratione hęres argentarij etiam tenetur lib. ſuarum rationum, & teſtatoris edere d. l. ſi quis ex argentarijs §. 1. ibi *cogentur, & ſucceſſores argentarij edere rationes*, d. l. quædam §. nihil ibi, *nihil intereſt ſi ſucceſſores, aut pater, aut dominus argentarij eiuſdem fuerint profeſſionis, &c.*

Præterea ratione perſonæ rei, tenentur omnes, qui aliena negotia geſſerunt, vt negotiorum geſtores, procuratores ad lites, & negotia, conſtituti ſocius, pater qui bona aduentitia, ſeu materna adminiſtrauit tutor, vel curator, vt eleganter probat Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu 209 Gutt. in tractatu de tutelis 3 p. c. 1. nu. 69. argumento text. in l. fi. §. inter cętera ff. de liberatione legata l. 1. §. officio ff. de tut. & rat. diſtr. l. ſi ſtatu libera §. rationum ff. de ſtatu liberis, & eorum, quæ tradit Bal. in l. cum teſtamento C. de teſtamentaria manumiſſione, & Gut. vbi ſupra licet verum ſit huiuſmodi adminiſtratores non cogi ex edicto prætoris, de quo in tit. de edendo, ſed ex actione particulari ſecundum rei qualitatem, vt colligitur ex d. l. quædã, & probat Cui. lib. 10. obſeruationũ c. 14. colum. 2. in fi. Rurſus compelluntur vſurarij etiam rei, & in d. clem. 1. §. cęterum de vſuris.

Ratione perſonæ actoris, compellitur ipſe reus ad huiuſmodi editionem, veluti ſi Fiſcus ſit actor l. 2. §. Diuus, & §. item Diui ff. de iure fiſci l. Senatus ff. de edendo, & probant communiter DD. omnes, vt teſtatur Dec. in l. qui accuſare C. eodẽ nu. 30. & Connan. lib. 23. cõmentariorũ cap. 7. colum. 2. Item ſi actor quicumque ſit, petat rationes, ſeu inſtrumenta non ad fundandam, ſed ad fundatam iam intentionem ſuam declarandam, reus ad editionem compellitur ratione negotij de quo agitur, eo enim in caſu iuſta cauſa cõſideratur ex eo, quod qui declarat nihil de nouo agit, l. hæredes 21. §. ſi quid poſt factum ff. de teſtam. cap. cum clamor de teſt. vnde cum actor originem petitionis de domo rei probare non velit contra legem fi. C. de edendo, aut initium ſuarum probationum deducere cõtra l. de minore §. tormenta ff. de quæſt. poterit reus cogi præcipuè cum facilius aliquid ad cõfirmandum concedatur, quam ad nouiter faciendum, l. 1. §. ædificium ff. de noui operis nunciatione cap. conſuluit de Iud. Item ratione qualitatis negotij conſideratur iuſta cauſa, vt reus compellatur ad editionem veluti ſi actor petat inſtrumenta, aut rationes ad probandam replicationem; quia replicatio vim, & naturam exceptionis obtinet, cum per eam actor ſe defendat ab exceptione rei l. 2. ff. de except. §. fi. inſtitut. de replicat. & ad quam non potuit venire inſtructus. Vnde in actore replicante militant rationes in reo ſupra conſideratę, & ita reus compelli poterit ad huiuſmodi editionem, pro qua reſolutione facit text. elegans in l. penult. ff. ad l. Falcid. & probant Alexand. nu. 3. Alciat. 6. Bolog 1. 28. in l. fi. C. de edendo, & ibi Bart. Bald. & Iaſ. num. 2.

Prætęrea quãdo reus vſus, vel vſurus eſt in iuditio eiſdem inſtrumentis; nam tunc etiam ad probandam intentionem actoris ad editionem illorum cogi poteſt l. 1. §. edenda ff. de edendo c. contingit de fide inſtrumentorum cap. cum perſonæ verſ. nos volentes de priuil. in 6. Item in his tribus iudicijs familiæ Herciſcundæ, cõmuni diuidundo, & finium regendorum, compellitur reus ad huiuſmodi editionem: quia in eis vterque actor eſt, & vterque reus l. in tribus ff. de iuditijs c. ex literis de probat. & probat Alciat. in l. 1. nu. 31. C. de edendo. Denique poteſt generalis conſtitui regula, vt reus compellatur edere inſtrumenta actori ex iuſta cauſa arbitrio Iudicis extimanda, vt optimè notat Alciat. vbi proximè num. 32. Menoch. de arbit. lib. 2. cap. 93. & colligitur ex hac l. 1. ibi, *id ex cauſa ad Iudicis officium pertinere ſolet*, C. de edendo, & probauimus ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Actoris aſſertio dicentis ſe malitioſè inſtrumenta rei non petere, ſed quia aliunde veritatem habere non poteſt, an ſit ſufficiens cauſa, vt reus compellatur illa edere?*

2 *Si argentarius inſtrumenta perdidit caſu fortuito, reus compellitur illi edere ſua inſtrumenta.*

3 *Teſtes priuilegiati, qui non compelluntur teſtimonia dicere, veluti filius contra patrem, vxor contra maritum, & ſimiles, ſi aliunde veritas haberi non poteſt, an poſſint compelli teſtimonia dicere?*

4 *Nihil debet permitti, per quod veritas occultetur.*

5 *Iniquum non eſt iuranti non calumnioſè poſtulare editionem, inſtrumentorum concedi.*

6 *Quædam interpratum inductio cap. 1. de probat. reijcitur.*

7 *Etiam propter inopiam probationum ſerui contra dominum interrogari valent.*

8 *Odio vſurarum ſpetialiter inductum eſt vt reus inſtrumenta actori edat.*

9 *Spetialiter inductum eſt in fauorem fiſci, vt ſi aliter veritas haberi non poteſt, reus teneatur illi ſua edere.*

10 *Non debet fieri interpretatio, ex qua deciſio legis, vel canonis reddatur illuſoria.*

11 *Ex cauſa licet à regulis iuris communis recedere.*

12 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*

Et facilius tollitur priuilegium quam ius commune.

13 *Actori imputari poteſt quod ſuorum iurium cautelas, & probationes ſibi non parauit.*

14 *Interpretatur l. theſaurus, ff. ad exhibend.*

Actoris aſſertio dicentis ſe malitioſè inſtrumenta rei non petere, ſed quia aliunde veritatem habere non poteſt, an ſufficiat, vt reus compellatur edere?

QVÆSTIO VII.

EXaminatis duabus difficillimis, & vtilibus quæſtionibus in materia editionis, ſubſequitur alia non minus vtilis, & neceſſaria, cuius affirmatiuam, ſcilicet ſufficientem cauſam illam eſſe de qua in quæſtione, vt reus compellatur inſtrumenta ſua edere actori, probarunt Innoc. dicto num. 3. Imol. 8. Ant. 11. in d. cap. 1. de probat. & magis communem dicit Mantua, ibi num. 40. probant latè Roman. conſil. 398. num. 4. vbi Mandoſ. plures refert Alex. in l. fi. num. 22 & ibi, Iaſ. num. 3. C. de edendo Alc. in d. l. 1. num. 29. C. eodem cum pluribus relatis 1. tomo communium opinionū lib. 2. tit. 1. num. 7. qui mouentur ex ſequentibus.

2 Primo ex tex. in l. ſi quis ex argentarijs §. fi. ff. de edendo, vbi ſi argentarius dixerit ſe inſtrumenta perdidiſſe ruina, naufragio, vel alio ſimili caſu compelli poſſe reum inſtrumenta ſua edere dicitur.

3 Secundo mouentur ex eo, nam teſtis priuilegiatus, qui non compellitur teſtimonium dicere, veluti filius contra patrem, vxor contra maritum, ſeruus contra dominum, & alij de quibus in l. 4. ff. de teſtibus. c. ſi teſtes §. item lex Iulia. 4. quæſt. 3. quando aliunde veritas haberi non poteſt, ne probationum facultas pereat; contra leg. penult. C. de hęret. compellitur dicere teſtimonium l. ſerui reſponſo. ff. de teſtibus d. c. ſi teſtes §. ſerui reſponſo gloſ. verbo *occultetur* in cap. ſi. 14. quæſt. 2. ergo ſimiliter reus etiam priuilegiatus ex d. cap. 1. de probat. d. l. 1. C. de edend. cum ſimilibus, quando actor aliunde veritatem habere non poreſt, poterit compelli ſua inſtrumenta actori edere:

Digitized by Google

re; cum valeat argumētum de teſtibus ad inſtrumenta ex l. in exercendis C. de fide inſtrumentorum cap. cum Ioannes extra eodem.

4 Tertio facit pro hac opinione, nam non debet aliquid permitti, per quod veritas occultetur l. decurionum ff. de pęnis melius enim eſt pati pro veritate dicēda, quam brauium conſequi ex adulatione, cap. quiſquis cum ſeq. 11. q. 3. quin immò ſcandalum potius permittitur, quam veritas occultetur, cap. qui ſcandalizauerit de regul. iur. in antiq. & in hoc præcipuè Iudicis munus verſatur, vt veritatē perſcrutetur, c. iudicantem 30. quęſt. 5. c. fi. 7. q. 1. cap. illi qui 5. q. 5. l. ſi cum in princip. ff. ſi quis cautionibus, ibi *vt veritas inquiratur* l. fin. ff. de probat. ibi *veritati ſemper locum fore* cum alijs congeſtis à Dec. in l. 2. num. 11. C. de edendo, ergo ſi aliunde veritatem actor habere non poteſt, reus compelli poterit inſtrumenta ſua illi edere, cum finis editionis ſit cura inueſtigandæ veritatis l. 2. l. nō eſt nouum C. de edendo.

5 Vltimo facit pro hac opinione text. in l. theſaurus 15. ff. ad exhibendum, vbi I.C. dicit non eſſe iniquum iuranti nō calumniæ cauſa id poſtulare, vel interdictum, vel exhibitionem dari.

6 Contraria tamen ſententia verior eſt, vt etiam hoc caſu non ſit recedendum à regula generali dicti capituli primi de probat. c. cū ſimilibus quam probant Abbas nu. 21. Aret. 49. Felyn. 12. in d. cap. 1. Ripa in d. l. 1. C. de edendo nu. 8. pro qua licet allegari ſoleat text. in d. cap. 1. mihi tamen nunquam illius textus inductio ad hoc propoſitum placuit, vt alias publicè dixi dū in nobiliſſimo Neapolitano Studio text. in d. l. 1. C. de edendo interpetrarer: quia nec conſtat aliundè Tancredum Regem inſtrumēta illa requiſijſſe, nec pacta, de quibus ibi, adeò vetuſta erant, quod de illis non potuiſſet reperiri ſcriptura in Hiſpania; cum ea fuerint celebrata anno 554. & petita à Tācredo Biſigotorum Hiſpaniæ Rege anno 590. quo tempore ſcripta fuit Epiſtola illa à Gregorio Magno d. cap. 1. Authore, vt refert Baſcus in cronica Hiſpaniæ anno 554. & 590.

7 Probatur tamen hæc verior ſententia ex l. 1. C. de quæſt. vbi etiam propter inopiam probationum, ſerui contra dominū interrogari non valent.

8 Secundo, quia ſi odio vſurarum id ſpecialiter inductum eſt quando aliter veritas haberi non poteſt, quod reus teneatur propria inſtrumenta actori edere, vt in clem. vnica § cæterum de vſuris rectè ſequitur in alijs regulariter non poſſe compelli argum. l. quod vero, & l. ius ſingulare ff. de legibus.

9 Tertio, quia ſi ſpecialiter etiam in fauorem fiſci conſtitutum eſt in l. 2. § diuus ff. de iure fiſci quod ſi aliter veritas haberi non poteſt, reus compellatur propria inſtrumenta edere, quomodo id ad alios extendi poteſt ſtante deciſione textus in d. l. ius ſingulare cum ſimilibus, ff. de legibus.

10 Vltimo, nam ſi reus teneretur inſtrumenta propria actori edere quando aliter veritas haberi non poteſt, omnis editionis materia redderetur illuſoria cōtra text. in l. 2. C. com. de leg. cap. commiſſa de electione in 6. cum vere actor non petat inſtrumenta à reo niſi quando probationem ſuæ intentionis aliter habere non poteſt maximè pręcedente iuramento de calumnia.

11 Nec in contrarium obſtat text. in d. l. ſi quis ex argentarijs § fi. ff. de edendo, cui reſpondeas quod quando inſtrumenta deperdita ſunt ſine culpa actoris veluti incendio, ruina, naufragio, aut alio ſimili caſu ſibi imputari non poteſt paratum ad iudicium non veniſſe; vnde iam ceſſat ratio propter quam reum nō poſſe compelli edere inſtrumenta actori reſoluimus in præcedenti quæſt. præcipuè num. 10. & ita reus cogitur originalia edere Iudicis officio in d. § fi. maximè cum ex cauſa liceat à regula iuris recedere argum. l. ſi hominem cum ſimilibus ff. mandati quam ſolutionem probant Ant. nu. 11. Dec. 144. Ferrar. 23. in d. cap. 1. Soccin. reg. 112. fallen. vltima Patian. l. 1. c. 63. nu. 160. & ita debet intelligi deciſio Rotę 5. de fid. inſt.

12 Neq; obſtat ſecundum fundamentum de l. ſerui reſponſo ff. de teſtibus, nam contraria regula ſeruatur, nempè quod non teneantur proferre teſtimonium teſtes priuilegiati, de quibus in d. l. 4. præter ſeruum quem teneri dicitur in d. l. ſerui reſponſo. Vnde exceptio iſta firmat regulam in contrarium, l. nam quod liquide § fi. de poen. legata, & hoc eſt in criminalibus: nam in ciuilibus etiam propter inopiam probationum ſeruus contra dominum teſtificari non compellitur d. l. 1. C. de quæſtion. gloſ. verbo denunciatur in d. l. 4. ff. de teſt.

Et licet verum eſſet regulam d.l.4.generaliter procedere quandocunque veritas aliter haberi non poteſt,non tamen prędictum argumētum de teſtibus ad inſtrumenta procedit,cum facilius tollatur priuilegium, quam ius commune l. eius militis §. ſi militia ff. de milit. teſt. & ita aduer:unt Dec. num.141.Mant.40.in dicto cap. 1.

13 Neq; obſtat tertium, quia negatur veritatis occultandę occaſionem dari ex eo, quod talis editio denegatur non ſolum, quia euenire facilè poteſt, vt ex ſolis inſtrumentis, quorum petitur editio tota nō appareat veritas cum poſſit in illis de credito dumtaxat actoris conſtare, non autem de rei ſolutione,& liberatione,ſed etiam quia iura nō ad hunc finem editionem huiuſmodi denegarunt,ſed quia noluerunt reum ipſum (de cuius bonitate, & probitate iuris præſumptio eſt l.merito ff. pro ſocio l. ſeruos, ff. de manumiſs. teſtam.) ad eorum exhibitionem contra æquitatem compellere, & quamuis per accidens euenire poſsit, vt quis iuris benignitate abutendo veritatem rationibus ſuis comprehenſam celet,huius accidentis ratio attendenda non eſt,niſi conſtiterit de dolo,l.1.§.remouere,& ibi Bart.ff. de poſtulando.

14 Vltimo denique non obſtat text. in d. l.theſaurus, pro cuius ſolutione breuiter conſtituo textum illum loqui de interdicto ne vis fiat ei, qui eximere voluerit, vt in l.hoc amplius §. de ijs autem ff. de dāno infecto quod conceditur, iuramento prius præſtito non calumniæ cauſa id poſtulari; nos autem loquimur de edicto de edendo,quo cautum eſt,vt reus non compellatur actori edere inſtrumenta ſua ad fundandam ſuam intentionem contra ſe, niſi ex iuſta,& magna cauſa, quod diuerſum eſt propter diuerſitatem rationis in quæſt. præcedenti aſsignatæ num.10. & ita reſoluendum eſt in propoſita quęſt. aſſertionem actoris dicentis etiam cum iuramento ſe malitioſè inſtrumenta rei non petere, ſed quia aliundè veritatem habere non poteſt non eſſe ſufficientem cauſam,vt reus compellatur illa edere,& ita non comprehendi in d.l.1.C.de edendo in illis verbis *niſi ex iuſta cauſa*, ex iuribus,& rationibus ſupra adductis.

SVMMARIVM.

1 *Ad acquirendam quaſi poſſeſsionem iuris incorporalis an ſit neceſſaria ſcientia, & patientia eius, contra quem acquiritur.*

2 *Seruitutes acquiruntur per traditionem, & patientiam domini.*

3 *Abſque ſcientia, & patientia eius,contra quem acquiritur, non poteſt acquiri quaſi poſſeſſio rei incorporalis de iure Hiſpano.*

4 *Ad pręſcriptionem rerum corporalium, & ſeruitutis,& vſusfructus non eſt neceſſaria ſcientia eius, contra quem acquiritur.*

5 *Ad obtinendum in interdicto de itinere actuque priuato neceſſaria eſt quaſi poſſeſſio ſeruitutis,& non requiritur ſcientia.*

6 *Interpretatur text. in l. 2. C. de ſeruitut. & in l. ſi à te ff. ſi ſeru. vend.*

7 *Interpretatur text. in l.ſi ego ff. de publ. in rem actione.*

8 *In incorporalibus patientia nihil differt à traditione.*

9 *Inductio in fundum patientiæ euidens ſignum eſt.*

10 *Reſolutio quæſtionis proponitur.*

Ad acquirendam quaſi poſſeſsionem iuris incorporalis, an ſit neceſſaria ſcientia, & patientia eius, contra quem acquiritur?

QVÆSTIO VIII.

1 SAtis controuerſa quæſtio eſt,an ad acquirendam quaſi poſſeſsionem iuris incorporalis, ſit neceſſaria ſcientia, & patientia eius, contra quem acquiritur? & affirmatiuam probarunt Bart. in l. 1. §. hoc interdicto num. 11. ff. de itinere actuque priuato, & in l.1. §. finali, nu.4. ff. de aqua pluuia arcenda, dicit communem Abbas in capit. cum Eccleſia Sutrina de cauſa poſſeſs. & proprietat. num.25. & in capit. de quarta de præ-

Digitized by Google

ſcript. num. 29. defendunt Cepolla de ſeruitut. vrban. capit. 40. Couar. in regul. poſſeſſor 2. part. in princip. num. 8. Corraſ. in l. ſeruitutes num. 40. ff. de aqu. pluuia arcend. Menoch. de Arbitr. lib. 2. caſu 161. cum alijs adductis a Caſtillo libro primo de vſufructu cap. 12. num. 26. quorum opinio ex ſequentibus comprobari videtur.

Primo ex l. 2. C. de ſeruitut. l. ſi à te emero, ff. ſi ſeruitus vendicetur, in quibus ſcientiam eius, contra quem acquiritur, requiri videtur.

2 Secundo, nam ſeruitutes non aliter acquiruntur quam per traditionem, vel patientiam domini l. ſi ego §. 1. ff. de public. in rem. actio. l. 1. in fi. ff. de ſeruit. ruſtic. l. quoties 1. & 2. ff. de ſeruit. ſed patientia, abſque ſcientia contingere non poteſt. l. 1. §. ſcientia, ff. de tributoria in rem actione l. qui patitur ff. mandat. igitur ſcientia, & patientia requiritur ad acquirendam quaſi poſſeſſionem iuris incorporalis.

Tertio, & vltimo facit text. de iure Hiſpano in l. 15. titul. 31. part. 3. vbi Gregorius notat verbo nolo *contradiciendo*.

3 Sed contraria ſententia verior eſt, quam probant, & defendunt Cuiac. in l. ſequitur §. finali, ff. de vſucap. Rebar. ad leg. Scriboniam capit. 8. & cæteris placuit opinio iſta contraria, vt conſtat ex adductis a Morla prima parte, titulo ſexto à numer. 37. & eam probauit doctiſſimus Dominus Vergas præceptor meus Salmantinus in l. ſeruitutes num. 42. ff. de aqu. pluuia arcend. & probatur ex ſequentibus.

4 Primo ex l. fin. C. de præſcriptione longi temporis. vbi ad præſcriptionem rerum corporalium ſcientiam non requiri docet Imperator, & ſubdit idem iuris eſſe in ſeruitutibus, & vſufructu. ergo non eſt neceſſaria ſcientia, & patientia eius, contra quem acquiritur quaſi poſſeſſio iuris incorporalis.

5 Secundo facit text. in l. 1. §. hoc interdicto ff. de itinere actuque priuato; vbi illud tantum quæritur, an quis vſus ſit ſeruitute illo anno non vi, non clam, non præcario? & tamen ad obtinendum in illo interdicto neceſſaria eſt quaſi poſſeſſio ſeruitutis l. fin. ff. eodem titul. ergo non requiritur ſcientia, & patientia.

6 Qua ſententia, vt veriori retenta, non obſtant fundamenta pro contraria adducta: nam ad primum de l. 2. C. de ſeruitut. reiecta interpretatione Vgolini, quam ſequitur Longoualius in l. Imperium num. 260. ff. de iuriſdictione omnium Iudicum, & communiter improbatur ex Corraſ. & Couar. ſupra reſpondendum eſt cum Cuiac. ideò, ibi aquam per fundum Martialis eo ſciente eſſe ductam dici, vt intelligeremus eum, qui duxit non clam eam duxiſſe, neque ex eo ſequitur præcisè ſcientiam eſſe neceſſariam: cum Imperator ſecundum factum ſibi propoſitum reſpondeat, quam ſolutionem tradit gloſ. verbo *ſciente* in dicta l. 2. quomodo reſpondendum eſt ad text. in dicta l. ſi a te ff. ſi ſeruitus vendic.

7 Neque obſtat ſecundum: nam reiecta interpretatione Longo. & aliorum ſupra dicendum eſt, text. in dicta l. ſi ego §. 1. cum ſimilibus ſupra adductis num. 2. intelligendum eſſe ſi agatur de conſtituenda ſeruitute, vel de ea tradenda, cum ex contractu, vel legato debetur: ad hanc enim traditionem neceſſaria eſt patientia, quæ ſine ſcientia contingere non poteſt, vt in d. §. ſcientia, & in d. l. qui patitur. Si vero agatur de acquirenda ſeruitute, vel alio iure incorporali per vſucapionem, tunc quaſi poſſeſſio illius neceſſaria eſt, & hæc acquiritur, & retinetur per vſum eius iuris, abſque ſcientia illius, contra quem acquiritur dicta l. quoties cum ſimilibus, dummodò is non vi, non clam, nec præcario vtatur d. l. ſi quis diuturna iuncta dicta l. 1. §. fin. ff. de aqua pluuia arcenda.

8 Sed huic interpretationi, & reſponſioni maximè obſtat, quod in incorporalibus patientia nihil omninò differre videtur à traditione, vt in d. l. quoties, & tamen in ſuperioribus iuribus Iure Conſulti vtuntur his verbis *traditione, & patientia* tanquam diuerſis. ergo prædicta reſponſio ſubſiſtere nequit.

Cui difficultati reiectis aliorum ſolutionibus, quas ſequitur Couar. ſupra reſpondendum eſt cum Morla in Emporio iur. 1. par. titul. 6. à num. 37. & Caſtillo de vſufructu libro primo capit. 12. numer. 36. qui ab eo licet corruptè tranſcripſerunt; quod antiquitus (vt refert Rebar. de auctoritate prudentum

capit. 9.

Digitized by Google

capit. 9. & ad leg. 153. ff. de regul. iur.) ſolebat is, qui vſumfructum, vel aliam ſeruitutem conſtituere debebat, certum diē conſtituere, quo in rem præſentem veniret is, qui eam accepturus erat, & concomitantibus amicis in fundum inducebatur verbis quibuſdam ſolemnibus. Vnde ſi poſt debitam ſeruitutem creditor in fundum induceretur, conſtituta ſeruitus manebat, ſed ſi non induceretur, debitor tamen ſeruitutis pateretur creditorem vti re ſua, ſeruitus per patientiam tradita, & conſtituta remanebat: quo tendit I.C. in l.3. §. dare ff. de vſufructu, & apertè colligitur ex tex. in l. 1. §. fi. ff. de ſeruit. ruſtic. vnde Gal. in d. §. dare videns patientiam aduerſarij neceſſariam eſſe dicit patientiam interuenire videri per inductionem in fundum.

9 Quæ inductio, patientię euidens ſignū eſt, & in d. l. ſi eo §. 1. traditio, & patientia ea ratione æquiparantur, & in d. leg. 1. §. fi. traditio, & patientia inducunt officium prætoris: quia patientia non magis demonſtratur actu ipſo patientiæ, quam per actum traditionis, ſeù per inductionem in fundum; verè tamen patientia, & traditio diuerſa ſunt, vt ex dictis iuribus probat Caſtillo ſupra.

10 Denique non obſtat text. de iure noſtro Hiſpano in d. l. 15. tit. 31. p. 3. nam licet in rigore diſputationis hæc negatiua ſententia verior ſit, vt ſatis probauimus; in praxi tamen recedendum non eſſe exiſtimo à contraria communi vbique recepta, & apud nos probata in d. l. 15. partitæ.

SVMMARIVM.

1 *Auus paternus, vel maternus an ſuccedat nepoti ſine vlla bonorum diſtinctione, vel ſeparatione?*

2 *Ponderatur text. diffic. in l. 3. C. de bonis quæ liberis.*

3 *Fratri defuncto ab inteſtato præfertur conſanguineus in bonis habitis à patre, & vterinus in habitis à matre.*

4 *Tranſiens ad ſecunda vota tenetur relinquere filijs primi matrimonij bona habita ex eo, & filijs ſecundi quæ habuit ex ſecundo.*

5 *Ponderatur text. in l. ſed ſi plures §. in arrogato ff. de vulgari, & pup.*

6 *Auus paternus, & maternus nepoti æqualiter ſuccedit ſine vlla bonorum diſtinctione.*

7 *Poſtquam bona ſunt vnita non admittitur ſeparatio niſi in caſibus à iure expreſſis.*

8 *Aſcendentes paterni, & materni pariter ſuccedunt deſcendentibus.*

9 *Relicto patre, & Auo, bona materna acquiruntur patri quoad proprietatem, & auo quoad vſumfructum.*

10 *Interpretantur text. in l. de emancipatis C. de legitimis hæredibus l. fœmina. C. de ſecundis nuptijs, & l. ſed ſi plures §. in arrogato ff. de vulgari, & pup.*

11 *Conciliantur lex 10. titul. 6. lib. 3. fori, & l. 1. titul. 8. lib. 5. recopil. Regni Hiſpani.*

Auus paternus, vel maternus an ſuccedat æqualiter nepoti ſine vlla bonorum diſtinctione?

QVÆSTIO IX.

1 Communiter receptum eſt quod ſi in ſucceſſione nepotis concurrant auus paternus, & maternus, fieri debet bonorum ſeparatio, ita vt auus paternus ſuccedat in bonis acquiſitis à linea paterna; maternus verò in bonis acquiſitis à linea materna, vt tradit Bart. in authent. itaque C. communia de ſucceſſionibus, & communis quam reſoluunt plures relati à Tiraq. de retractu legali §. 14. gloſ. 2. nu. 12. Gomezio. in l. 6. Tauri. num. 7. Couar. in Epitome de ſucceſſion. ab inteſtato nu. 2. quorū ſententia probatur ex ſequentib.

2 Primo per textum in l. 3. 2. par. C. de bonis, quæ liberis ſecundum expoſitionem gloſ. verbo, *tam patre*, & verbo *eius*, vbi Imperatores conſtituunt, quod ſi aliquis moriatur, abſque liberis, relicto auo paterno, & materno, fiat bonorum ſeparatio, & paternus habeat vſufructum, maternus vero proprietatem.

3 Secundo per textum in l. de emancipatis verſiculo exceptis C. de legitimis hæredibus, vbi fratri defuncto ab inteſtato præfertur conſanguineus in bonis habitis à patre, & vterinus in habitis à matre.

4 Tertio ex textu in l. fœminæ C. de ſecundis nuptijs, vbi quæ tranſit ad ſecunda vota tenetur relinquere filijs primi matrimonij bona habita ex eo, & filijs ſecundi matrimonij bona, quæ habuit ex ſecundo.

5 Quarto ex text. in l. ſed ſi plures §. in arrogato ff. de vulgari, vbi ſe arrogator ſubſtituat impuberi arrogato, ſeparantur bona eius, & ad ſubſtitutum pertinent ea tantum, quæ habuit ab arrogatore, vel eius occaſione, cætera vero pertinent ad legitimos hæredes arrogati.

6 Vltimo denique hæc ſententia, & opinio Bart. probatur ex l. Regia Hiſpan. 10. tit. 6. lib. 3. fori, vbi hæc verba habentur, *& otro ſi mandamos que el que muriere ſin manda, & non dexare fyos nin vietos, & deyare auuelos de padre, o de madre el auuelo de padre herede lo que fue de la madre, & ſi el auia fecho alguna ganancia ambos los auuelos hereden de conſuno ygualmente.*

7 His tamen fundamentis non obſtantibus, contraria ſententia, nempè auum paternum, & maternum nepoti æqualiter ſuccedere ſine vlla bonorum diſtinctione, vel ſeparatione verior eſt, quam defendit Bal. in auth. defuncto. C. ad Tertullian. num. 3. & plures alij relati à Tiraq. vbi ſup. num. 13. Couar. dicto num. 2. verſ. verum Graſs. in tract. de ſucceſſionibus §. ſucceſſio ab inteſtato num. 5. Abendanno in l. 6. Tauri. gloſ. 7. nu. 7. quorum verior ſententia, & opinio probatur ex ſequentibus fundamentis.

8 Primo, nam poſtquam bona ſunt vnita non admittitur ſeparatio niſi in caſibus à iure expreſſis l. 1. §. præterea ff. de ſeparation. l. ſed ſi plures §. filio impuberi, ibi *iuncta enim hæreditas capit eſſe*, ff. de vulgari, & pupil.

9 Secundo facit text. in authent. de hæredibus ab inteſtato venien. §. ſi igitur defunctus verſiculo ſi autem plurimi collat. 9. & in authent. defuncto C. ad Tertul. in quibus iuribus probatur aſcendentes paternos, & maternos pariter ſuccedere deſcendentibus: paternis dimidia, & maternis alia dimidia hæreditatis parte delata.

10 Tertio probatur iure noſtro Hiſpano in l. 6. Tauri. quæ eſt lex 1. titul. d. lib. 5. recopilat. cuius hæc ſunt verba. *Los aſcendientes legitimos por ſu orden y linea derecha ſuccedan ex teſtamento, & ab inteſtato a ſus deſcendientes y les ſean legitimos herederos como lo ſon los deſcendientes à ellos en todos ſus bienes de qualquier qualidad que ſean.* Ex quibus verbis, & ex ſupra adductis fundamentis à num. 8. ſatis probatur nullam debere fieri bonorum ſeparationem, ſed æqualiter ſuccedere auum paternum, & maternum in bonis ſui nepotis.

Nec in cõtrarium aliquid obſtant fundamenta adducta pro contraria opinione a num. 2. vſque ad 7. nam ad primum de text. in d. l. 3. C. de bonis, quæ liberis. reſpondeo, quod ibi nepos non deceſſit relictis auo materno, & paterno, vt falſo eſtimauit Bart. ſed ſuperſtitibus patre, & auo paterno, quo caſu bona materna acquiruntur patri quo ad proprietatem, & auo quo ad vſufructum, vt rectè interpretantur Cyn. Alber. Salyc. Cum. & Corn. ibi. minus obſtat fundamentum de d. l. de emancipatis C. de legitimis hæredibus, & tertium de d. l. fœminæ, & quartum de d. l. ſed ſi plures §. in arrogato, quia in illis iuribus admittitur ſeparatio bonorum auctoritate illorum ſpecialibus rationibus, ſcilicet ne ſi ſint plures fratres, & ſorores, ex primo, & ſecundo matrimonio, propter differentiam perſonarum, & rerum vacillare noſcatur, vt inquit text. in d. l. de emancipatis in finalibus verbis.

Denique non obſtat text. in d. l. 10. fori: nam illa ſolum debet ſeruari in locis, in quibus viget illa conſuetudo, vt declarat d. l. 1. recopilat. in illis verbis, *Saluo en los lugares do ſegun el fuero ſe acoſtumbra tornar los bienes al tronco, o la rayz*, in cęteris vero potius ſeruari debet hæc d. l. recopilationis, & noſtra hæc opinio ſecunda, & verior, ita vt nulla detur bonorum ſeparatio, ſed auus maternus, & paternus æqualiter ſuccedant in bonis ſui nepotis mortui ab inteſtato, nullis relictis liberis, vt reſoluunt Bald. & cæteri ſupra relati num. 7.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Arbitri ſententia, qui de iure tantum pronunciare tenebatur ex partium cō uentione, an ſit nulla ſi contra ius pronunciet?*

2 *Ordo iuris expreſſus in mandato hominis videtur dare formam mandato.*

3 *Iniquum videtur, vt arbiter poſſit iudicare contra expreſſam mentem partis.*

4 *Arbitri ſententia, qui de iure tantum pronunciare tenebatur valida eſt licet pronunciet contra ius.*

5 *Stari debet ſententia arbitri, ſiue aqua, ſiue iniqua ſit.*

6 *Expenditur tex. in l. nec in arbitris §. ſed & ipſe C. de arbitris.*

7 *Expenditur text. in c. cum ad ſedem de reſtit. ſpol.*

8 *Verba illa quod pronunciet de iure appoſita in compromiſſo, dant formam ipſi compromiſſo.*

9 *Tacita conditio non reſpicit ſubſtantiam iuriſdictionis, ſed ſolum actum condemnandi.*

10 *Dictio tantum nihil operatur circa illud, quod erat alias de iure diſpoſitum.*

11 *Licet arbiter pronunciet contra ius partis, nihilominus ius dixiſſe dicitur.*

Arbitri ſententia, qui ex partium conuentione de iure tantum pronunciare tenebatur, ſi pronunciet contra ius, an ſit nulla?

QVAESTIO X.

1 BArtolus in lege diem proferre §. ſtari ff. de arb. proponit hanc quęſtionem, videlicet ſi partes compromiſſum fecerint in titium cum facultate, quod procedat de iure, & de facto, & pronunciet de iure tantum, & titius pronunciet contra ius, an ſententia ſit nulla? & ipſe Bartol. ſtatim determinat eſſe nullam, idem ſentiens in l. ſi ſocietatē §. arbitror. col. 3. verſ. quæro quando ff. pro ſocio. Rom. in rub. de arb. col. 7. Abb. in cap. cum dilecta col. 5. de [illegible]ptis, & in cap. Quintauallis col. penul. de iureiuran. Imol. in c. ex inſinuatione in fi. de reſcript. vbi dicit hanc opinionem veriorem eſſe, & in iudicando tenendam cenſuit Fulg. conſ. 180. col. 2. & communem dicit Bru. in tract. de forma fol. 34. & fol. 39. col. 3. & alij relati ab Ant. Gab. lib. 2 comm. opin. tit. de arb.

Pro qua ſequentia adduci poſſunt fundamenta. Primo nam vbi aliquid pro forma requiritur, eo deficiente corruit actus l. cum hi §. ſi prætor ff. de tranſac. præcipuè in ſententia compromiſſi l. non diſtinguimus §. de officio ff. de arb. cuius verba ſunt hæc *de officio arbitri tractantibus ſciendum eſt omnem tractatum ex ipſo compromiſſo ſumendum, nec enim aliud illi licebit quam quod ibi, vt efficere poſſit cautum eſt, non ergo quodlibet ſtatuere arbiter poterit, nec in qualibet re, niſi de qua re compromiſſum eſt, & quatenus compromiſſum eſt*. ergo ſi ſeruata forma compromiſſi non fuerit, ſententia arbitri nulla erit.

2 Secundo nam ordo iuris expreſſus in mandato hominis videtur dare formam mandato, cap. cum dilecta iuncta gl. verbo iuriſdictionem, & ibi not. per DD. de reſcriptis c. piſanis de reſtit. ſpoliat. cap. venerabile de officio delegati. Sed forma obſeruata corruit actus, vt ſup. proximè probauimus, & confirmatur, ex eo quod forma, eſt quæ dat eſſe rei l. Iulianus §. ſi quis ff. ad exibendum. ergo cum fuerit inter partes conuentum, quod arbiter ꝓcedat de iure, & de facto, & pronunciet de iure tantum, ſi contra ius pronunciauerit ſententia erit nulla.

3 Tertio nam iniquum eſt, vt arbiter poſſit iudicare, & arbitrari contra mentem partium expreſſam in compromiſſo l. diligenter in prin. ff. mand. l. ſi conuenerit ff. depoſiti.

4 Contraria tamen ſententia verior eſt, & ex ſequentibus probatur. Primo ex tex. in l. diem §. ſtari ff. de receptis arbitris cuius hæc ſunt verba *ſtari autem debet ſententia arbitri, quam de re dixerit, ſiue aqua, ſiue iniqua ſit, & ſibi imputet, qui compromiſit*. ex quibus verbis aperte deducitur ſententiam huiuſmodi validã eſſe.

5 Secundo: nam expreſſio eorum quæ tacite in ſunt nihil operatur l. 3. ff. de legat. primo l. non recte C. de ſideius. ſed taci-

te

te ineſt quod debeat arbiter arbitrari de iure in cauſa ſibi compromiſſa l. rem non nouam C. de iudicijs. igitur talis expreſſio non imponit formam qua non obſeruata, ſententia ſit nulla.

6 Tertio facit tex in l. nec in arbitris §. ſed ſi ipſe C. de arb. vbi ait Imper. quod ſi eſt compromiſſum in arbitrum, ita vt arbiter iuret pronunciare cum omni veritate, licet pronunciet contra veritatem nihilominus ſententia valet, & meretur exequutionem ergo.

7 Quarto pondero textum ad confirmationem huius opinionis in cap. ad ſedem de reſtitut. ſpoliat. vbi Papa delegauit Abbati de accon. cauſam vertentem inter Epiſcopum Cumanum, & Hoſpitale de Hieroſolima in hac forma, quod dictam quæſtionem deberet fine debito terminare, quia Hoſpitale dicebat ſe ſpoliatũ, dictus Abb. condemnauit Epiſcopum ad reſtitutionem omnium, quæ petebantur, & cauſa fuit ad Pont. deducta qui cum videret, quod non fuit contra Epiſcopum de ſpoliatione probatum, & quod Abbas contra ius epiſcopi pronunciauerat, ſententiam Abbatis caſſauit, ergo euidenter cõſtat ſententiam contra ius latam valuiſſe nam alias Papa illam non caſſaret, ſed caſſam, & irritam pronunciaret Arg. l. nam & ſi ſub conditione §. fin. ff. de inius. rup. l. bouem §. pen. ff. de ædilitio edicto, quam ſententiã licet his nõ adductis fundamentis, vt veriorem defendunt Anton. de But. in cap. Quintauallis de iureiuran. col. fi. Bal. in cap. conſanguinei de re iudicata & in conſ. 351. col. 4. & 5. volum. 5. & Bartol. opinionem communiter reprobari dicit Felin. in cap. exibita col. 3. de iud. quem ſequuntur plures alij relati ab Ant. Gab. vbi ſup. nu. 1.

8 Qua ſententia, vt veriori retenta, non obſtant fundamenta pro contraria adducta: nam pro ſolutione 1. & 2. breuiter conſtituo, quod verba illa *pronunciet de iure* appoſita in compromiſſo, non dant formam ipſi compromiſſo cum alias hoc tacite de iure ineſſet, vt ſup. dixi numer. 5. ſed partes videntur magis ſuadere arbitro, & ipſum admonere, quod ius dicat. arg. cap. licet, & eorum quæ notat ibi Innoc. de officio ordinarij,

9 Pro qua ſolutione faciunt etiã tradita p Cyn. in l. 2. C. ſi cõtra ius vel vtil. pub. vbi tenendo, quod reſcriptũ impetratum, per mendacium ad iuris communis obſeruantiam, tenet: dum reſpondet ad l. fin. in fin. eodem tit. dicit quod illa tacita conditio non reſpicit ſubſtantiam iuriſdictionis, ſed ſolum actum condemnandi; ideo non reddit reſcriptum nullum, nec ſententiã latam vigore reſcripti facit etiam lex ita demum ff. de arb. vbi ſi fiat compromiſſum cum pacto, quod dolus abſit, licet interueniat dolus, qui à iure omnino improbatur in l. 1. & per totum ff. de dolo malo ſententia tenere dicitur.

10 Neque obſtat dictio illa *tantum* nam cum fuiſſet commiſſum, vt cognoſceret de iure, & de facto, in pronunciatione per illam taxatiuam voluerunt excludere partes factum, quæ taxatiua nihil operatur circa illud, quod alias erat à iure diſpoſitum, vt in l. 1. §. 1. ff. ſi mens. falſ. mod. dix. l. 3. §. interdum, & ibi Not. ff. de negot. geſt.

11 Denique non obſtat vltimum de d. diligenter, & d. l. ſi conuenerit nam licet arbitrer pronunciet contra ius partis, nihilominus ius dixiſſe dicitur, & per conſequens pronunciaſſe de iure. vt in l. penultim. in prin. iuncta gl. ibi ff. de iuſtit. & iur. ibi *Prætor quoque ius reddere dicitur, etiam cum inique decernit.* Ex quibus iam conſtat ſententiam Arbitri, quę ex partium conuentione de iure pronunciare debebat validam eſſe, etiam ſi contra ius pronunciet licet poſtea reſcindatur iuris remedijs opportunis.

SVMMARIVM.

1 *Actus contra iuramentum factus, an ſit validus licet agens ſit periurus?*
2 *Si quis iuret non contrahere matrimonium, & contrahat valet matrimonium licet ſit periurus contrahens, & nu. 19.*
3 *Venditio contra iuramentum de non vẽdendo facta, valet.*
4 *Reuocatur primum teſtamentum iuramento de nõ reuocando vallatum, per ſecundum poſtea factum.*
5 *Nemo poteſt ſibi legem imponere, à qua non poſſit recedere in his quæ licita ſunt & nu. 20.*
6 *Sola voluntate nemo poteſt ſibi ipſi libertatem adimere, quæ dicitur naturalis facultas.*
7 *Valet reuocatio procuratoris, etiam ſi quis iurauerit non reuocare.*

In-

8 *Iuramentum quod ſine interitu ſalutis æternæ ſeruari poteſt, eſt obſeruandum.*

9 *Iuramentum Deo praſtatur, & ex pracepeo obligat.*

10 *Iuramentum à iure deriuatur, & ille qui iurat, tenetur ad obſeruantiam iuramenti tanquam ad obſeruantiam iuris.*

11 *Iuramentum efficit, vt fiat extenſio ad incogitata.*

12 *Iuramentum non permittit quidquam in contrarium fieri.*

13 *Periurium, & quilibet actus, ex quo peccatum mortali ſequitur, omnino vitãdum eſt.*

14 *Per iuramentum adhibetur Deus ipſe veritatis teſtis, & aſſertor.*

15 *Authores, qui negatiuam huius quæſtionis tenent referuntur.*

16 *Diſtinctio quædam Romani refertur, & improbatur.*

17 *Diſtinctio Antonij Gabrielis tanquam verior admittitur.*

18 *Quando actus iuratus eſt in ſe licitus, & pendet a mera voluntate iurantis, non impedit actum contrarium poſtea factum licet faciens ſit periurus.*

21 *Quando iuramentum fit alteri, quam ſibi ipſi iuranti, actus etiam licitus contra illud factus eſt nullus, & quare?*

Actus contra iuramentum factus, an ſit validus, licet agens ſit periurus?

QVÆSTIO XI.

1 DIfficilis eſt, & omnino neceſſaria quæſtio vtrum actus contra iuramentum factus ſit validus, nec nè? quã diſputant Cou. in rubric. de teſtam. 2. par. n. 15. & in c. quãuis pactum 2. p. §. 2. à num. 2. & in 4. 2. p. c. 4. num. 10. & cap. 6. num. 2. Iul. Clar. in §. teſt. q. 94. ex num. 3. Reb. in concord. tit. de forma mand. Apoſt. in gl. plenam verſ. quod ſi quis iurauerit pag. 654. Burg. in repetitione cap. cum acceſſiſſent de conſtit. a num. 147. Spino in ſpecul. teſtamen. gloſ. 30. prin. ex num. 53. Cabalin. Milleloq. 534. Crau. conſ. 191. num. 6. Alex. conſ. 16. volu 3. & conſ. 18. vol. 2. Pariſ. conſ. 8. vol. 4. a num. 25. & conſ. 69. vol. 3. num. 111. Paul. de Caſt. conſ. 139. vol. 1. Boer. dec. 207. a num. 2.

2 Cuius quæſtionis affirmatiua probatur ex ſequentibus. Primo ex tex. in cap. vnico de voto in 6. cap. ſicut de ſpoſalibus c. 1. de ſponſa duorum, in quibus iuribus habetur. quod ſi iuro non contrahere matrimonium, vel non contrahere cum Berta, ſi cum ea contraho, tenet matrimoniũ, ſed venit imponenda pæna de periurio.

3 Secundo ex tex. in l. quoties C. de rei vẽd. vbi ſi quis iurauit librum, vel equum non vendere titio, ſi illi vendat, & tradat, equum, vel librum, transfertur dominium ergo valet venditio, & ſic actus contra iuramentum factus.

4 Tertio facit communis Doctorum ſententia in c. vltima voluntas 13. quæſt. 2. qui ex doctrina gl. in l. 1. C. de ſacroſant. eccleſ. Cini in l. ſi quis in prin. ff. de legatis 3. & Dini in reg. quod ſemel placuit in 6. reſoluunt, quod ſi quis iurauerit teſtamentum non facere, & fuerit factum, tenet.

5 Quarto nam nemo poteſt ſibi legem imponere, a qua non poſſit recedere. d. l. ſi quis in prin. ff. de leg. 3. l. nemo ff. de pact. l. ea lege cum ibi notatis C. de condictione ob cauſam l. dudum C. de contrahen. empt.

6 Quinto nam ſola voluntate nemo poteſt ſibi adimere libertatem l. nec ſi volẽs C. de liberali cauſa, ſed actus hominis ſũt habitus & potentia libertatis, quæ dicitur naturalis facultas l. libertas ff. de ſtatu hominum; ergo qui iurat hoc vel illud non facere, non poteſt ſibi libertatem faciendi tollere quo minus actus contra iuramentum factus, valeat.

7 Sexto, & vltimo facit doct. gl. in c. fin. verſ. *reuocatus* de procurat. in 6. vbi ſi iuro non reuocare procuratorem, & reuoco, tenet reuocatio licet periurium committam, ergo euidenter conſtat actum cõtra iuramentum factum valere, licet agẽs ſit periurus, quam doctrinam ſequntur Crau. conſ. 192 num. 6. Pau. Caſtr. conſil. 339. à num. 1. & conſ. 361. num. 8. Corn. conſ. 292. col. 4. volum. 4. Rom. conſ. 379. num. 12. & Com. legiſtarum, quam refert Anj. Gab. lib. 2. com. opin. con. 1. tit. de iureiuran. nu. 8.

Contraria tamen ſententia, nempe actum

actum contra iuramentum factum non valere probatur ex ſeq. Primo ex tex.expreſſo in cap.intellecto de iureiuran. vbi alienatio facta a Rege Vngariæ reuocatur, quia in coronatione iurauerat iura Regni ſui illibata ſeruare.

8 Secundo nam iuramentum eſt omnino ſeruandum, cum ſine interitu ſalutis æternæ ſeruari valet cap. ſi vero de iureiuran. cap. cum dilecti de his quæ vi. ergo actus contra iuramentum licitum factus, erit nullus: non etenim poteſt adimpleri iuramentum, & actus contra illud factus ſubſiſtere arg. capitul.hoſpitiolum 32. quæſtio.1.

9 . Tertio nam ſi legis, vel Principis interdictum poteſt donationem vel alium actum impedire l.ſancimus C.de donat.c. quamquam de vſuris in 6. cap. dilecto de prębendis l.2.ff.de leg.quanto magis poterit impedire iuramentum, quod Deo pręſtatur cap. & ſi Chriſtus de iureiuran. & ex præcepto obligat. capit.ſi pactum 27. quæſtion. 1. dicendum igitur eſt actum contra iuramentum factum nullum eſſe.

10 Quarto nam iuramentum eſt actus religionis latriæ, qui cultus, & veneratio, & fides ſoli Deo debetur Diuus Thomas 2.2.quæſt.89.art.1. Soto lib.2. de iuſtit. & iur.quæſt.1.art.2.Nau.in man.cap. 12. vnde iuramentum à iure deriuatur: quia ille, qui iurat tenetur ad obſeruantiam iuramenti tanquam ad obſeruantiam iuris,& ſanctæ legis, vt tenet Diuus Thom. vbi ſup.& in 4. diſtinct.27.quæſt.2. artic. 3. Cou. in 4. 2.par.cap.5. num. 1. & in c. quamuis pactum 1.par.§.3.in princ.Nau. in man.cap 22.num. 23. ſed ille qui fecit actum, & iurauit talem actum non reuocaturum, adiunxit Deum in teſtem pro fide, & obſeruantia dicti actus. ergo actus in contrarium factus erit nullus.

11 Quinto nam ſi propter aliquam rationem valeret actus factus contra iuramentum, ea maxime, quia non poteſt, qui primum actum iuratum fecit, de omnibus cogitare, quæ poſtea poſſent euenire, & ſic diſpoſitio nunquam extenditur ad incogitata l. qui cũ tutoribus ff. de tranſact. l. mater decedens ff. de inoffic.teſtam.at vero quando iuramentum interuenit, fit extenſio ad incogitata, ſic Bart.& DD.in l. ſciendum ff.de verborum obligat.Bal.in l. 2. Cod. de reſcin. vend. cum igitur aliquis actum aliquem facit, & iurat, iam habetur pro conſtanti de omnibus, quæ poſſent venire, cogitaſſe. ergo iam ceſſat ratio propter quam poſſet ſecundus actus contra iuramentum factus valere.

12 Sexto nam inter alios iuramenti effectus, ille præcipuus eſt, nempe quod non permittat quidquam in contrarium fieri, vt declarat Marc.Anton.de virib. & virtut.iuramenti Corſ. de iureiuran. quæſt. 9.Tiraq.in l.ſi vnquam in præfatione nu. 133.de reuoc.donat. Cou.in cap.quamuis pactum 1.p.de pactis lib.6. Io.Gur. de Iuram.confir.per totum Sarm.lib. 1. ſelect. c.3.ergo actus contra ipſum iuramentum factus erit nullus.

13 Septimo nam ſi actus contra iuramentum factus valeret, faciens periurium non euitaret, vt fatentur omnes, ſed periuriũ eſt omnino vitandum, & omnis actus, per quem peccatum mortale inducatur cap. fin. de conſuetud. c. fi. de præſcript. l. 1. Cod. ſi aduerſus venditionem ergo actus contra iuramentum factus, vt potè periurium inducens erit nullus.

14 Octauo & vltimo pro hac ſententia, & opinione pondero textum difficilem licet vulgarem in c.debitores de iureiuran. vbi Alex. 3. conſtituit debitores compellendos eſſe ad ſoluendas vſuras, in quibus ſe obligauerant cum iuramenti aſſertione licet vſuræ omni iure ſint prohibitæ, vt omnes interpretes probant ibi, & nos ſup.probauimus 1.p.quæſt.21. n. 1.& hoc optima quidem ratione, nam cum Deum ipſum per iuramentum adhibeam veritatis teſtem, & aſſertorem, ſequitur iurantem ei teneri ad implementum eorum, quæ promiſit cap. & ſi Chriſtus de iureiuran.d. cap.debitores ibi *redde Deo iuramenta tua* ergo ſi iuramento promittens res omni iura prohibitas tenetur ſoluere ex tacita promiſſione, quę in Deum reſultat, multo magis tenebitur adimplere actum licitũ, & in iure permiſſum iuramento vallatum, & conſequenter actus contrarius erit nullus, nam non eſt dare medium inter facere actum contrariũ iuramento, & iuramentum frangere, vel iuramentum adimplere, & contrarium actum nullum facere.

15 Quam ſententiam, vt veriorem tenẽt Spino in ſpecul. teſtamen gl. 30. prin. à num.53. Cou. in rub.de teſtam. 2.part.n. 15.& in d.cap.quamuis pactum 2. par. §. 2. numer. 2. Hoſt.in ſumma de iureiuran. §. quomodo cenſeatur, verſ. *conſiliũ generale*

rale

rale Bartol. in l. ſi prędium Cod. de iureiuran. & in l. ſi quis pro eo col. 3. verſ. 3. dixi ff. eodem & in l. is cui bonis circa finem ff. de verbor. oblig. Iul. Clar. lib. 3. receptarum §. teſtamentum quæſt. 94. Iaſ. in l. non ſolum §. morte col. 8. ff. de operis noui nunciatione, & in aut. ſacramenta pub. col. 17. Cod. ſi aduerſus venditionem, & communis quam refert Anton. Gab. lib. 2. com. opin. con. 1. de iureiuran. nu. 1.

16 Pro quarum opinionum concordia Rom. conſ. 379. num. 12. ex mente Ioan. And. in reg. quod ſemel. in 6. ita diſtinguit quidam ſunt actus, qui per ſe ſortiuntur effectum ſine iudicis miniſterio, vt matrimonium profeſſio, reuocatio procuratoris, teſtamentum, & his ſimilia, in quibus valent, quæ fiunt contra iuramentum, licet periurus ſit agens, vt probauimus ſupra a numer. 2. vſque ad ſeptimũ quidam vero ſunt actus, qui requirunt ſuperioris authoritatem, & miniſterium, & in his non valent geſta contra iuramentum. quę diſtinctio mihi non placet, quia nulla differentię ratio ab eius authore aſſignatur, nec aliquem aſſignari poſſe exiſtimo.

17 Quare verior mihi ſemper viſa eſt diſtinctio Ant. Gab. vbi ſupra nnm. 3. dum ait, quod quando actus, ſuper quo iuratur eſt actus alias illicitus ex diſpoſitione iuris communis, ita quod iuramentum de illo actu non faciendo habet concurrentiam iuris communis, non valet actus cõtra iuramentum factus, quomodo debet intelligi textus in d. cap. intellecto de iureiuran. vbi non valet alienatio facta, per Regem contra iuramentum de non alienando, prout ex iuris diſpoſitione, alienatio non valebat, vt in ſequenti quæſtio. infra proxima reſoluam, & ita etiam procedit, quod notat gloſ. in c. licet mulieres de iureiuran. in 6. vbi non valet alienatio facta per mulierem, quæ prius iurauerat non alienare res dotales: quia alienare de iure non poterat, vt in princ. inſtitutionum quibns alienare licet vel non quæ gl. quantum ad iſtam concluſionem eſt communiter recepta, vt notat Alex. in l. duobus §. fi. de iureiuran. & Iaſ. in §. item ſi quis col. 3. inſtit. de act.

18 Sed quando actus ſuper quo præſtatur iuramentum, non eſt actus illicitus, ſed potius permiſſus à iure, & pendet à mera voluntate contrahentis, tunc primum iuramentum non impedit actum poſtea factum licet faciens ſit periurus, ex ſententia Abb. in d. cap. intellecto col. 2. Corn. conſ. 102. col. 2. vol. 1.

19 Vnde ſi quis iurauerit non contrahere matrimonium cum Berta, & cum ea contrahat, valet matrimonium cum illa contractum licet contrahens incidat in periurium, vt reſoluit Bar. in l. omnes populi num. 32. ff. de iuſt. & iur. & voluit Præpoſitus in cap. ſicut de ſponſalibus, colum. 1. item ſi quis iuret non vendere equum ſuum Titio, & illi vẽdat valet vẽditio ex d. l. quoties Cod. de rei vendicatione; & probant Inno. in capit. dilecto col. 2. de prębendis vbi Abbas col. 2. Cor. conſ. 272. colum. final. volum. 3. Oldrad. conſ. 127. & alij quos refert, & ſequitur Anton. Gab. vbi ſupra num. 15. præterea ſi quis iuret non reuocare teſtamentum, & poſtea reuocet, valet reuocatio, vt in d. cap. vltima voluntas, & communem eſſe Legiſtarum ſentẽtiam dicit Cinus in repetit. l. 1. col. fi. C. de ſacroſant. eccleſ. & Bal conſ. 22. vol. 1.

20 Quæ doctrina ex ea probatur nam in his quæ licita ſunt, nemo poteſt ſibi legẽ imponere, a qua non poſſit recedere, nec ſola voluntate poteſt quis ſibi adimere voluntatem, & agendi libertatem, vt probauimus ſupra num. 5. & 6. & ita actus à iure alias permiſſus, contra iuramentum factus, valet, & tenet, licet agens ſit periurus, præcipue quando iuramentum fuit factum ſibi ipſi iuranti, & non alteri, vt docet Ant. Gab. vbi ſupra nu. 5. Nam quan-

21 do alteri fit, tunc actus etiam à iure permiſſus, contra iuramentum factus, eſt nullus: quia ex illo iuramento licito, & honeſto ne ei illudatur, bene oritur obligatio l. ſi quis maior Cod. de tranſact. & ex Bal. in rub. de pact. col. 10. reſoluit Pala. Rub. in rep. rub. de donation. §. 54. numer. 6.

SVMMARIVM.

1 *Inuecta & illata in prædium ruſticum, vel vrbanum, an ſint tacitè pro penſione pignori obligata? & an ad id requiratur ſcientia domini prædij volentis, aut ſcientis illa inuehi.*

2 *Qui dicantur coloni, & qui inquilini?*

3 *Tacita pignoris obligatio pro penſione domus locatæ quare fuerit introducta? & nu. ſequenti.*

5 *Quæſit differentia inter prædia ruſtica,*

& vrbana quoad tacitam pignoris obligationem? & quare differant?

6 Non *minus inhumanum eſt paupertatis detegi vtilitatem, quam diuitias inuidiæ exponere.*

7 *Inuecta in prædium ruſticum non ſunt pignori obligata niſi expreſsè & nominatim in conuentione fuerit dictum, etiam ſi ſciente domino fundi fuerint illata. ſecus in vrbanis. & nu. 8. 9. &* 10.

11 *Fructuum hypoteca tacitè à iure conceditur locatori prædij ruſtici pro penſione illius, locatori autem prædij vrbani bonorum in illud inuectorum.*

12 *Res ad rem ruſticam, & agriculturam pertinentes, pignori non obligantur, nec generali, nec tacita obligatione veniunt.*

13 *Nihil agricultura melius, aut reipub. vtilius inuenitur in ea & nu.14.*

15 *Prædium vrbanum principaliter conducitur ad cuſtodiam bonorum conductis, ruſticum vero ad colendum, & fructus ex eo deducendos.*

16 Interpretatur *tex. in l. certi iuris C. de locato.*

Et voluntatis verbo patio expreſſa ſæpe in iure noſtro ſignificatur.

17 *Alia elegans interpretatio d. l. certi iuris aſſignatur.*

Et patientia pro conſenſu reputatur.

18 *Interpretatur tex. in §. item Seruiana, inſt. de action.*

Et Seruiana, & quaſi ſeruiana, non ſolũ tacita, imo frequentius expreſſa pignora proſequuntur.

Actio quaſi ſeruiana pro expreſſis quibuscumq; hypothecis conceditur ſeruiana vero pro rebus coloni datur.

19 Interpretatur *tex. in l. fi. ff. de ſaluiano interdicto.*

Si colonus vel inquilinus moriatur ex inuectis & illatis funerandus eſt, & ſiquid remanſerit, pro debita penſione tenetur.

20 *Expenſæ factæ infirmitatis conductoris cauſa, ſunt etiam deducendæ antequã pro penſione domino prædij reliquum applicetur.*

21 *Interpretatur tex. in l. eo iure §. ſtabula. ff. in quibus cauſis pign. vel hypot. tac. contra.*

Inuecta, & illata in prędium ruſticum, vel vrbanum, an ſint tacitè pro penſione pignori obligata? & an ad id requiratur ſcientia domini volentis aut ſcientis illa inuehi?

QVÆSTIO. XII.

1 NOn defuturos ſcio, qui inutilem hãc noſtram propoſitã quæſtionem eſſe dicant, memores tex. in leg. certi iuris C. de locato cuius hæc ſũt verba. *Certi iuris eſt ea quæ voluntate dominorum coloni in fundum conductum induxerint, pignoris iure dominis prædiorum teneri. Quando autem domus locatur non eſt neceſſaria in rebus inductis vel illatis ſcientia domini: nam ea quoque pignoris iure teneantur.* Sed ſi recte verba iſta perpendantur, ex eis quæſtio noſtra deducitur, & ex infra dicendis pro illius reſolutione vtilitas.

2 Primo igitur aduertas, q̃ licet ſecundum receptam Acurſ. ſententiam in §. item ſeruiana verbo *colonus* inſtit. de actio. & in l. emptorem verbo *colono* C. de locato colonus dicatur, qui ruri, & in villa; Inquilinus autem qui in vrbe prædium conductum habet, tamen ſecundum veriorem opinionem certius eſt, vt vrbana prædia à ruſticis, ita colonos ab inquilinis non loco, ſed qualitate differre, vt colligitur ex l. vrbana familia 166. & ex l. vrbana prædia 198. ff. de ver. ſig. & ex l. ſi prędium 16. C. de prædijs minorum, & notat Iaſ. in l. item quia num. 1. ff de pactis, & in d §. itẽ ſeruiana num. 25. vbi Ludouicus Gom. n. 27. eſt igitur colonus, qui agri colẽdi cauſa prædium habet, vnde & nomen deductum eſt: Coli enim dicebatur terra, vt parens quemadmodũ ex Plinio docet Briſ. verbo *colere*. Inquilinus autẽ is dicitur qui ędificij, & habitationis cauſa domũ

con

Digitized by Google

conduxit, iuxta quam differentiam paſſim in iure accipiuntur, & ſeparantur, vt late obſeruat Briſ. verbo *colonus*, qui recte etiam ibidem animaduertit coloni nomine ſeruum quoque proprium interdum ſignificari, per quem prædia colũtur, quod propter ea, quę infra dicturi ſumus meminiſſe iuuabit.

3 Secundo nota olim tacitam hanc pignoris obligationem, de quo in noſtra propoſita quæſtione, non niſi Romæ, & mox Conſtantinopuli, receptam fuiſſe, eo quod magna ibi turba exterorum, & pauperum inquilinorum eſſet, qui in alieno, & conducto habitabant, & neceſſariam ſuppellectilem, quam habebant frequenter, & aſſidue ex partium couentione pro penſione obligare ſolebant; & ideo tandem placuit, vt hoc pro cauto conuentoque haberetur, etiam ſi in locatione id expreſſum non fuiſſet, vt recte notat Con. lib. 4. Cõmen. cap. 10. Baldui. in tractat. de pign cap. 6. & Cuia. in poſthumis commentarijs ad l. fin. C. in quibus cauſis pignus tacite contra. eoque videtur reſpexiſſe Mart. lib. 12. Epigrammate 34.

4 Nec mirum, quod lex tacitam hanc pignoris, ſiue hypotecæ obligationem induxerit: nam ſicut in alijs caſibus abſque expreſſa vlla partium conuentione pignus legale contrahitur, quos proſequitur Fano. in tractat. de pign. quarta parte per totam, & Menoch. de recu. rem. 12. numer. 19. ita iuſtiſſimè in hoc, de quo agimus inuecta, & illata in domum conductam pignoris iure teneri debuerunt. tum quia partes de hoc tacite conueniſſe videntur l. eo iure ibi *quaſi hoc tacitè conuenerit* ff. in quibus cauſis pignus l. item quia in principio ff. de pactis §. item ſeruiana inſt. de action. l. 1. ff. de migrando l. ſolutũ §. ſolutam ff. de pignorat. act. tum etiã quia magna profecto cauſa eſt, ob quam domino penſionem ædium ſuarum exigenti faueamus, vnde iuſt. in nouella 88. non minus fauorabilem penſionis exactionem, quam rei depoſitæ repetitionem facit, & eodem modo eos coercet, qui vel illius ſolutionem, vel huius reſtitutionem conantur effugere.

5 Huius autem tacitæ hypotecæ ius, interpretes fere omnes occaſione noſtri textus, & dicti §. item ſeruiana, non tantum in vrbanis; verum, & in ruſticijs prædijs admittere ſolent, id ſolum diſcrimen cum Imperatore in dict. leg. certi iuris. inter illa conſtituentes, quod in rebus in prædijs ruſticis inuectis, ſcientia, & voluntas domini prædij ad hypothecam deſideretur; res autem in prædium vrbanum illatæ etiam ignorante domino, tacite pro penſione obligentur, quod expreſſe cautũ eſt apud nos in l. 5. tit. 8. part. 5. & vltra Accurſ. & DD. in d. l. certi iuris, & in d. §. item ſeruiana verbo *coloni* docet cum comm. Iaſ. ibidem n. 35. Gom. num. 32. Miſ. num. 12. & Neguſan. de pign. 4. membro 2. part. num. 145. eam tãdem diſcriminis rationem magis probantes, quã Accurſ. vtrobique obſeruat; ideo nempe in vrbanis prædijs ſcientiam non deſiderari; ne inquilinus ſecreta patrimonij ſui pandere teneatur, & aut paupertatem cum dedecore, aut diuitias cum inuidia manifeſtaret, quod durum, & inhumanum leges exiſtimant l. 2. C. quando, & quibus 4. pars debeatur lib. 10. l. 2. C. de alimentis pup. præſt. qui timor cum in colonis non adſit, qui nec pecunias optare audeant, l. domini 5. C. de agricolis, & cenſ. lib. 11. & omnia palam habent, vt idem Accurſ. conſiderat merito eorum, quę in prędia ruſtica inuehuntur, domini exigitur ſcientia: cum hic verendum nõ ſit ne vel inuidiæ paterent diuitiæ vel familiæ tenuitas miſerè nudaretur.

6 Quibus ita prænotatis. iure optimo vnuſquiſque dicere poterat quæſtionem hanc noſtram nullam in ſe difficultatem, & parum vtilitatis continere: cum ea ex his, quæ diximus clare deciſa videatur in d. l. certi iuris Cod. de locato. & ego idem faterer ſi ſupra relatam communem opinionem veram iudicarem, ſed licet apud Hiſpanos propter authoritatem dict. l. 5. part. tam in iudicando, quam in conſulendo ab ea recedi non debeat; apud Italos, & alias exteras nationes affirmare audeo, nec veram eſſe, neque vllo iure probari, quin. & ratione omnino carere: nam hæc quam ex Accurſio retulimus, ſi recte perpendatur, minus ſufficiens eſt: cum poſſit contingere, vt nobilis, & diues ruſticum prædium, contra ruſticus, & pauper vrbanum conducat, & vt in villam ruſtici prædij multa alia præter ea, quæ ad culturam pertinent inuehantur, quę detegi, & aperiri, vt ad domini vel locatoris notitiam peruenerint eo magis verendum eſt, quo magis in villa latronum graſsãtium incur-

ſus, quam in vrbe, & medio hominum
cætu timeri poteſt. arg. l. non eſt vero ſi-
mile ff. quod metus cauſa l. cum vnus §.
ſi. ff. de bonis author. iud. poſſ. imò etiã ſi
diues pauperem colonum habeat, nihilo
magis ſuperiorem rationem cõſtringere,
cum addo, cum vt conſtat ex dict. l. 2. nõ
minus inhumanum ſit paupertatis detegi
vilitatem, quam diuitias inuidiæ expo-
nere, quibus & alijs argumentis ab hac
ratione diſceſſerunt vir ille Fortunati in-
genij Fortunius Garzia noſtri Almi Col-
legij Hiſpanorum Bononiæ Alumnus in
d. l. item quia num. 7. ff. de pactis Forcat.
dialog. 17. nu. 4. & Mend. lib. 2. diſput. c.
4. ex nu. 8.

7 Quare quicquid communiter velint
interpretes, conſtituendum, & affirman-
dum eſt nulla ſcientiæ, vel ignorantiæ dif-
ferentia vrbana prædia a ruſticis diſtin-
gui; ſed eo potius, quod inuecta in præ-
dium ruſticum pignori eſſe non poſſint,
niſi id expreſſim, & nominatim in con-
trahendo conuenerit, etiam ſi ſciente, &
conſentiente domino fundi inuecta, & il-
lata fuerint. Secus autem in vrbanis habi
tationibus in quibus tacitum pignus, a
lege inducitur, ſiue ſciente, ſiue ignoran-
te domino inuehantur. quam opinionem
reiecto communi errore ſecuti ſunt Fortu
nius Duar. & Cuiat. in d. l. item, quia
& in tract. 8. ad Afric. Baldu. & Ottom.
in d. §. item ſeruiana idem Baldui. in tra-
ctat. de pign. cap. 6. & Don. eodem tract.
cap. 4. Forc. d. dialog. 17. & Con. lib. 4.
comment. cap. 10. Pro qua ſententia facit
primo textus in d. l. item quia, & in l. eo iu
re ff. in quibus cauſis pignus. cum ſimili-
bus, in quibus tacite huius hypothecæ
mentio ſit, de vrbanis tantum prædijs lo-
quendo.

8 Secundo facit tex. in l. venditor 32. ff.
de pig. l. ſi non inducta C. in quibus cauſis
pig. vel hyp. tacite con. l. potior §. ſi colo
nus ff. qui potiores §. interdictum quoque
inſt. de interd. quę iura dum hypotecam
inuectorũ in ruſtica prędia concedunt, ex-
preſſam conuentionem quaſi omnino ne-
ceſſariam præmittunt.

9 Tertio pondero tex. in l. 1. §. hoc in-
terdictum ff. de mig. vbi interdictum de
migrando inquilino migrãti in aliam do-
mum conceditur, ſi ſoluta penſione res
ſuas eo transferre á domino prohibea-
tur, colono autem non ęquè competit ſi
migrare velit, quaſi neque ei neceſſarium
ſit; cum eius bona à lege ipſa pro penſione
obligata non fuerint.

10 Quarto perpendi poteſt difficilis tex.
in l. ſi in lege §. ſi colonus ff. locati vbi ea
ratione res inuectæ à ſecundo conductore
in ruſticum prædium, non obligantur:
quia nec primi tenebantur; cum tamen
in vrbanis prædijs contra obſeruetur, vt
conſtat ex l. ſolutum §. ſolutam verſ. planè
ff. de pignora. tit. act. ꝙ diſcrimẽ cũ agno-
uiſſet Accur. vtrobique, male in ſcientia,
vel ignorantia conſiſtere putat. cum cer-
tum ſit non ex eo, ſed ex differentia a no-
bis ſupra aſſignata pendere, vt melius
obſeruat Menoch. vbi ſupra numero
98.

11 Quod ſi quis huius rei rationem inqui-
rat, & cur in vrbanis tantum, non in ru-
ſticis prędijs tacitam inuectorum hypote-
cam conceſſerint iura? reſpõdebis hoc ita
placuiſſe ex eo, quod locatori pro penſio-
ne agri, ſatis ipſorum fructuum tacita hy-
poteca conſultum fuiſſet, quæ ei à iure cõ
ceditur, vt conſtat ex l. in prædijs ff. in q-
bus cauſis pig. vel hyp. & ex l. 3. C. eod.
l. qui fideiuſſor 56. ff. locati. Quoniam ij
dumtaxat ſolebant pro penſione obligari
vt colligitur ex l. ſi ſeruus 63. §. locaui ff.
de furtis. qui fructus cum in vrbanis præ-
dijs non reperiantur neceſſe fuit locatori
in inuecta, & illata pignus concedere, quã
rationem probarunt recentiores ſupra
relati, & vltra eos Forner. in l. vrbana prę
dia ff. de verb. ſig.

12 Nec perperam reſpondebis, ſi dixeris
cum Fortunio, vbi ſupra hanc differentiã
ex eo pendere, quod vniuerſa prope colo-
norum ſupplex, eſt rerum ad rem ruſticã,
& agri culturam pertinentium. quas res
pignori non obſtringi nec generali obli-
gatione non ſolum tacita, verum nec ex-
preſſa venire aperte colligitur ex l. pigno
rum l. executores, & auth. agricultores
C. quę res pig. iunctis traditis a Baldu. de
pig. c. 12. circa finem, & Copin. l. 1. de pri
13 uilegijs ruſticorum c. 7. etenim cum nihil
ſit agricultura melius, aut Reipub. vtilius
cicer. tex. primo rhetor. merito ne eius mi
niſterium impediatur hoc ita legiſlatori-
bus placuit. Vnde & inſtrumentorum ru-
ſticorum libertati cauiſſe veteres græcos
narrat Diodolus ſicul. l. 2. & apud Phri-
ges, vt Textoueus refert ſerm. 42. ſi quis
inſtrumentum agriculturæ aptum furto
ſuſtuliſſet, vel bouem aratoriũ cecidiſſet,
is morte multabatur, & D. Hieronymus
lib.

lib. 2. contra Iouin. refert à Valente Imperatore legem per Orientem latam, ne quis vitulorum carnibus veſceretur propter agriculturæ fauorẽ, quæ omnia notaſſe iuuabit pro intelligentia text. de iure noſtro Hiſpano in l. vltima titul. 8. lib. 7. recopil. l. 5. & 6. tit. 17. lib. 5. l. 25. tit. 13. lib. 8. recopil. & de iure huius Regni pragm. 1. & 2. de beſtijs, & vaccinis, & pragm. 48. de officio Sacri Regij Conſilij cap. Regni quod incipit *pridem contra inſolentiam* de pœna violentorum, & cap. Conſtitutioni ſub rubrica de bobus aratorijs non pignorandis.

14 Quę iura, ea nimirum ratione occidi, vendi, pignorari, & exequi boues aratorios, vitulos, & reliqua agriculturæ inſtrumenta prohibent, exceptis quibuſdam caſibus in eis contentis, & illorum fures grauiſsimè puniunt, ne agricultura, quæ maximè in Republica neceſſaria eſt deſerta remaneat.

15 Poteris etiam ſuperioribus nouam aliam, & non minus meo iuditio elegantem, rationem addere, quod cum prædium vrbanum conducatur ad cuſtodiam eorum, quæ in illud inducuntur: merito, & è conuerſo conuenitſe partes cẽſentur, vt in illud inuecta pignoris iure teneantur: at vero prædium ruſticum cum ad cuſtodiam inuectorum principaliter cõduci non ſoleat, ſed in id potius vt colatur, ideo fructus dumtaxat; propter quos principaliter conducitur, tacito pignoris iure tenentur, nec ad bona deſcendi lex voluit. quam rationem licet non ſatis expreſſerit, vnico tamẽ verbo inſinuaſſe mihi videtur Baldu. de pignor. cap. 6. verſic. ſed cur in ruſticis. Ex quibus omnibus ſatis deducitur non ineptam, aut inutilem propoſitam noſtram quæſtionem eſſe, neque differentiam circa obligationem bonorum inuectorũ inter prædia ruſtica, & vrbana conſiſtere in eo, quod inuecta ſeu illata ſint ſciente, vel ignorante domino fundi, vel domus: cum ſcientiam iſtam neceſſariam non eſſe ex ſupra adductis, deducere poteris.

16 Neque quicquam obſtant huic veriſsimæ reſolutioni fundamenta, quæ pro cõtraria cum communi adduci ſolent, & poſſunt.

In primis non obſtat text. in d. l. certi iuris C. locati in quo præcipuum fundamentum communis opinionis conſiſtit: nam vt omnes huius ſententiæ, quam defendimus authores conſiderant, ibi voluntatis nomine expreſſa conuentio ſignificatur. quorſum enim de voluntate domini inquirimus niſi de inductis pactio aliqua expreſſa inita fuerit? quę ſæpè ſolet in iure voluntatis verbo ſignificari, vt patet ex l. Pomponius ff. in quibus cauſis pignus, vel hypoteca l. Lucius ff. de donation. l. 4. de adimen. legat. l. legata §. fin. ff. de ſuppell. legat. cum alijs, quæ adducit Menoch. d. remedio 3. num. 34. Nec refrãgatur quod in illius text. fine dicitur in vrbanis ſcientiam non requiri; quibus verbis ſignificari videtur ſupra de ſcientia dumtaxat actum fuiſſe, & illam tantum abſque alia conuentione in ruſticis prædijs ſufficere: nam reiecta Baldu. ſententia, verius cum Duar. Cuiac. Don. & Mend. in locis ſupra citatis reſponderi poteſt illa verba adiecta fuiſſe, vt de minori ad maius argumentum ducatur, ſitque hic ſenſus, tantum abeſſe, vt voluntas domini, hoc eſt expreſſa conuentio, quando ædes locantur, neceſſaria ſit, vt ne ſcientia quidem deſideretur.

17 Quod ſi hæc explicatio tibi minus placuerit, accipe aliam, & dicas in d. l. certi iuris, non illud præcipuè tractari vtrum inuecta, & illata in prædium ruſticum, vel vrbanum, pignori obligẽtur an non? ſed an colonus, vel inquilinus ſeruilis cõditionis, poſsit res domini ſui obligare, eas in conductum prædium inducens? & diſtinguit Imperator quod ſi ſeruus res in fundum ruſticum induxerit, etiam ſi eas expreſsè obligauerit; non tenentur, niſi ſerui dominus inductioni conſentiat l. aliena ff. de pignor. act. ſed locator recurret ad fructus, qui tacitè vt dixi, ſemper ſunt obligati. Si vero ſeruus domum conduxerit, & in eam res inuexerit etiã neſciente ipſarum domino, obligabuntur ne fraudetur locator, qui in hoc caſu fructus non habet, ad quos recurrere poſsit de quo dominus ſerui quæri non poteſt, qui diſsimulare non debuit: cum per annum res ibi inuectas viderit, & ſcire debuerit patientiam pro conſenſu reputari l. 1. §. ſcientiam ff. de tribut. act. in quam interpretationem verba illa *voluntate dominorum*, referenda ſunt ad ſeruorum dominos; non vero prædiorum: vt omnes vbique exiſtimauere, & verbum illud *coloni* non pro ipſis ruſticorum prędiorum conductoribus, sed pro eorum ſeruis agricultu æ deſignatis (qui in hoc

Regno

Regno præcipuè Apuleæ vulgari ſermone *curatuli* nuncupantur) ſumendum eſt. quam expoſitionem licet ipſe iampridem excogitauerim poſtea deprehendi à forcatulo etiam probari dicto dialogo 17. num. 3.

18 Secundo non obſtat text. in dicto §. item Seruiana; nam reſpondeo, quod licet negari non poſsit de ruſticis prędijs ibi tractari, vt indicat illa dictio *coloni*, & illa *fundi*; attamen non de tacita, ſed de expreſſa partium conuentione accipiendus eſt, vt ſupra citati Auctores obſeruant: & ſuadetur, primo ex auctoritate Theofili ibidem, & ex collatione text. in §. interdictum inſtit. de interd. qui eandem ſpeciem tractantes caſum ponunt in quo expreſsè conuenerat, vt res huiuſmodi obligarentur. Secundo, quia Imperator ibi non loquitur tantum de inuectis, & illatis; ſed generaliter de rebus coloni, quas certum eſt niſi conuentione interueniente, iure pignoris non teneri.

Tertio, quia vt certum eſt, & in noſtris terminis aduertit Forcatulus dicto dialogo 17. num. 2. ſeruiana actio ab auctore appellata, & eius imitatrix quaſi ſeruiana, de quibus ibi Iuſtinianus tractat, non tantum tacita, ſed imò frequentius expreſſa pignora proſequuntur, vt conſtat ex l. debitor ff. ad Trebell. Vnde apparet Iuſtinianum cum hipotecariam, ſeu quaſi ſeruianā, quæ pro expreſsis quibuſcumque hipotecis conceditur, ſeruianæ quæ pro rebus coloni datur, ſimilem fecerit, in vtraque non ad tacitam, & legalem; ſed magis ad expreſſam, & ordinariam conuentionem referendum eſſe.

19 Tertio non obſtat text. in l. fin. ff. de Saluian. interd. nam in eius etiam ſpecie pręſupponendum eſt expreſſam partium conuentionem interueniſſe, vt inuecta in fundum pignori obligarentur. nec mirū eſt ſi Vulp. ibi, id non aperiat, qui de ea tantum difficili quæſtione tractabat an inter ipſos, quibus eadem res obligata eſſet reddito Saluiano interdicto, poſſeſſor vincat. de qua idem Vulp. egerat in l. ſi debitor ff. de pign. & Iul. in l. 1. §. 1. ff. de Sal. inter. & rectè diſputat Cuiac. lib. 5. obſeru. cap. 24. & lib. 5. ſent. Pauli tit. de interdictis. quo eodem pacto interpretādus eſt quoque text. vulgaris in l. at ſi quis 14. §. 1. ff. de religioſis. vbi Pomponius, ait *ſi colonus, vel inquilinus, mortuus fuerit, ex inuectis, & illatis eſſe funerādum & ſi quid remanſerit, pro debita penſione teneri*, quæ Pomponij ſententia quo ad colonum actinet, ita accipienda eſt, vt expreſſa conuentione inuecta obligauerit, quæ tamen eo in caſu propter fauorabilem funeris cauſam, & ne ſepultura impediatur, in conſideratione non eſt de quo ſolum cum tractaret Pomponius in reliquis terminos habiles præſuppoſuit.

20 Cuius text. argumento, vt id obiter aduertamus, non ſolum funeris, ſed alias infirmitatis expenſas, & medicorum ſalaria ex inuectis, & illatis ante omnia deducenda eſſe notauit Carrot. in tract. de locato 5. par. tit. de inuectis quæſt. fin. & Franc. deciſ. 51. num. 6.

21 Denique non obſtat text. in l. eo iure §. ſtabula ff. in quibus cauſis pignus. vbi inuecta in ſtabulum tacitè pro penſione obligantur; & tamen ruſticum prędium cenſeri ibi Iur. Conſ. oſtendit, & ſi ſciam vehementem in hoc articulo inter Iur. Conſ. pugnam fuiſſe, & in qua explicanda multas paginas conſumit Dom. meus Fortunius Garzia in d. l. item quia Don. in d. cap. 4. de pign. Mend. vbi ſupra cap. 10. num. 2. Conan. d. lib. 4. Cōment. cap. 10. ex num. 7. breuiter reſpondeo, quod licet demus ſtabulum prædium ruſticum eſſe, quia tamen fructus non habet qui pro penſione obligentur. Ideò quantum ad cauſam taciti pignoris, nihil ab eis differre dicitur in d. §. ſtabula, vt obſeruat poſt alios Forc. d. dialogo 17. in fine.

SVMMARIVM.

1 *Conditio rem dandi appoſita contractui emptionis, & venditionis an vitiet ipſum?*

2 *Societas nihil aliud eſt quam lucri, & damni communio, & participatio.*

3 *Legatum vſusfructus deducto vſu, de iuris rigore nullum eſt.*

4 *Diſpoſitioni magis repugnat pactum contra ſubſtantiam, quam impoſſibilis conditio.*

5 *Contractus mutui celebratus ſub conditione eandem rem reddendi, efficitur commodatum, aut depoſitum.*

6 *Si deponens permittat depoſitarium illis vti, depoſitum efficitur mutuum.*

7 *Pactum adiectum ne reuocetur donatio, quod eſt contra naturam illius, efficit,*

Digitized by Google

cit, vt tranſferatur in donationem inter viuos.

8 *Mandatum ex officio, & amicitia originem trahit; & niſi ſit gratuitum, nullum eſt.*

9 *Pactum contra naturam, & ſubſtantiam contractus valet, & efficit, vt contractus in alium ſimilem trãſeat, ſi ſimul concurrant tria requiſita, de quibus ibi.*

10 *Si verba, & mens contrahentium refrãgentur, neque alius ſit contractus, in quem fieri poſſit translatio, ſine dubio vitiabitur contractus, cui appoſita fuerit conditio contra naturam illius.*

11 *Conditio rem dandi adiecta contractui emptionis, & venditionis efficit, vt tranſeat in permutationem.*

12 *Verba rem dandi conueniunt naturæ contractus permutationis.*

13 *Licet emptio, & permutatio in aliquibus æquiparentur; tamen in pluribus differunt.*

14 *Emptio, & venditio eſt contractus nominatus, qui ſolo conſenſu fit permutatio eſt innominatus, qui nudo conſenſu obligationem non producit.*

15 *Ex permutatione, nulla nominata, & propria naſcitur actio, ſed præſcriptis verbis, quæ quare ita dicatur? ibi dicitur, ex emptione vero naſcitur actio nominata ex empto, & vendito.*

16 *Actio præſcriptis verbis non competit vtrique permutanti, ſed ei dumtaxat, qui ex parte ſua contractum adimpleuit rem tradendo.*

Et per actionem præſcriptis verbis non compellitur præcisè qui rem accepit, contractum adimplere, ſed præſtando intereſſe liberatur, & dicitur incerti actio.

17 *Ex emptione, & venditione ſolo conſenſu celebrata, naſcitur vltro citroque obligatio, & hinc inde actio ex empto, & vendito.*

Venditor per actionem empti cogitur præcisè rem tradere, vel mancipare.

Conditio rem dandi appoſita contractui emptionis, & venditionis, an vitiet illum, vel in alium ſimilem contractum transfundat?

QVÆSTIO XIII.

1 Difficilis huius vtilis, & practicabilis propoſitæ quæſtionis affirmatiua ſententia, nempè conditionem rem dãdi appoſitam contractui emptionis, & venditionis ipſum vitiare, ex ſequentibus probari videtur.

Primo, nam conditio appoſita contra ſubſtantiam alicuius actus, ipſum vitiat. cap. fin. de condit. appoſ. cap. ſolet capit. aliquando 32. quæſt. 2. ſed conditio rem dandi in contractu emptionis appoſita, eſt contra ſubſtantiam illius l. exempto 11. ff. de act. empt. §. pretium inſtit. de empt. & vendit. ergo talis conditio vitiat illum contractum.

2 Secundo, nam ſocietas nihil aliud eſt, quam lucri, & damni communio, & participatio, DD. in rubr. ff. pro ſocio, vnde ſi in ſocietate adijciatur ea conditio, vt vllus totum lucrum ſentiat, alteri totum damnum ſuperueniat, nulla erit conuentio: quia nihil eſt aliud quam conuenire, ne ſit ſocietas l. ſi nõ fuerint §. ariſto ff. pro ſocio. igitur quemadmodum corruit ſocietas, adiecta ea conditione, quæ eſt contra eius ſubſtantiam, debet etiã corruere emptio propter adiectionem conditionis rem dandi argumento text. in §. 1. inſtit. de obligat. ex conſenſu.

3 Tertio, facit pro hac ſententia text. in l. per ſeruum 14. §. 1. ff. de vſu, & hab. vbi Vulp. docet legatum vſusfructus deducto vſu, inutile eſſe: quia fructus ſine vſu ad nihil deſeruit, & de iuris rigore nullum eſt, (licet de benignitate ſubſtineatur, vt obiter ad concordiã reducere valeas tex. in d. §. 1. & l. ſed & ſi verſ. ſed & ſi ff. eodẽ tit.) ſi igitur de iuris rigore ꝓpter ad emptionẽ vſus infirmatur legatum vſusfructus: emptio propter adiectionem rem dandi infirmari debebit.

4 Quarto, & vltimo hæc ſententia corrobora-

Digitized by Google

roboratur ex eo: nam diſpoſitioni magis repugnat pactum contra ſubſtantiam, quam impoſſibilis conditio. vt conſtat ex dicto c. fin. in quo impoſſibilis conditio reijcitur; contra ſubſtantiam vero vitiat matrimonium, ſed in conditione impoſſibili deficit conſenſus l. non ſolum 30. ff. de oblig. & act. ergo multo magis deficit quando apponitur conditio contra ſubſtantiam, & per conſequens actus corruet cum ea deficiente nihil poſſit conſiſtere l. cum ij §. ſi prætor ff. de tranſact. & ſic erit concludendum appoſita cõditione rem dandi in contractu emptionis, & venditionis, ipſum corrui ex defectu conſenſus celebrandi ipſum contractum.

5 His tamen fundamentis non obſtantibus negatiua ſententia verior eſt, nempè conditionem rem dandi adiectam contractui emptionis, & venditionis, efficere vt tranſeat in aliam contractus ſimilem ſpeciem, pro qua.

Primo facit text. in l. 2. in princ. ff. de rebus creditis, vbi ſi in contractu mutui ea conditio apponatur, vt eadẽ res reddatur, quæ eſt contra mutui ſubſtantiam, & ethymologiam propoſitam à I. C. in d. l. 2. §. appellata. efficit talis conditio, vt ſit cõmodatum, aut depoſitum, vt ibi.

6 Secundo pondero text. in l. certi condictio §. ſi. ff. eod. tit. vbi ſi deponens decem, permittat depoſitarium illis vti, quod idem eſt, ac ſi diceret, vt tantundem redderet, ait Vulp. eam pecuniam ſtatim mutuam effici l. quod ſi ab initio ff. eodẽ titul. vbi ſi pecunia deponatur ea conditione vt ſi accipiens voluerit, ea vtatur, licet pendente conditione depoſitum ſit l. 1. §. ſi pecunia, il primo ff. depoſiti, ea tamen impleta, depoſitum transfunditur in mutuum.

7 Tertio, nam de natura donationis cauſa mortis eſt, vt ad libitum poſſit reuocari l. 1. cum alijs ff. de donation. cauſa mortis, ſed pactum adiectum ne reuocetur donatio, quod eſt contra naturam illius, efficit vt transferatur in donationem inter viuos, l. vbi ita donatur 27. ff. eodem, ergo conditio contra naturam contractus illi adiecta, ipſum non vitiat, ſed transfert in aliam ſimilem contractus ſpeciem, cui magis conueniat.

8 Quarto, & vltimo corroboratur ex l. 1. §. fin. ff. mandati: cum enim mandatum ex officio, & amicitia originem trahat; & niſi ſit gratuitũ, nullum ſit. Si interuenerit pecunia erit locatio, & conductio, vt ibi dicitur, quo fundamento motus Oldrad. conſil. 169. quem ſequitur Alber. in rubr. C. de donation. colum. 2. dicebat, quod ſi in conceſſione feudi adijciatur ea conditio, vt liberum dominium tranſeat in accipientem, cenſetur alterata natura feudi, & celebratus contractus venditionis, notat Curt. iun. in tractat. de feud. 2. par. quæſt. 6. num. 7. 8. & 18. & ita etiam ſi feudum concedatur pro annuo cenſu, erit magis contractus emphyteoticus, quam feudalis, vt docent Bald. in l. liberti num. 3. C. de oper. liber. Alex. conſil. 136. colum. 2. volum. 1. ergo concludendum erit appoſita conditione rem dandi, contractui emptionis, & venditionis, non vitiare ipſum contractum; ſed in aliam contractus ſimilem ſpeciem transfundere.

9 Pro quarum opinionum concordia variæ aſſignantur ab interpretibus ſolutiones, vt videre eſt per Bart. in auth. ingreſſi C. de Sacroſ. Sanct. Eccleſ. Bald. in cap. 1. §. fin. num. 7. per quos fiat inueſtitura in vſibus feud. Couar. in 4. 2. par. cap. 3. §. 1. à num. 17. Cuiac. lib. 4. quæſtion. Papin. ad l. Lucius ff. depoſiti. Ego autem dum publicè in ampliſsimo Neapolitano Studio interpetrarer tex. in l. 1. ff. de præſcriptis verbis (forte mihi quo ad doctos felici, licet quo ad imperitos aduerſa) pro concurrentia legalis cathedræ matutinæ aſsignatum, pro illarum perfecta conciliatione, & iurium intelligentia, conſtitui. Pactum contra naturam, & ſubſtantiam contractus valere, & efficere, vt contractus in alium ſimilem tranſeat, ſi tria ſimul requiſita concurrant. Primum vt ſit alius contractus ſimilis, in quem fieri poſsit translatio, & cui conueniat talis conditio, ſeù pactum. Secundum, quod verba id ferant, ad idque poſſint adaptari. Tertium, quod conſtet de mente contrahentium velle alium cõtractum celebrare ſaltim ex aliquibus contractus verbis, quibus concurrentibus, conditio contra naturam contractus ipſum non vitiat, vt probauimus nuper; ipſis autem deficientibus vitiat vtique. Ex his, quæ pro cõtraria opinione adduximus à nu. 1. vſque ad 4.

10 Quod autem hæc tria concurrant in iuribus adductis pro ſecunda opinione à num. 5. cum ſeq. colligitur primo ex d. l. 2. d. l. certi cõditio d. l. vbi ita donatur, & d. l. 1.

d.l.1. §.fin. ſi rectè illarum verba perpendantur, nimirum igitur ſi in illarum ſpeciebus conditio contra naturam cuiuſque contractus ex illis, de quibus in vnaquaq; agitur, illum non vitiet, ſed in alium transferat.

Quod ſi verba, & mens cõtrahentium refragentur, neque alius ſit contractus, in quem fieri poſſit translatio, ſine dubio vitiabitur contractus, pro vt vitiatur matrimonium in d.c.fin. propter conditionem euitandi prolem, & ſocietas in d.l.ſi non fuerint §. Ariſto propter participationem lucri, & non damni. Et legatum vſusfructus in d.l.per ſeruum §.1. propter ademptionem vſus, & cæteri actus ſimili conditione celebrati, quomodo affirmatiuam cum negatiua breuiter conciliabis.

11 Sed ne vllus quidem ſcrupulus alicui remaneat, reſoluendo latius propoſitã quęſtionem, animaduerto conditionem rem dandi adiectam contractui emptionis, & venditionis, efficere vt talis contractus tranſeat in permutationem: quia tria illa requiſita de quibus ſupra num. 9. ſimul concurrunt, adeſt enim alius contractus ſimilis, in quem poſſit fieri translatio, nempè permutationis, quem inducũt verba *rem dandi*, mens contrahentium colligitur ex conditionis adiectione, quos cum ignorantia iuris non excuſet, & ſcire deberent appoſita illa conditione venditionem non ſubſiſtere, permutationem celebrare voluiſſe præſumendum eſt, & ita merito transfunditur emptio in permutationem in l. ſi. ff. de cõdictione cauſa data cau. non ſeq. ratio eſt: nam cum permutatio vicina ſit emptioni l.2.ff. de rerum permutatione, & conditio de dominio præcisè transferendo per venditorem à natura emptionis abhorreat, & permutationi cõueniat, l.1.verſ. Ideoque ff.eod. dicendum eſt talem conditionem emptionem non vitiare; ſed eam in permutationem transfundere, & è conuerſo ſi emptio celebretur eo pacto, & conditione, ne dominium in emptorem transferatur, emptio transfunditur in locationem l. cum manu lata ff. de contrahenda emptione iuncta l.1. cum ſeq. ff. locati.

12 Sed quia iam doctum, & acutum lectorem audio, dicentem nimis generalem eſſe propoſitam hãc concluſionem, nempè contractum emptionis, & venditionis celebratum ſub conditione rem dãdi, transfundi in cõtractum permutationis propter illorum ſimilitudinem. Reſpondeo ſimilitudinem iſtam ſolum conſiſtere in eo, quod verba illa rem dandi cõueniunt naturæ contractus permutationis, vt cõſtãt ex d.l.ſi.ff.de condict.cau.da.cau.non ſeq. iunctis his, quæ ſupra adduximus, quę ſufficit, vt ex ea alia duo requiſita inducãtur, nempè voluntatem contrahentium, & applicationem verborum, nam quo ad reliqua non me latet in plurimis emptionem, & permutationem differre.

13 In primis licet emendi, vendendique origo à permutationibus cęperit l.1.ff.de contrah.empt. & ideo emptionis contractus multa cum permutatione habeat affinia, quæ connumerantur ab Vbeſen. in Cõmentar. ad tit. de rer. permut. Cuiac. lib.5. quęſt. Paul. in l naturalis §. & ſiquidem ff. de præſc. verb. tamen emptio proprio, & eleganti nomine gaudet, quo ab alijs contractibus ſecernitur, l. iuris gentium in principio ff. de pactis l.1. ff. de rerum permutatione, permutatio autem in generali nomine conſiſtit, & illius appellatio generalis eſt, omnes contractus includens, in quibus aliud pro alio commutatur, imò, & emptionem, & venditionem fieri genere quodam permutationis, colligitur, ſicut locatio, & conductio. Loco enim mercis ſuccedit prætium, & loco penſionis habitatio, vnde cum permutatio ad proprium nomen reduci non poſſit, meritò contractus innominatus appellatur, quod ſecus eſt in emptione: quia eſt contractus, qui a iure nomen peculiare habet, & cui propriæ ſunt impartitæ actiones in l.1.ff.de act.empt. & hęc eſt prima differentia.

14 Secunda differentia eſt, quod cum emptio, & venditio ſit contractus nominatus, vt nuper probaui, & ſolo conſenſu perficiatur, l. in venditione, ff. de contr. empt. l. conſenſu ff. de obligat. & act. neque rei interuentu, aut alijs adminiculis indigeat. Sed ſufficiat conſenſus, principio inſtitutionum de obligationibus, quę ex conſ. cum quo conſenſu ſi poſtea ſequantur prætij conuentio, & rei traditio efficiunt contractum perfectum, à quo non licet recedere, vt in l. inciuile C. de rei vindicatione l. ea conditione 14. C. de reſcindenda vend. iuncta l. ſicut 5. C. de oblig. & act. quod diuerſum eſt à permutatione: nam cum ſit contractus in-

Digitized by Google

nominatus, nudo conſenſu obligationem non producit l. ex placito C. de rerum permutatione, donec ſubſit cauſa d. l. iuris gentium §. ſed cum nulla ff. de pactis, ideſt, donec implementum ſequatur, & res accedat d. l. 1. uerſic. item emptio ff. de rerum permutatione: nam ſi res non accedat ex vtraque parte, licitum eſt ei, qui dedit, pęnitere, & a conuentione diſcedere: cum ex parte accipientis nulla ſubſit cauſa, ob quam ille, qui dedit adſtringi debeat conuentionem adimplere, quæ ſubeſſet, ſi ex parte accipientis interueniret res, cum qua deberet permutari res, quæ interuenit ex parte dantis, vt rectè notat Ant. Gom. ſecundo tom. var. c. 8. num. 3. & hæc eſt ſecunda differentia.

15 Tertia ſuccedit nempè ex permutatione, vtpotè contractu innominato, nullam propriam, & nominatam naſci poſſe actionem: cum actiones denominentur à contractibus, à quibus proficiſcuntur l. 2. §. deinde ex his ff. de origine iuris, quæ propter actio præſcriptis verbis conceditur l. naturalis §. & ſi quidem ff. de præſcriptis verbis, quæ ſic appellatur, quia ſecundum verba præſcripta in narrando factum prætori, concedebatur, argum. l. cum mota C. de trāſac. & aduertit Duar. in d. l. iuris gentium verſ. ſed etſi, & eleganter Donc. in Comment. ad titul. de præſc. verb. c. 21. ex emptione vero cum contractus ſit nominatus, & venditori ex vendito, & emptori ex empto actio datur, quæ nominata, & à iure inuenta eſt, certam, & determinatam habens formulam, l. 1. cum ſeq. ff. de act. empt. qua venditor ad rem tradendam, & emptor ad prætium ſoluendum, compelluntur.

16 Quarta differentia eſt quod actio præſcriptis verbis, quæ datur ei, qui ex anteceſſu dedit in d. l. naturalis §. & ſi quidem l. 1. l. ex placito C. de rerum permutatione, non competit vtrique permutanti; ſed ei dumtaxat; qui ex parte ſua contractum adimpleuit, & ideò Iur. Conſ. ſcripſit in d. l. 1. verſic. *item emptio* ff. de rerum permutatione permutationem ex re tradita initium præbere obligationi, propter quam quidem actionem non præcisè compellitur is, qui rem accepit, contractum adimplere, ſed præſtando intereſſe liberatur d. §. & ſi quidem, vbi notat Caſtr. Fulg. Iaſ. & Meneſ. qua de cauſa cum incertum ſit, quod intereſt, incerti actio dicitur in dicta l. iuris gentium verſic. ſed & ſi l. inſulam l. ob eam ff. de præſ. verb. & aduertit Vgod. in Comment. ad eundem titul. cap. 23. num. 9.

17 Cuius contrarium ex diametro procedit in emptione, & venditione: nam ex celebrato huiuſmodi contractu, hinc inde ultro citroque naſcitur actio, quæ ex empto emptori, & ex uendito uenditori præſtatur, d. l. 1. ff. de act. empt. & uenditor per actionem empti cogitur præcisè rem tradere, ſi eam tradendi facultatem habet ſecundum ueriorem Martini ſententiam relati à gloſ. uerbo agitur in d. l. 1. ff. de act. empt. communiter receptam ex Bart. & Paul. ibi num. 4. & Bald. in l. unica C. de ſententijs, quæ pro eo, quod intereſt. reiecta contraria Ioannis, & Azonis, & probatur ex l. ſi quis 46. ff. de act. empti. l. ſi eum §. fin. ff. de contrah. emptione, & ex eleg. Pau. loco lib. 1. ſent. titul. 13. ibi *ſi id, quod emptum eſt, neque tradatur, neque mancipetur, venditor poteſt cogi, vt tradat, aut mancipet*. ubi Cuiac. notat, & eleg. Ant. Fab. lib. 6. coniecturarum cap. 16. & hæc de propoſita quæſtione, & differentijs emptionis, & permutationis.

SVMMARIVM.

1 *Lex duodecim tabularum emptionis verbo omnem alienationem complectitur.*

2 *Ponderatur text. in l. ſicut §. venditionis ff. quibus modis pignus, vel hypoteca ſoluitur.*

3 *Apud veteres omnium rerum alienatio fiebat venditione vera, vel imaginaria.*

4 *Emptionis appellatione contractum emptionis, & venditionis tantum complecti, nullique alij conuenire, aut adaptari poſſe, probatur.*

Fruſtra fiunt per plura, quæ poſſunt fieri per pauciora.

5 *Vera ſolutio ad textum in l. ſtatu liberi à cæteris §. quintus Mutius ff. de ſtatu liberis, aſſignatur.*

6 *Interpretatur textus in l. ſicut, §. venditionis, ff. quibus modis pignus vel hypoteca ſoluitur.*

7 *Si creditor permiſit vendere, & debitor legauit pignus, an valeat legatum?*

8 *Imaginaria venditio non fit pretio accedente; ſed vera.*

Emptionis

Emptionis verbo, an comprę̀hendatur omnis contra-ctus, ex quo dominium transfertur? an ſolum emptio, & venditio?

QVÆSTIO XIV.

1 MVlti ſunt, qui in hac propoſita quęſtione affirmatiuam tenent ſententiam, dicentes emptionis uerbo omnem ſignificari contractum, ex quo dominium transfertur. Cuius ſententiæ fuerunt dominus meus Anton. de Burg. in repetitione rubricæ de emptione, & uenditione à num. 19. Fauia. de Monte in tractatu de emptione, & uenditione quæſt. 2. principali numer. 2. Tiraq. lib. 1. de retractu §. 1 gloſ. 2. in principio, & plures alij relati à Pinello in l. 2. C. de reſcindenda uenditione 2. par. cap. 1. num. 10. qui mouentur tum iure, tum etiam ratione.

Iure primo ex l. ſtatuliberi à cæteris 29. §. quintus mutius ff. de ſtatuliberis, ibi *quoniam lex duodecim tabularum emptionis verbo omnem alienationem complecti videtur, neque intereſſe quo genere quiſque eius dominus fieret.*

2 Secundo ex l. ſicut §. uenditionis, ff. quibus modis pignus, uel hypot. ſol. ubi I. C. inquit *venditionis autem appellationem generaliter accipere debemus, vt & ſi legare permiſit, valeat quod conceſſit, quod ita intelligimus, vt & ſi legatum repudiatum fuerit, conualeſcat pignus.*

Tertio mouentur ex l. 1. §. eam, ff. quæ res pignor. oblig. l. in quorum ff. de pign. l. fi. C. de rebus alienis non alienand. l. 3. §. ſi quis ff. de itin. actuque priu. l. ſi debitor §. ſi in venditione ff. quibus modis pignus, vel hypoteca ſoluitur.

3 Ratione ea ducuntur: nam apud veteres, vt ex Marco. Bar. lib. 1. de re ruſtica cap. 8. conſtat, omnium rerum alienatio fiebat venditione vera, vel imaginaria. Ergo ſumma cum ratione effectum eſt, vt appellatione emptionis omnis contractus comprehendatur, per quem res alienatur, quod autem antiquitus omnium rerum alienatio fieret venditione vera, vel ficta, conſtat ex l. iubemus C. de emancip. lib. §. præterea inſtitutionum quibus modis ius patriæ poteſtatis ſol. & ex prin. inſtit. de teſtam. ita explicando cum Petro Fabro in l. imaginaria ff. de regul. iur. quam rationem tradiderunt Al. lib. 3. parerg. cap. 22. Con. lib. 6. Comment. cap. 6. & Rebuff. in l. alienationis ff. de verb. ſig.

4 Verum & ſi ſuperior ſententia iure ratione, & tot doctiſſimorum virorum auctoritate probetur, (ſalua pace illorum) contraria longè verior eſt, & ſic emptionis appellatione tantum venire contractum emptionis, & venditionis nullique alij conuenire, aut adaptari poſſe, & probo iure etiam, & ratione.

Iure primo ex l. 1. ff. de contrah. empt. vbi non comprehendere permutationem, contractum emptionis, & venditionis dicitur.

Secundo ex l. iuris gentium in principio ff. de pactis ibi *quæ pariunt actiones, in ſuo nomine non ſtant, ſed transeunt in proprium nomen contractus, vt emptio, venditio, locatio, conductio, ſocietas, commodatum, depoſitum, & cæteri ſimiles contractus.*

Ratione ita probo, nam ſi emptionis verbo omnis contineretur alienatio, fruſtra alijs contractibus eſſent impoſita nomina, & ex ſuperuacuo forent adinuenti. Cum ex phyloſophorum ſententia, fruſtra fiunt per plura, quæ poſſunt fieri per pauciora. Sed hoc non eſt dicendum cum iure gentium, à quo omnes ferè contractus dimanarunt, & emptio à cæteris ſecernatur, & alij ſint introducti l. ex hoc iure ff. de iuſtitia, & iure §. ius autem gentium inſtitut. de iure natur. igitur dicendum eſt emptionis verbum tantum conuenire emptioni, & venditioni, quam ſententiam ita certam DD. communiter appellant, vt ineptum exiſtimem eam iuribus comprobare, inter quos videndi erunt Laſarte in tractatu de decimarum vendit. cap. 1. num. 37. Morla in Empor. iur. tt. 9. in proprio num. 8. & 18. Parlad. lib. 1. rerum quotid. cap. 22.

5 Neque ea vt veriſſima retenta, obſtant contraria fundamenta, non primum

Digitized by Google

de d.l. ſtatuliberi à cæteris §.quintus mutius ff. de ſtatu lib. in quo I. C. enigmate quodam reſpōdiſſe Sarm.lib.3.ſelect. c.1. num.1.inquit, cuius explicatione omiſſa, quo ad propoſitum noſtrum dicendum eſt,in ſpecie illius text. appellatione emptionis contineri omnem alienationem, non ex natura,& proprietate ſermonis; ſed ex identitate rationis,& mente legis, vt obſeruat Cuiac.ſub nomine Ant.Mercatoris lib 1.notatorum cap.18.& mentem legis ex eo colligit conſultus, quod lex ſolum habuit rationē dominij,vt patet ex eo tex.ibi *nec intereſſe quo genere quiſque dominus fieret*. & ita lex reſpicit tranſlationem dominij, & non modum alienandi, vnde cum reſpiciat dominium, & de emptore quodammodo obiter, & exempli cauſa, loquatur; ideo omne dominium, & omnem alienationem comprælendit,quę eſt verior interpretatio,quam tradita à Io. Rober. lib.1. animaduerſ.cap.7.& 8.

6 Nec obſtat d.l.ſicut 8.§.venditionis ff. quibus modis pign.ſol.qui quidem §.coniunctus ſuperiori, facilem habet explicationem, inquit enim Conſultus in §.illud verſ. tutius eiuſdem legis *tutius tamen eſt ſi debitor à creditore petat,vt ei permittatur vēdere pignus,quo magis ſatiſfaciat, aut cautionem accipere ab eo, qui rem empturus erit,vt pretium rei venditæ vſque ad ſummam debiti creditori ſoluatur*. Ex quibus verbis colligitur iunctis his, quæ prius dixerat,licitum eſſe pactum, vt debitori liceat pignus vendere?

7 Ex cuius quæſtionis reſolutione illa emanauit, an ſi creditor permiſit vendere,& debitor legauit pignus,valeat legatum? & reſpondet I.C.valere, rationem ſubijciens : quia venditionis appellatio generaliter intelligi debet, ita vt ſi legauerit,valeat,nō quaſi dicat Conſultus emptionis verbo legatum contineri; ſed eſſe permittendum, vt cui pignoris venditio conceditur, quod ipſum legare poſſit: quia veriſimile eſt vendere permittentem, & permiſiſſe legare, cui deciſioni quoddam adhibet additamentum, vt ſi legatum repudiatum fuerit, conualeſcat pignus, quomodo debet intelligi ille text.

8 Denique non obſtat ratio ſupra adducta:quia pro noſtra opinione valet expendi: nam non ſequitur omnes contractus comprehendere, ſed bene ſequitur antiquitus adeo fuiſſe hunc contractum vſitatum, vt omnibus eſſet frequentior. Si quidem quotidie emptiones verè hoc eſt, iuſto prętio,celebrantur,vel fictè,in quibus non prętium, ſed nūmus loco pręti j appendebatur. Et ideò inquit Conſultus imaginariam venditionem non fieri prętio accedente, quia ſi accederet eſſet vera.

S V M M A R I V M.

1 *Quilibet poteſt de bonis ſuis allodialibus ad libitum diſponere etiam abutendo.*
2 *Quilibet etiam priuatus poteſt ius,quod habet, vendere.*
3 *Nobilitatis propria eſt, & peculiaris liberalitas, & munificentia.*
4 *Licet regulariter tutores non poſſint donationes facere; tutor tamen Principis poteſt.*
5 *Principes poſſunt donare non obſeruatis iuris ſolemnitatibus.*
6 *Si Rex alienat aliqua, quorum donatio eſſet in maximam Regni diminutionem, non valet etiam iuramento firmata.*
7 *Quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari.*
8 *Regibus,& Principibus ſecularibus ſola Regni gubernatio conceſſa eſt,non dominium, & hic Rex à regendo dicitur*
9 *Probibetur Regi vendere bona, & iura Regni etiam adimplēda legata patris.*
10 *Villa,caſtra,& fortalitia Regni,quamuis ſint Regis tanquam domini,Regno tamen de iure pertinent, & ſucceſſoribus reſeruari debent.*
11 *Auctores qui tenent Regem poſſe res, & iura ſui Regni alienare, referuntur.*
12 *Sententia authoris reſoluentis Regem non poſſe alienare vnam ciuitatem, aut villam ſui Regni, nec in foro interiori,nec exteriori traditur.*
13 *Nemo poteſt exhæredato filio, Eccleſiam hæredem facere.*
14 *Reges,& Principes tenent locum Imperatoris in terris ſuis, & legibus poſitiuis derogare poſſunt.*

Alie-

Alienare bona Regiæ dignitatis an poſsint Principes ſæculares.

QVÆSTIO. XV.

Regem, vel Principem ſæcularem poſſe bonæ ſuæ regię dignitatis alienare, & ciuitatem aliquam alteri ſubijcire, probari videtur ex ſequentibus.

1 Primo nam indubitati iuris eſt, quemlibet poſſe de bonis ſuis proprijs, & allodialibus, ad libitum diſponere. vt in l. in re mandata C. mandati etiam abutendo, vt voluit tex. in l. ſi quid poſſeſſor ibi *quia quaſi ſuam rem neglexerit* ff. de petit. hęred. igitur Princeps, vel Rex recte poterit Ciuitatem vel Caſtrum ſuæ Regiæ dignitatis alteri donare, vel de ea ad libitum diſponere.

2 Secundo, quia nihil obſtare videtur quominus, quis etiam priuatus ius, quod habet, vendere poſſit argumento l. dudū C. de contrahenda empt. vbi expreſſe diſponitur poſſe quemlibet rem ſuam, cui velit vendere, reprobata lege, quæ cogebat eum prius conſortibus, quam extraneis vendere. igitur ſi hoc licet etiam priuatis, multo magis ſuperioribus, & principibus licebit.

3 Tertio pro hac ſententia maxime conducit, quod nobilitatis propria eſt, & peculiaris liberalitas, & munificentia, vt inquit text. menti ſemper tenendus in cap. 1. de donat. cuius hæc ſunt verba *hanc ſibi quodammodo nobilitas legem imponit, vt debere ſe, quod ſponte tribuit, exiſtimet; & niſi in beneficijs creuerit, nihil ſe præſtitiſſe putet.* ex quibus notat Pan. ibi, & in conſ. 12. col. 4. lib. 1. proprium eſſe nobilium donare vnde Inn. Io. Mo. Io. And. & Archid. in cap. grandi de ſupplenda neglig. prælat. notant per tex. in l. cum plures §. cum tutor ff. de adminiſt. tutor. quod licet regulariter tutores donare nō poſſint, poſſit tamen tutor Principis, cui maxime conducunt iura varia adducta, & ponderata à Tiraq. in tractat. de nobilitat. cap. vlt. a num. 40. & illud Homeri lib. 17. odiſſeę ibi *quoniam Regi ſimilis es ex quo te conuenit dare, & melius quam alij.* & illud Tullij in oratione pro Rege Deiotaro, qui inter laudes regias illas reponit, largum eſſe, beneficum, liberalem, & vt refert Bartholom. Martianus in Topographia vrbis Romæ lib. 4. c. 22. Romæ in monte Quirinali, & foro Traiani inuenta ſunt multa marmoris fruſta, varijs ſignis celata in quorum vna eſt hic titulus, *potentiſſima dos in principe liberalitas & clementia.* ex quibus omnibus Reges Principes & Nobiles maxime inuitantur ad donandum ſuis ſubditis, & vaſſallis, & ita dicendum eſt poſſe donare, & ſic alienare res ſui patrimonij, & in alium transferre.

4 Quarto nam ſi Reges & Principes non poſſent donationes facere, miſerrima eſſet eorum conditio, & prope ſeruilis. cū neque inter viuos donare, neque in teſtamento legare poſſent ob primogeniturā
5 filiorum, & ſic introductum iure optimo fuit, vt poſſent donare, & donationes ab eis factæ, etiam non obſeruatis legum ſolemnitatibus, valerent vt in l. donationes quas Diuus C. de donat. inter vir. & vxor. & in l. ſancimus C. de donat.

6 Sed his non obſtantibus fundamentis contraria ſententia nempe Reges, & Principes ſęculares non poſſe res ſui patrimonij alienare, & in alium transferre probatur ex ſequentibus. Primo ex ſententia Bart. in l. prohibere §. plane ff. quod vi aut clam. dicentis, quod ſi Rex alienat aliqua, quorum donatio eſſet in maximā diminutionem iuriſdictionis regalis, hoc facere non poſſet, etiam ſi iuramento donationem confirmaret per tex. in cap. intellecto de iureiuran. quem refert, & ſequitur Dec. in cap. 1. de probat. 3. col. & Old. conſ. 94. vnde ſpeculator in tit. de inſtrumentorum editione §. nunc autem in fin. & ibi Bald. in addit. ad eum in verſ. quid ſi Rex voluit, quod ſi per donationē Regis factam eccleſiæ, fortiter Imperium vel regimen lædatur, quod ſucceſſor poſſit illam reuocare.

7 Secundo nam, quod omnes tangit ab omnibus approbari debet reg. quod omnes in in 6. Sed ius Regis, & eius poteſtas eſt publica totius Regni igitur non poterit alienare ea, quæ ſunt Regni ſine conſenſu omnium Principum, populorum Regni,

8 Tertio nam Regibus, & Principibus ſo

la

la adminiſtratio Regni conceſſa eſt; non autem dominium, vt tradit gloſ. & Bart. in prœm. digeſtorum, quia bona, & iura regnorum ſunt publica, & per conſequēs in nullius bonis ſunt, vt in l. 1. §. quæ ff. de rerum diuiſione, & propterea Rex a regendo dicitur, quia res & iura Regni regere debet, vt in l. 6. tit. 1. part. 2. vnde ne nomen Regis perdat, dicendum eſt res, et iura Regni ſui alienare non poſſe.

9 Quarto facit l. 4. tit. 15. part. 2. vbi expreſſe prohibetur Regi vendere, vel alienare bona Regni, etiam vt adimpleat legata patris.

10 Quinto facit l. 1. tit. 18. part. 2. qua cauetur, quod villæ, Caſtra, & fortalitia Regni quamuis ſunt Regis, tamquam domini; Regno tamen de iure pertinent, & ſic ſucceſſoribus reſeruari debent cap. quoniā quidem 85. diſt. quæ reſeruatio fit ſucceſsori l. auctoritate, vt in cap. illud 12. q. 2. etiam quo ad poſſeſſionem, vt ſentit Baldus in leg. cum in antiquioribus Cod. de iure deliber. vnde facta fuit l. 45. Tauri diſponens quod poſſeſſio rerum maioratus poſſeſſore defuncto, vel aliter priuato, ipſo iure tranſeat in ſequentem.

11 Quam ſententiam his tamen non relatis fundamentis, ſequuti ſunt Cou. in cap. quamuis pactum 2. par. §. 2. nume. 4. Siman. de primogen. lib. 1. cap. 14. Anto. Gabr. lib. 3. commun. opin. tit. de iure quæſito, non tollendo. concluſione 5. nu. 48. & concluſ. 8. Paul. de Caſtro conſ. 70. volum. 1. num. 6. Roland. con. 2. volum. 1. Alexan. conſ. 1. volum. 5. ex num. 18. & conſ. 24. num. 22. Tiraquel. de iur. primogen. q. 5. ex nu. 19. Soc. reg. 139. Fel. in cap. 1. numer. 5. de probation. & in cap. ad audientiam numer. 4. de præſcrip.

Qui omnes reſolunnt Regem poſſe res & iura ſui Regni alienare, & in alium transferre, dummodo prædicta alienatio non veniat in magnam Regni diminutionem, & præiudicium ſucceſsoris.

12 Ego autem, vt quod ſentio dicam, indiſtincte & abſolute Reges & Principes ſęculares non poſse donationem etiam vnius villę, Ciuitatis, vel Caſtri ſui Regni iure facere exiſtimo, nec in foro exteriori, nec in interiori; in exteriori quia licet ex donatione vnius villę, vel Ciuitatis paruū aut quaſi minimū ſequatur damnū Regno: tamen quia ea ratione, qua poſset Rex donare illam villam potuiſset ſigillatim aliam, & alias vſque ad totalem Regni perditionem alienare, & maximum ſequeretur detrimentum Regno, & pręiudicium ſucceſsori. ideo dicendum eſt donare, aut alienare non poſse Reges res, & iura ſui Regni, ſiue diſtinctè, ſiue cumulatè ex iuribus & rationibus a num 6. adductis. vnde vectigalia, Collectæ, ſeù tributum, & alia, quæ ſunt regalia, non poteſt nec debet Rex alienare, ſed ea ſucceſsoribus reſeruare, vt not. Bald in capit. 1. Epiſcopum vel Abbatem §. 1. in fin. & quinta quæ debetur Regi de præda, eſt de regalibus, & non poteſt Rex in perpetuum donare, vt in l. 4. tit. 26. p. 2.

13 In foro interiori non poſse ſecura conſcientia Regem aliquam partem ſui Regni alienare, & alteri donare, & ſuo ſucceſsori auferre. probo ex tex. expreſſo in cap. quicunque ſi. 17. quæſt. 4. vbi Diuus Auguſtinus inquit, *quicunque vult exhæredato filio, eccleſiam hæredem facere, quærat alterum, qui ſuſcipiat, non Auguſtinum; imo Deo propitio, nullum inueniet.*

14 De poteſtate vero abſoluta poſse Regem vel Principem res ſui Regni alienare, dummodo in nimiam Regni diminutionem non ſit, affirmo. nam Reges, & Principes tenent Imperatoris vices in terris ſuis. pręcipue Rex noſter inuictiſſimus, qui non recognoſcit Imperatorem, vt dixi in libro meo Select. interpret. ad c. 1. de probat. num. & legibus contrarium diſponentibus derogare poſsunt, vt probant Io. And. in addit. ad Spec. in tit. de inſtrum. edit. §. per verba hæc *ſubſtitutio* Oldr. cōſil. 231. Paul. de Caſtr. conſ. 125. ſuper 1. dub. Nat. conſ. 34. lib. 2. in fi. Ang. cōſ. 217. col. 2. Brun. cōſ. 45. col. pen. Pariſ. conſ. 1. nu. 66. lib. 1. Alex. conſ. 11. lib. 7. col. 3. Ruin. conſ. 130. col. ñ. lib. 5. & cōſil 187. col. pen. lib. 2. Felin. in c. quæ in eccleſiarum col. 13. ex qua reſolutione facilis oritur reſponſio ad fundamenta ſupra adducta a numer. 1. cum quatuor ſequentibus, & vtriuſque opinionis concordia.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Omnes iuris facultates, quæ incorporales dicuntur, quia in iure conſiſtunt, iuris ſunt.*

2 *Ea quæ ſine corpore exiſtunt, iuris ſunt.*

3 *Illud, de quo ius prædicatur in quid, iuris eſſe dicitur.*

4 *Bonorum poſſeſſionis nomen iuris eſſe traditur.*

5 *Ea, quæ iuris ſunt, ad hæredes tranſeunt.*

6 *Ex his, quæ ſunt facti, non poteſt fieri aliquid iuris: cum generatio ſit ſimilium.*

7 *Seruus eſt capax bonorum poſſeſſionis,*

8 *Quæcunque ad animi operationem referuntur, facti eſſe dicuntur.*

9 *Quæcunque conſiſtunt in faciendo facti ſunt.*

10 *Vſus, & vſusfructus iuris ſunt, & ad hæredes non tranſeunt.*

11 *Non valet arg. de compoſitione nominis, ad compoſitionem rei ſignificatæ.*

12 *Bonorum poſſeſſio petita, & agnita per ſeruum acquiritur domino ratam habenti agnitionem.*

13 *Licet animus facti ſit, ea quæ ad animũ referuntur, iuris, non facti ſunt.*

14 *Bonorum poſſeſſio non eſt retentio, & perſecutio, ſed ius & facultas perſequendi, & retinendi.*

15 *Bonorum poſſeſſio eſt iuris, actus autem illius eſt facti.*

Bonorum poſseſsio an ſit iuris, vel facti?

QVAESTIO XVI.

BOnorum poſſeſſionẽ iuris eſſe probarunt DD. omnes vno ore, & præcipue Bartol. in l. 3. §. bonorum num. 2. ff. de bonorũ poſſ. gloſ. & Bald. in in rub. C. qui admitti num. 11. Dec. in 2. interpretatione nu. 101. & Io. Bolog. num. 78. Mant. ſingul. 104. quorum ſententia ſequentibus probatur fundamentis.

1 Primo quod omnes iuris facultates. quæ incorporales dicuntur in principio inſt. de rebus corporalibus, & incorpor. quia in iure conſiſtunt iuris eſſe dicuntur principio inſt. de ſeruit. vrban. præd. ſed bonorum poſſeſſio, eſt quædam facultas perſequendi, & retinendi patrimonij l. 3. §. bonorum ff. de bonorum poſſ. igitur non facti, ſed iuris eſt.

2 Secundo nam ea, quæ ſine corpore exiſtunt, iuris eſſe dicuntur arg. l. hæreditatis ff. de verborum ſignificatione, ſed bonorum poſſeſſio ſine corpore exiſtit dict. l. 3. §. hęreditatis. igitur eſt iuris.

3 Tertio nam id, de quo ius prædicatur in quid, iuris eſſe dicitur, non facti, vt in principio inſt. de vſufructu principio inſtit. de act. ſed de bonorum poſſeſſione ius prædicatur in quid. nempè in proſequendum, vel retinendum patrimonium ſiue rem, quæ cuiuſque cum moritur fuit. vt in d. l. 3. §. bonorum. igitur iuris eſſe nõ facti euidenter conſtat.

4 Denique probatur nam bonorum poſſeſſionis nomen iuris eſſe dicitur d. l. hęreditatis ff. de verborum ſignificatione ibi *iuris enim nomen eſt ſicuti bonorum poſſeſſio*, ſed ea quorum nomina ſunt iuris, iuris eſſe dicuntur non facti ergo bonorũ poſſeſſio iuris eſt.

5 Contraria tamen ſententia nempe nõ iuris, ſed facti eſſe bonorum poſſeſſionem probatur ex ſequentibus probabilibus rationibus. in primis nam ea, quę iuris ſunt; ad hęredes tranſeunt leg. cum hęredes in principio ff. de acquiren. poſſ. ſed bonorum poſſeſſio ad hęredes nõ tranſit l. 3. §. acquirere quis ff. de bonorum poſſ. l. emãcipata C. eod. ergo non eſt iuris ſed facti

6 Secundo ex eo, quod eſt facti; nihil iuris fieri poteſt. ſed bonorum poſſeſſio componitur ex bonis, quæ ſunt facti, & ex poſſeſſione, quæ & facti eſt igitur, & facti etiã eſſe debet.

7 Tertio nam quotiens ſeruus eſt capax alicuius rei; illa non eſt, nec eſſe poteſt iuris. cum iure inſpecto ſeruus pro mortuo habeatur l. quod attinet l. ſeruitutem ff. de reg. iur. ſed bonorum poſſeſſionis eſt capax ſeruus l. ſeruus ff. de bonorum poſſ. igitur bonorum poſſeſſio non eſt iuris.

8 Quarto nam quæcunque ad animi operationem referuntur, facti eſſe dicuntur l. bonæ fidei ff. de acquir. rer. dom. ſed bonorum poſſeſſio ad animi operationem re-

fertur

fertur; cum ſine animo, nec acquiratur, nec retineatur, vt probat text. in l. fin. C. de bonorum poſſ. & in §. fin. inſtit. eod. ergo eſt facti.

9 Vltimo nam quæcumq; conſiſtunt in faciendo facti eſſe dicuntur leg. 1. §. quædam ff. de rerum diuiſione, ſed bonorum poſſeſſio conſiſtit in faciendo, hoc eſt in acquirendo, & retinendo, & proſequendo, vt in d. §. bonorum igitur facti non iuris eſt.

10 His tamen licet fortiſſimis fundamentis non obſtantibus. prior Bart. ſententia verior eſt. quæ vltra fundamenta pro ea adducta, expreſſe probatur in dict. l. 3. in principio ibi *eſt enim iuris, magis quam corporis poſſeſſio.* nec obſtant fundamenta proxime pro contraria adducta: nam ad primum reſpondeo dupliciter. Primo negando maiorem propoſitionem: nam non omnia, quæ ſunt iuris, ad hæredes trãſeunt. vſus enim. & vſusfructus iuris ſunt, & ad hæredes nõ tranſeunt, vt in §. fi. inſt. de vſufruct. principio inſt. de vſu, & hab. Secundo nam tex. in d. l. cum hæredes nõ probat dictam maiorem propoſitionem. verbum enim illud *iura* debet intelligi ſcilicet, particularia, & ius vniuerſale hęreditatis. non autem probat tex quod omnia, quæ ſunt iuris, tranſeunt ad hæredes: ſed tantum, quod omnia iura hæreditaria quomodo ſatisfacit Maſinius in rub. Cod. qui admitti nu. 485.

11 Nec obſtat ſecundum. nam bonorum poſſeſſio in ſui ſubſtantia non eſt compoſita ex his, quæ ſunt facti: nam cum ſit res in corporea, & ſimplex facultas iuris, eſt expers omnis compoſitionis, & licet nomen ipſius ſit compoſitum, non valet argumentum ex compoſitione nominis, ad compoſitionem rei ſignificatæ. cum ſumatur de accidenti ad ſubſtantiam, vt docet Ariſt. in elenchis, & ſic nec vſusfructus, eſt facti, licet ſit compoſitus, ex vſu, quod in facto conſiſtit.

12 Nec obſtat tertium, nam licet ſeruus non ſit capax eorũ, quę ſunt iuris nihil tamen obſtat quominus ex facto ſerui iura domino ſuo acquirantur cum ex ipſius domini perſona capacitatem recipiat l. ſi mihi, & tibi §. regula ff. de leg. 1. & ſic bonorum poſſeſſio petita per ſeruum acquiritur domino, ſi agnitionem ratam habuerit l. ſeruo ff. ad Trebell. nec obſtat, quod cum ſeruus non habeat legitimam perſonam ſtandi iudicio non poſſit bonorum poſſeſſionem petere, quia illud procedit quando aliquid fit in figura iudicij; bonorum autem poſſeſſio non petitur iudicialiter, licet iudex pro tribunali ſedens olim eam decernere deberet, vt in d. l. 3. §. ſi cauſa cognita vbi gloſ. & Andreas Siculus in d. rub. C. qui admitti nu. 33. & reſoluit gloſ. in d. l. ſeruus ff. de bonorum poſſ.

13 Minus obſtat quartum. nam licet animus facti ſit, non ideo quę ad animum referuntur, facti ſunt alioquin, & dominium, & obligatio, & cętera id genus, facti eſſe dicerentur, quod eſt falſum. quin imo etiam ea, quæ intellectu, & iuris beneficio conſiſtunt iuris eſſe dicuntur. Vnde argumentum retorqueri poteſt: nã licet retentio, & acquiſitio bonorum poſſeſſionis facti ſit; ipſa tamen bonorum poſſeſſio, quæ habet eſse iuris beneficio, antequam acquiratur, & retineatur, vt eſt bonorum poſseſſio delata, iuris procul dubio eſt.

14 Denique non obſtat vltimum fundamentum nam eſt falſiſſimum bonorum poſseſſionem eſse retentionem, vel perſecutionem: eſt enim ius ideſt facultas perſequendi, & retinendi, & ſic facultas iuris retentio autem, & perſecutio eſt actus illius potentiæ.

15 Ex quibus ego reſoluendum cenſeo in hac propoſita quæſtione bonorum poſſeſſionem iuris eſſe; actum autem illius eſſe facti, nempe retentionem, & perſequutionem quemadmodum actio eſt iuris: cũ ſit ius proſequendi; perſecutio autem eſt facti vt ſupra reſoluimus.

SVMMARIVM.

1 *Bonorum poſſeſſio an differat ab hæreditate?*

2 *Quæcunq; ęquiparantur per modum regulæ, in omnibus differre eſſentialiter non dicuntur.*

3 *Quæ non differunt, niſi reſpectu eſſentialiter differre non dicuntur.*

4 *Diffinitio dat eſſentiam rei diffinitæ, &* *verbum* continere *proprietatem ſignificat.*

5 *Id quod eſt tale, & tale non appellatur, neceſſarium eſt, vt differat ſpecie à tali,*

6 *Bonorum poſſeſſio, & hæreditas differũt diffinitione.*

7 *Ita ſe habet bonorum poſſeſſio ad hæreditatem*

tatem, ut poſſeſſio facti ad rem poſſeſſam.

8 *Plures differentiæ reperiuntur inter bonorum poſſeſſionem, & hæreditatem, & nu.20.*

9 *Bonorum poſſeſſio, & hæreditas differũt origine, & nomine.*

10 *Hæreditas ſolo animo aditur; bonorum autem poſſeſſio requirit ſaltim iudicis præſentiam.*

11 *Hæreditas transfert iura directa, bonorum poſſeſsio vtilia.*

12 *Hæreditas adiri poteſt intra triginta annos, bonorum poſſeſsio delata liberis, intra annum peti debet, delata tranſuerſalibus infra centum dies.*

13 *Filiusfamilias non poteſt adire hæreditatem niſi præcedente iuſſu patris, bonorum autem poſſeſsionem poteſt agnoſcere patre ignorante.*

14 *Hæreditas non poteſt adiri per procuratorem, bonorum poſſeſsio acquiri poteſt.*

15 *Qui inuitus & per metum adit hæreditatem, ſibi acquirit; bonorum poſſeſſionem non acquirit.*

16 *Pupillus non poteſt adire hæreditatem ſine tutoris authoritate; bonorum poſſeſsionem agnoſcere poteſt decreto iudicis.*

17 *Hæreditas non poteſt adiri ſub conditione, bonorum tamen poſſeſsio poteſt ſub conditione agnoſci.*

18 *Ius perſequendi, & retinendi neceſſarium eſt, quod differat ſpecie, & eſſentia a re, quam perſequimur & retinemus: cum actio, & paſsio non detur in eodem ſubiecto.*

19 *Æquiparatio debet eſſe diuerſorum, & nullum ſimile eſt idem.*

21 *Appellatione hæreditatis non continetur proprie bonorum poſſeſsio, ſed improprie.*

Et verbum continetur *quandoq; improprietatem denotat.*

22 *Reſolutio quæſtionis aſsignatur.*

Bonorum poſseſsio an differat ab hæreditate ſpecie & eſſentia?

QVÆSTIO XVII.

1 Neque ſpecie, neque eſſentia differre bonorum poſſeſſionem, & hæreditatẽ dixerunt Riccar. in principio inſtit. de bonorum poſſ. Bacon. lib. 3. declarat. iuris declaratione 48. n. 2. & 3. Ronchegall. in §. quos autem inſt. eod. nu. 17. Bolog. in rub. C. qui admitti nu. 65. pro quibus ſequentia ponderari poſſunt.

2 Primo nam quæcumque æquiparantur per modum regulæ in omnibus, differre eſſentialiter non dicuntur. §. ſed nõ vſque inſt. de lega. l. 2. C. communia de legatis. at hereditas, & bonorum poſſeſſio æquiparantur in omnibus, & per modum regulæ l. 2. ff. eodem §. quos autem inſt. de bonorum poſſ. igitur hæreditas, & bonorum poſſeſſio non differunt eſſentialiter.

3 Secundo quæ non differunt niſi reſpectu, eſſentialiter differre non dicuntur. ſed hæreditas, & bonorum poſſeſſio non differunt niſi reſpectu, igitur eſſentialiter non differunt. Minor probatur ex eo nã hæreditas conſideratur in abſtracto, & in ſe quatenus eſt ius vniuerſale repræſentãs defunctũ: & ideo dicitur ſucceſſio in vniuerſum ius defuncti l. hæreditas de regul. iur. l. nihil aliud de verborum ſignificatione, & hoc reſpectu conſiderata bonorum poſſeſſio nihil eſt aliud, quam hereditas, & ſucceſſio l. 3. in principio, & §. hæreditatis ff. de bonorum poſſ. l. emancipata C. eodem l. ait prætor §. non ſolum ff. de minor. bonorum autem poſſeſsio dum definitur, conſideratur reſpectu ſucceſſoris, & quatenus ei competit. & ideo dicitur ius perſequendi, retinendi quę quo reſpectu cõſiderata hereditas, nihil aliud eſt, quam ius perſequendi, retinendique patrimonij, ſiue rei apparet igitur huiuſmodi terminos ſola diuerſitate reſpectus differre non re, & eſsentia.

4 Tertio, & vltimo id quod proprie venit appellatione hæreditatis, non poteſt ab hereditate eſsentialiter differre. cum

P pro-

proprietas potiſſimum ſumatur a diffinitione, quæ dat rei diffinitę eſsentiam, vt docet Bartol. in l. omnes populi ff. de iuſt. & iure num. 59. ſed appellatione hęreditatis, & bonorum poſseſsio propriè continetur, igitur bonorum poſseſsio eſſentialiter ab hęreditate non differt. minor expreſse probatur in l. hæreditatis ff. de verborum ſignificatione vbi I. C. ait hæreditatis appellatione bonorum quoque poſſeſſio continetur, ergo bonorum poſſeſſio eſt propriè hæreditas cum verbum continere proprietatem denotet, vt docet Bart. in l. cui eorum §. affinitates ff. de poſtulando Rebuff. ad l. 1. ff. de verborum ſignificatione col. 21. igitur bonorũ poſseſsio eſt proprie hereditas.

5 His tamen fortiſſimis non obſtantibus fundamentis. contrariam ſententiam defendunt Accurſ. in d. l. hæreditatis ff. de verborum Bart. in l. Centurio ff. de vulg. & pupil. Cum. in l. ſi filius num. 28. ff. de liberis, & poſth. Cotraſ. in l. frater à fratre nu. 87. ff. de condictione indeb. Miſinger. in principio de bonorum poſſeſſione num. 4. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 12. tit. 15. n. 1. Curt. iun. in l. 1. C. qui admitti num. 28. qui mouentur ex ſequentibus.

Primo nam quidquid eſt loco talis, & talis non appellatur, neceſſarium eſt, vt differat ſpecie a tali, arg l. quod Nerua. ff. depoſiti. ſed bonorum poſſeſſio eſt loco hæreditatis §. quos autem inſt. de bonorum poſſ. & diuerſo modo appellatur, vt patet, igitur difiert ſpecie ab hæreditate.

6 Secundo nam quę differunt diffinitione, differunt etiam ſpecie & eſſentia. quãdo quidem diffinitio ponit ſubſtantiam, & eſſentiam rei diffinitæ l. omnis diffinitio ff. de reg. iur. iuncta gloſ. ibi. ſed bonorum poſſeſſio, & hæreditas differunt diffinitione, vt conſtat ex d. l. 3. §. bonorum ff. de bon. poſſ. & d. l. nihil aliud de verb. ſign. igitur differunt ſpecie, & eſſentia.

7 Tertio nam ita ſe habet bonorum poſſeſſio ad hæreditatem, vt poſſeſſio facti ad rem poſſeſſam, vt colligitur ex principio l. 3. ff. eod. ſed poſſeſsio differt realiter, & eſſentialiter à re poſſeſſa. igitur etiam bonorum poſſeſſio ab hæreditate realiter, & eſſentialiter differunt. vnde Cuman. in leg. ſi filius qui in poteſtate ff. de liberis & poſt. dicebat num. 28. hæreditatem eſſe ipſam vniuerſitatem bonorum, ipſũ defunctum repreſentantem, bonorum autem poſſeſſionem, ipſius iuris, & vniuerſitatis poſſeſsionem.

8 Quarto nam in his, quæ ſunt iuris, differentiæ etiam modicæ, & accidentales inducunt diuerſitatem ſpecierum, eaſq; multiplicant. principio inſt. de ſeruitut. ruſt. præd. & vrb. cum alijs adductis a Riccar. in rub. eod. titul. numer. 146. & per Dec. in rubrię. Codic. qui admitti numer. 18. ſed hæreditas, & bonorum poſſeſſio, ſunt iuris, vt in l. hæreditatis appellatio ff. de verborum ſignificatione, & inter eas plures reperiuntur differentiæ. igitur tales differentię inducunt, & conſtituũt diuerſitatem ipſarum minor propoſitio, nempè plures eſſe differentias inter hęreditatem, & bonorum poſſeſſionem, conſtat ex ſequentibus.

9 Primo nam origine differunt, & nomine, quod regulariter arguit diuerſitatem eſſentiæ l. ſi idem C. de codicill.

10 Secundo differunt, quia hæreditas ſolo animo aditur §. fin. inſt. de hæredum qual. & differ. bonorum autem poſſeſſio requirit ſaltim iudicis pręſentiam l. fi. in fi. C. de bonorum poſſ.

11 Tertio nam hæreditas transfert iura directa; bonorum autem poſſeſſio iura vtilia §. quos autem inſt. de bon. poſſ.

12 Quarto quia hæreditas poteſt adiri infra triginta annos l. licet C. de iure delib. vbi gl. bonorum autem poſſeſſio delata liberis debet peti infra annum, delata autem tranſuerſalibus infra 100. dies l. 1. §. largius de ſucceſsor. edict. & in §. cum igitur inſt. eod.

13 Quinto nam filiusfam. non poteſt adire hæreditatem niſi præcedente iuſſu patris l. ſi quis mihi bona §. iuſſu ff. de acq. hæred. bonorum autem poſſeſſionem poteſt agnoſcere ignorante patre l. 1. C. de bonorum poſſ.

14 Sexto nam hæreditas non poteſt adiri per procuratorem l. Paulus. vbi gloſ. & Bartol. ff. de acq. hæred. bonorum autem poſseſſio per procuratorem acquiri poteſt l. 3. §. acquirere ff. de bonorum poſſeſſion.

15 Septimo nam qui inuitus, & per metũ adit hæreditatem, ſibi acquirit l. ſi mulier §. pen. ff. quod metus cauſa l. quod metus ff. de acq. hæred. bonorum autem poſſeſſio inuito agnoſcenti nõ acquiritur, vt probat eleganter. Doctiſſimus noſter Fortunius Garzia in l. iuris gentium in principio nu. 29. ff. de pactis.

16 Octauo pupillus non poteſt adire hære-

di-

ditatem ſine tutoris authoritate princi-
pio inſt. de auctor. tut. l. 1. ff. eod. & tamen
poteſt agnoſcere bonorum poſſeſſionem
ſine tutoris authoritate decreto iudicis l.
bonorum vbi Iaſ. C. de bonorum poſs.

17 Nono nam hæreditas non poteſt adiri
ſub conditione, cum illius aditio ſit actus
legitimus; bonorum autem poſseſſio po-
teſt ſub conditione agnoſci arg. l. 2. C. de
inoffic. teſtam. vt docet Cyn. in l. vlt. C. vn
de legitimi nu. 11. cum igitur tot reperian
tur differentiæ inter hæreditatem, & bo-
norum poſseſſionem, dubitandum non eſt
quin hæreditas, & bonorum poſseſſio ſpe
cie differant.

18 Decimo, & vltimo hæc ſentẽtia, & opi
nio probatur, nã ius perſequẽdi, & retinẽ
di, neceſse eſt, vt differat realiter, & eſsen
tialiter à re, quam proſequimur, & reti-
nemus; cum nihil poſſit ſe ipſum proſequi
& retinere. actio enim, & paſſio non da-
tur in eodem ſubiecto l. 2. ff. de ſtipul. ſer.
ſed bonorum poſseſſio, eſt ius perſequen-
di, & retinendi, vt probauimus ex d. §. bo-
norum. hæreditas autem eſt vniuerſitas,
quam proſequimur, & retinemus virtute
bonorum poſseſſionis, vt colligitur ex d.
l. 3. ff. de bonorum poſſ. igitur bonorum
poſseſſio differt realiter, & eſsentialiter
ab hæreditate.

19 Qua retenta ſententia, vt veriori, & ſe-
curiori. non obſtant fundamenta pro con-
traria adducta, non primum, nam falſum
eſt eſse eadem eſsentialiter ea, quæ æqui-
parantur per modum regulæ §. 1. inſt. de
donat. & tamẽ alia eſt ſpecies donationis
cauſa mortis, & ſpecies legatorum, & cũ
nullum ſimile ſit idem l. quod Nerua ff.
depoſiti. æquiparatio diuerſorum debet
eſse, & ſic cum bonorum poſseſſio, & hæ-
reditas ęquiparentur, diuerſa eſse neceſsa
rio dicendum eſt.

20 Neque obſtat ſecundum. nam reſpon-
deo negando ſolo reſpectu differre hære-
ditatem, & bonorum poſseſſionem; cum
pluribus nominibus differant, vt proxi-
me probauimus à nu. 8.

21 Deniq; non obſtat vltimum argumen-
tum. nã non propriè appellatione hæredi
tatis continetur bonorum poſſeſſio; ſed
improprie, vt dicit gl. in d. l. hæreditatis
appellatione, & licet verbum continere
ſoleat denotare proprietatem, quandoq;
etiam ad impropriam, & largam ſignifica
tionem refertur, vt patet in l. in legibus
ff. de teſtib⁹. nec tenet conſequentia appel
latur bonorum poſſeſſio propriæ hæredi-
tas. ergo non differt ſpecie ab hęreditate.
quia etiam arrogatio appellatur proprie
adoptio; & tamen differunt ſpecie, & niſi
differrent bonorum poſseſſio, & hæredi-
tas ſpecie iura, quæ dicunt prætorem nõ
potuiſse facere hęredem, ſed feciſse bono-
rum poſseſſionem quæ eſt loco hęredis, eſ
ſent impoſita verbis, non rebus. contra l.
2. C. cõmunia de legatis in fin. & ſic reſol-
uendum eſt bonorũ poſseſſionem differre
ab hęreditate ſpecialiter, & eſsentialiter.

SVMMARIVM.

1 *Omnis actio præſupponit aduerſarium.*
2 *Nulla actio eſt ius retinendi.*
3 *Ius quod non habet cauſam præexiſten-
tem vel ius ad rem vel in re, non po-
teſt eſſe actio.*
4 *Omnis actio eſt inſtrumentum agendi.*
5 *Bonorum poſſeſſio eſt ius perſequendi.*
6 *Bonorum poſſeſſio non eſt ius perſequen-
di in iudicio.*

Bonorum poſſeſsio an ſit actio?

QVÆSTIO XVIII.

1 DVbitat Bald. in rub. C. qui ad-
mitti n. 5. an bonorum poſseſ
ſio ſit actio? & actionem non
eſse probat ex aliquibus. Pri-
mo nam omnis actio præſup-
ponit aduerſarium l. 1. C. de alien. iudic.
mut. ca. fac. ſed bonorum poſseſsio aduer
ſarium non pręſupponit, ſi quidem cita-
tio non eſt neceſsaria, vt notatur in d. l. 3.
§. pen. ff. de bon. poſs. & reſoluunt commu
niter omnes interpetres in rub. C. qui ad-
mitti. igitur non eſt actio.

2 Secundo nam nulla actio eſt ius retinen-
di §. æque inſt. de act. l. 1. §. interdictum ff.
vti poſſidetis. ſed bonorũ poſseſsio eſt ius
retinendi, vt in d. §. bonorum d. l. 3. igitur
non eſt actio.

3 Tertio, quia nullum ius, quod non ha-
bet cauſam præexiſtentem, vel ius ad rẽ,
vel in re, poteſt eſse actio §. omniũ inſt. de
act. ſed bonorum poſseſsio non habet cau-
ſam præexiſtentem, vel ius ad rem, vel in
re; cum ius ad rem ſit obligatio, quã non
præſupponit bonorum poſseſsio: ſiquidẽ
nec ex cõtractu, nec quaſi, nec ex delicto,
vel quaſi competit. arg. principij inſtitut.

Digitized by Google

de oblig. quę ex quaſi contractu, ius ſeruitutis, vel hypotecę, quę iura non pręſupponit bonorum poſseſsio, igitur non eſt actio.

4 Quarto nam omnis actio eſt inſtrumentum agendi tit. inſt. de act. & ff. de oblig. & act. ſed bonorum poſseſsio non eſt inſtrumentum agendi, cum ſit ius propter quod; non autem ius quo. ſecundum gl. cõmuniter receptam in d. §. bonorum, igitur non eſt actio. quam ſententiam, & opinionem ſequũtur omnes interpetres cõmuniter vnoore dicentes veriorem, & ſecuriorem eſse, vt refert Maſinius in rub. C. qui admitti nu. 489.

5 Non tamen deſunt, qui contrariã defendere tentarunt, dicentes bonorum poſseſsionem eſse actionem, hoc principaliter moti fundamento. nam omne ius perſequendi, eſt actio. principio inſt. de act. l. nihil eſt aliud ff. de oblig. & act. ſed bonorũ poſseſsio eſt ius perſequendi, vt in d. l. 3. §. bonorum ff. de bonorũ poſseſs. igitur eſt actio. Quo fundamento non obſtante, a priori non eſt recedendum tanquam veriori & receptiori, & ad illud reſpondendum eſt negando maiorem propoſitionẽ. nam non omne ius perſequendi eſt actio, licet omnis actio ſit ius perſequendi. præterea, nam licet vera eſset illa propoſitio, eſset vera de omni iure perſequendi in iudicio ſecundum diffinitionem actionis a iuſt. propoſitam in d. principio inſt. de act. ſed bonorum poſseſsio non eſt ius perſequendi in iudicio, & ſic iure optimo dicẽdum eſt non eſse actionem.

SVMMARIVM.

1 *Bona maioratus an poſsint amitti ob crimen hæreſis, & ſimilia?*
2 *Eodem modo, ordine, & iure ſucceditur in maioratum, quo in Regnum.*
3 *Vaſſallus propter atrociora crimina feudo priuatur, & eius filij excluduntur à feudi ſucceſsione.*
4 *Pupillus, & illi, quibus bonis interdictum eſt, alienare non poſſunt bona ſua, licet veri domini ſint.*
5 *Bona maioratus confiſcari non poſſunt ob crimina etiam atrociſsima.*
6 *Lex diuina, & poſitiua ſolum delicti auctores punit.*
7 *Ea quæ non tranſeunt ad extraneum hæredem, nec ad fiſcum pro confiſcatione tranſire poſſunt. & nu. 9.*
8 *Primogenitus ius ſuccedendi in maioratum habet ab inſtitutore maioratus.*
10 *Ea quæ per mortem alicuius tranſeunt ad filios eius, non vt ad hæredes, ſed vt ad filios, tranſeunt ad eos, etiam ſi pater non ſit naturaliter mortuus, ſed tantum ciuiliter.*
11 *In bonis quæ oportet remanere in corpore patrimonij, non poteſt fieri miſsio in poſſeſsionem.*
12 *Publicatis bonis patris ob delictum ab eo commiſſum, non publicatur peculiũ profectitium filij.*
13 *Quando quis prohibetur alienare non propter ſe ſed fauore tertij omnis alienatio excluditur tam voluntaria quã neceſſaria, quæ fit propter delictum.*
14 *Non poſſunt omnes articuli legibus comprehendi.*
15 *Doctrina Lupi adducta nu. 2. refellitur cum explicatione illius.*
16 *Quando vaſſalli delinquunt contra naturam feudi, & committunt offenſam contra dominum, poſteri delinquentis feudum amittunt, etiam ſi feudum ſit antiquum.*
17 *Bona maioratus ſunt ſui natura inalienabilia.*
18 *Teſtatorum lex, quam rebus titulo maioratus in vltima voluntate relictis dederint, ſeruanda.*
19 *Reſolutio quæſtionis proponitur.*

Bona maioratus an poſsint amitti ob crimen hæreſis læſę Maieſtatis, & alia ſimilia atrociora crimina?

QVÆSTIO. XIX.

1 HVius practicabilis, vtilis, & difficillimæ quęſtionis affirmatiuam ſententiam tenendam eſſe videtur. Primo nam nulla inuenitur lex, quę expreſsè prohibeat ne primogenita propter hęreſim confiſcentur.

2 Secundo nam eodem modo, ordine, & iure ſucceditur in maioratum, quo in Regnũ. Sed propter hęreſim Regis nõ ſolum Rex Regno priuatur, ſed etiam eius filij à Regni ſucceſsione pelluntur, vt probat Lupus de iure Nauarræ par. 5. §. 7. igitur pari ratione primogeniturę, & maioratus bona confiſcari poterunt.

Ter-

3 Tertio, nam valet argum. de feudo ad maioratum. Sed vaſſallus propter atrociora crimina, non ſolum feudo priuatur; ſed & filij, & ſucceſſores eius ab eodem feudo excluduntur, cap. 1. §. denique, quę fuit prima cauſa benef. amit. c. 1. ſi vaſſal. feud. priu. cap. 1. §. ſi vaſſallus. ſi de feudo fuerit conuer. in vſibus feud. l. 2. vbi Bal. & alij C. de liber. & eorum liber. & Canoniſtæ in cap. 2. de feud. igitur etiam bona maioratus propter hæreſim, & alia atrociora crimina amitti debent.

4 Quarto, nam primogenitus verè dominus eſt illorum bonorum, perinde atque aliorum, quæ pleno iure acquiſierit: cum dominium maioratus non ſit ablatum à primogenito; qui ſuccedit in eum, nec per Principem, nec per aliquam legem, nec per eum, qui maioratum fecit, & cum Princeps facultatem concedit obligandi, permutandi, vendendi, & alienandi maioratum, non dat eo tempore dominium, ſed tantum vincula ſoluit: nec ideò minus dominus eſt primogenitus, qui liberè alienare non poteſt: quia nec pupillus, nec is cui bonis interdictum eſt, alienare poteſt bona ſua, & tamen veri domini ſunt, l. non ideo ff. de rei vendic. l. ex aſſe. ff. ad Trebell. l. is cui bonis ff. de verborum oblig. l. fi. §. ſed quia C. commun. de legatis, igitur poterunt confiſcari bona illa maioratus propter hæreſim, & alia crimina grauiora.

5 Contrariam tamen ſententiam nempè amitti, aut confiſcari bona maioratus non poſſe, probat Palaez. in tit. de maioratibus 4. par. quæſt. 23. & alij plures ab eo relati n. 1. qui mouentur ex ſequentibus. Primo ex l. Imperator ff. de fideicommiſſar. libertatibus, l. iura libertorum ff. de iure patronatus l. 3. ff. de interdictis, & releg. vbi bona alienari prohibita, non amittuntur per delictum, l. res vxoris C. de donat. inter. l. cotem. §. dominus ff. de public. & vecti. authentico de Eccleſiaſt. titul. §. ſi quis in ſua. collat. 9. & probant Bart. in d. l. Imperator, & infiniti alij à Palaez. relati, vbi ſupra num. 2.

6 Secundo hæc ſententia ſuadetur ex eo, nam cum ex primæua teſtatorum inſtitutione bona, quæ vinculo maioratus relinquuntur, ſint ſucceſſorum in maioratibus pro tempore in illis ſuccedentium, & ſolum poſſeſſores habeant pro victu fructuum commoditatem, & ſint in infinitum reſeruanda, & tradenda poſteris, l. vnũ ex familia §. ſi de falcidia ff. de leg. 2. iniquiſſimum quidem eſſet quod ſucceſſor puniretur pro facto anteceſſoris, & contra legem diuinam, quæ ſolum delicti auctores punit, & non alios, Ezechiel. 18. cap. l. ſancimus C. de pœnis cap. fin. de delictis puer.

7 Tertio nam ea, quæ non poſſunt ad extraneum hæredem præuenire, non tranſeunt in fiſcum per confiſcationem d. l. iura libertorum l. 1. C. de bonis libertorum cum alijs adductis ab Alex. conſ. 89. lib. 4. Soccin. conſil. 121. num. 22. lib. 4. Gram. deciſ. 10. num. 18. Boer. deciſ. 278. num. 6. par. 2. Sed bona maioratus non tranſeunt in hæredem extraneum, vt in d. l. vnum ex familia, igitur confiſcari non poterunt.

8 Quarto, nam primogenitus non habet primogenituram ab eo, qui delictum cõmiſit, ſed ab inſtitutore, vt patet ad ſenſum, & probatur in l. cum patronus ff. de leg. 2. & in l. ſi arrogator, ff. de adopt. igitur non debet ei nocere delictum anteceſſoris.

9 Quinto, nam in hæreditate, quæ ex pacto in contractu matrimonij inito, debet venire ad primogenitum, & ad alios liberos ſucceſſiuè, ſi decedant ſine liberis, & ad extraneum hæredem non tranſeat, talia bona nõ confiſcantur, l. peto §. fratre ff. de legat. 2. & probat. Soccin. conſ. 121. nu. 22. lib. 4.

10 Sexto nam ea, quæ per mortem alicuius tranſeunt ad filios eius, non vt ad hæredes, ſed vt ad filios; tranſeunt ad eoſdem etiam ſi pater nõ ſit naturaliter mortuus, ſed ciuiliter tantum, l. in inſulam, in principio ff. ſolut. matrim. vbi actio de dote patre deportato, & ſic ciuiliter mortuo, conſolidatur in filiam, igitur bona maioratus, quæ tranſeunt in filium primogenitum non vt hæredem, ſed vt filium, confiſcari non poterunt propter delictum patris.

11 Septimo facit doctrina Bald. in auth. & qui in 16. col. verſic. quæ o nunquid in rebus, vbi quærit nunquid in rebus prohibitis alienari per teſtatorem, poſſit fieri miſſio in poſſeſſionem? & reſpondet quod aut oportet ea bona in corpore patrimoniali remanere, & non poteſt fieri miſſio l. 2. C. de vſu cap. pro emptor. quæ lex propriè loquitur in rebus prohibitis per teſtatorem alienari ex cauſa; aut dicta bona ſubiacent reſtitutioni ſtatim, &

idem

idem eſt ; aut ſunt ſubiecta reſtitutioni ſub conditione, & tunc ante conditionis euentum poteſt fieri miſſio l. fin. §. ſi autem C. cõmun. de legat. Cum igitur maioratus bona debeant remanere in corpore patrimoniali, hoc eſt in domo, & familia inſtitutoris, dicendum eſt non poſſe fieri miſſionem in poſſeſſionem in talibus bonis, quamuis talis miſſio non ſit alienatio voluntaria.

12 Octauo, nam publicatis ob crimen bonis filij familias, non publicatur peculiũ Caſtrenſe, vel quod pater ei militaturo dedit, l. ſi filius C. de bonis damn. vt probat plures referens Couar. lib. 2. var. c. 8. num. 7. nec publicatis bonis patris ob delictum ab eo commiſſum, publicatur peculium profectitium filij l. 3. §. ſed vtrum ff. de minor. quem ad id citant omnes, & probat Couar. vbi ſupra, & Iaſ. in auth. ſi qua mulier num. 3. C. de Sacr. Sanct. Eccleſ. & in §. actiones inſtit. de act. nu. 64. & in l. frater à fratre n. 3. ff. de cond. ind. in l. ſeruum filij num. 7. ff. de leg. 1. in l. 3. §. ſi filius num. 1. ff. quod quiſque iuris, & in auth. nouiſſima nu. 8. C. de inofficioſo.

13 Nono, & vltimo, hæc ſententia probatur ex regula illorum qui dicunt, quod quando quis eſt prohibitus alienare, non propter ſe, ſed fauore tertij, tunc excluditur omnis alienatio non ſolum voluntaria, ſed etiam neceſſaria, & non ſolum hominis, ſed etiam legis, veluti quæ ſit propter delictum probibiti, ne ſit in eius poteſtate alteri præiudicare, & probat Ang. in l. ſi filius num. 6. ff. de damno infecto; igitur abſque dubio erit dicendum bona maioratus non poſſe alienari, nec confiſcari propter delictum poſſidentis; ſed ad ſucceſſorem tranſire debere, ſi quidem ille poſsidens ſit prohibitus alienare, non propter ſe, ſed fauore ſui ſucceſſoris, cui præiudicaretur ex eius alienatione, vel ex commiſsione delicti, ſi propter illud bona illa eſſent confiſcanda.

14 Qua ſententia, vt veriori retenta, non obſtant fundamenta pro contraria adducta: nam ad primum breuiter reſpondemus cum I.C. in l. non poſſunt ff. de legibus, quòd non poſſunt omnes articuli legibus comprehẽdi, ſed cum in aliqua cauſa ſententia eorum manifeſta eſt, qui iuriſdictioni preeſt, ad ſimilia procedere, & ita ius dicere debet, veluti in caſu noſtræ quæſtionis, in quo licet non ſit expreſſa lex, quæ prohibet maioratus bona confiſcari propter delictum poſsidentis; tamen quia primogenita reſtitutioni obnoxia ſunt; cum veniant de maiori in maiorem, vſque in infinitum, confiſcàri minimè poſſunt, l. Statius §. Cornelio ff. de iure fiſci, l. Imperator. de fideicommiſſarijs liber. & ita rectè dicimus bona maioratus confiſcari non poſſe propter delictum poſsidentis, ex rationibus adductis à num. 9.

15 Ad ſecundum reſpondeo doctrinam Lupi dicentis propter hæreſim priuari Regẽ Regno, & eius filium repelli a ſucceſsione illius, ita intelligendam eſſe, vt filius non propter hæreſim patris reddatur inhabilis ad ſucceſsionem Regni, niſi ipſo filius ſucceſſerit in hæreſi, ſicut in Regno.

16 Ad tertium reſpondemus, quod procedit quando vaſſalli delinquunt cõtra naturam feudi, & committunt offenſam cõtra dominum, quo caſu poſteri delinquẽtis feudum amittunt ; etiam ſi feudum ſit antiquum d. c. 1. §. deniq; , quæ fuit prima cauſa feudi am. cap. 1. §. ſi vaſſallus culpam iuncta gloſ. ibi ſi de feudo fuerit controuerſ. cap. 1. iuncta gloſ. ſi vaſſallus feudo priuetur, & eſt communis ſecundum Alex. conſil. 30. num. 9. lib. 6. cuius conſtitutionis rationem reddit tex. in d. §. denique ad medium dicens, ſi vaſſallus ita in dominum peccauerit, vt feudum amittere debeat, non ad proximos, ſed ad dominum beneficium reuertatur, vt hanc ſaltim habeat ſuæ iniuriæ vltionem.

17 Denique non obſtat vltimum fundamentum contrariæ ſententię, nam reſpõdeo verum eſſe primogenitum verè dominum eſſe rerum, & bonorum maioratus, perinde atq; aliorum, quæ pleno iure acquiſierit quo ad vſum, & vſufructum tantum, & quo ad illorum conſeruationẽ; non tamen quod alienationem, & deſtructionem, vt conſtat ex diffinitione maioratus, quam aſsignat Molina de Hiſp. primogen. lib. 1. cap. 1. num. 22. nam bona maioratus ſunt ſui natura inalienabilia l. ſi quæſita §. ea lege C. de condict. ob cauſã auth. res quæ C. communia de lega. auth. de nupt. §. quoniã infirmitas. col. 3. & probãt plurimi relati a Pelaez de maioratibus 4. par. quæſt. 1. num. 1. & ſic cum ſint inalienabilia, etiam ſi pater delictum committat, non debet amittere maioratus ſucceſsionem primogenitus; cum eius fauore tantum fuerit inducta alienationis

tionis

tionis prohibitio, vt probauimus ſupra num. 13. quo caſu ceſſat, & non poteſt habere locum alienatio, non ſolum hominis, ſed etiam legis, quæ fit propter delictum, ne ſcilicet ſit in eius poteſtate alteri præiudicare, vt diximus ſupra d. num. 13. nec valeat conſequentia primogenitus eſt dominus bonorum maioratus, ergo propter eius delictum cõfiſcari poſſunt: quia vt diximus, non eſt dominus, niſi vſq; ad ipſius mortem ciuilem, vel naturalem: nã poſt eam ipſo facto, ſtatim, & incõtinenri, efficitur dominus ſucceſſor primogenitus, non ex legibus, aut conſuetudinibus, quibus princeps ſecularis derogare poſſit; ſed ex ipſa primæua, & originali inſtitutione eorũ, qui maioratus inſtituunt; Qui poſſunt vocare ſucceſſores in infinitum, vel pro tempore eiſdem placito, & lex, quam rebus titulo maioratus relictis, dederint; ſeruanda eſt, & ab ea non eſt recedendum, l. in traditionibus ff. de pactis l. legem C. eodem l. quoties C. de donat. quæ ſub modo. Et probat in ſpetie l. 27. Tauri, & l. 40. in fi. Ex quibus reſoluendum eſt in noſtra quæſtione contra Simãcas de Catholicis inſtit. titul. 9. num. 258. bona maioratus confiſcari non poſſe propter delictum hæreſis, læſæ maieſtatis, & ſimilium, ſed ad ſucceſſorem tranſire mortuo primogenito ciuiliter, vel naturaliter, ex iuribus, & rationibus adductis ſupra num. 5.

SVMMARIVM.

1 *Collegialis priuatus ſubſidio totius anni, vel portione totius diei vigore alicuius ſtatuti, ſi in ſimilem pœnam vigore alterius ſtatuti eodẽ anno, vel die incidat, an debeat puniri alia pœna? vel prima primi lapſus ſufficiat?*
2 *Valet argumentum de lege ad teſtatorẽ, & è contra.*
3 *Commiſſo delicto, neceſſario debet ſequi pœna ex legis diſpoſitione.*
4 *Pluralitas delictorum pœnarum pluralitatem requirit.*
5 *Quando plures actiones naſcũtur ex diuerſis delictis, nunquam vna aliã conſumit.*
6 *Occaſio delinquendi nemini dari, ſed in quantum poſſit euitari debet.*
7 *Inducta ad pœnam, non debent immunitatem operari.*
8 *Ponderatur textus in l. 2. C. vt infra certum tempus crimin. quæſt.*
9 *Quando pęna, quæ imponitur à lege, non cadit in ſeruum delinquentem, officio Iudicis alterari poteſt.*
10 *Ponderatur text. in clem. 1. de decimis.*
11 *Perpenditur text. eleg. in clem. 2. de vita, & honeſtate Clericorum.*
12 *Qui non habet in bonis luat in corpore.*
13 *Bald. tenet quod ſi alicui vigore ſtatuti erit amputanda manus, & manum nõ habeat, in alio membro erit puniẽdus.*
14 *Quando pœna imponitur in ſpetie, non habet locum duplicatio pœnæ.*
15 *Priuatio præſupponit habitum.*
16 *Contenti eſſe debemus pœnis in legibus comprehenſis.*
17 *Odia reſtringi fauores cõuenit ampliari.*
18 *Vbicunque agitur de pœna alicui imponenda, debet conſtare de voluntate legis.*
19 *Nemo duplici pęna debet puniri.*
20 *Vera reſolutio aſſignatur ad fundamenta pro contraria adducta, vſque ad num. 25.*

Collegialis priuatus ſubſidio totius anni, vel portione totius diei vigore alicuius ſtatuti ſui Collegij, ſi in ſimilẽ pęnam alterius ſtatuti eodem anno, vel die incidat, an debeat puniri alia pœna, vel prima primi lapſus? ſi quidem vtriuſq; lapſus pęna eſt eadem, licet ex diuerſis cauſis, & ſtatutis.

QVÆSTIO XX.

1 QVia ſæpenumero contigit inter collegas, & inter nos contigiſſe vidi, dubitari in propoſita quæſtione, an ſufficiat prima pœna ſemel impoſita pro vtroque delicto, vel potius alia pro ſecũdo debeat imponi? Ideo ipſam diſputare decreui, vt nulla vlterius extet dubitandi ratio, &

non

non ſufficere primã, ſed alia eſſe pęna plectẽdum collegialẽ, qui bis in anno, vel in die in eandem pœnam incurrerit licet ex diuerſis delictis, vel cauſis, probatur ex ſequentibus.

2 Primo, nam valet argum. de l. ad teſtatorem, & e contra, auth. de nuptijs §. diſponat col. 4. cum ſimilibus. Sed ſi teſtator iubet aliquid fieri, quod fieri non poteſt propter aliquam cauſam, debet fieri commutatio in aliud, vt voluntati defuncti ſatisfiat eo modo, quo poſſit, ne eius diſpoſitio ſit fruſtratoria, l. legatum ff. de vſu fructu leg. l. legatum ff. de adminiſt. rerum ad ciuit. pertin. clem. quia contigit de relig. dom. Ergo ita, & eodem modo dicendum eſt in caſu noſtro, vt ſcilicet pęna vnius delicti in aliam commutetur; ſi quidem in ſpetie non poteſt adimpleri, vt ſtatuti diſpoſitio fruſtratoria non ſit.

3 Secundo, nam commiſſo delicto, neceſſario debet ſequi pœna ex legis diſpoſitione l. eum qui nocentem in principio ff. de iniurijs, l. ita vulneratus ff. ad leg. Aquil. c. vt fame de ſententia excom. ergo collegialis debet puniri licet non ſecundum diſpoſitionem ſtatuti, ſaltim pœna alia conſimili; ne delictum impunitum remaneat, contra d. l. ita vulneratus, & d. c. vt fame.

4 Tertio, nam pluralitas delictorum pęnarum pluralitatem requirit l. quicunq; de ſeruis fug. l. agraria ff. de termino moto, & varia delicta varijs pœnis ſunt punienda, cap. non afficiamus 24. quæſt. 1. ſed collegialis pluries deliquit, vt ſupponitur in quæſtione prępoſita: ergo pluries debet puniri, vel eadem pœna ſtatuti, vel alia æquiualenti.

5 Quarto, nam certum eſt in iure noſtro, quod quando plures actiones naſcuntur ex diuerſis delictis, nunquam vna aliam conſumit etiam perceptione; imò omnibus debet puniri in effectu. text. eſt in l. numquam plura ff. de priuatis delictis §. fi. cum ibi notatis inſt. ſi quadrupes pauper. feciſſe dic. Sed collegialis commiſit duo delicta, ex quibus duæ naſcuntur actiones. ergo duabus debet puniri pœnis diſtinctis, ſiuè expreſſis in ſtatuto, ſiue alijs ſimilibus.

6 Quinto occaſio delinquendi nemini dari, ſed quantum poſſit euitari debet l. 3. §. 1. ff. de iure iur. l. cum hi ff. de tranſ. l. meminerint, C. vnde vi l. 2. in fi. C. de indicta viduit. toll. ſed ſi ſubſidio ſemel priuatus, ſciret ſe non poſſe iterum priuari eodem anno, daretur illi occaſio delinquendi, & nec conſtitutioni parendi, nec ſuo Rectori obediendi, quod eſset contra prędicta iura: ergo dicendum eſt puniendum eſse toties, quoties deliquerit alia conſimili pœna.

7 Sexto cõſidero pro hac opinione quod inducta ad pœnam, non debent immunitatem operari l. fine hęreditaria ff. de neg. geſt. cum ſimil. ſi ergo non habet ſubſidiũ, vel portionem diei collegialis, & ideo nõ debet puniri, licet aliud committat delictum, propter quod eadem pęna eſset puniendus, conſequitur immunitatem ſecundi, & tertij, & cæterorum delictorum ex primo iam punito, contra d. l. fine hæreditaria ff. de negot. geſt.

8 Septimo pro hac ſententia pondero text. elegantem in propoſito in l. 2. C. vt infra certum tẽpus crimin. quæſt. termin. vbi dicitur quod ſi perſona, cui debet irrogari infamia, eſt ita vilis, quod damnũ famæ non ſit ei iniuria; tunc debet pati pœnam exilij, quaſi diceret, quod quando perſona, quæ debet puniri, eſt incapax pœnæ à lege ſtatutæ, tunc debet illa pœna in aliam ſimilem commutari, igitur in caſu noſtro collegialis priuatus ſemel ſubſidio illius anni, cum amplius illo priuari non poſsit, & ſit incapax illius pœnæ, in ſpecie debet puniri alio modo facta commutatione pœnę ſtatutæ in aliam conſimilem.

9 Octauo hanc ſententiam probat meo iudicio text. in l. hos accuſare §. omnibus ff. de accuſ. vbi habetur, quod quando pęna, quę imponitur à lege non cadit in ſeruum delinquentem, tunc officio Iudicis alterabitur, & in aliam duriorem cõmutabitur, vt inquit text. in finalibus verbis, ergo ſic in quæſtione noſtra debet cõmutari in aliam, cum illa iam non ſit propter primum delictum.

10 Nono ponderaui tex. in clem. 1. de decimis circa finem, vbi text. dicit quod religioſi, qui decimas Eccleſiæ debitas ſibi appropriant, vel applicant, ſuſpẽduntur ab adminiſtrationibus, & beneficijs ſuis. ſi igitur adminiſtrationem, ſeù beneficia non habent, quid faciendũ? reſpondit tex. quod eo caſu ſententiam excommunicationis incurrant, igitur ſi ſtatutum priuet ſubſidio vnius anni eũ, qui iam ob aliud delictum fuit priuatus, neceſſario erit illa pœna in aliam condignam commutanda.

11 Decimo loco accedat text. elegans in clem. 2. de vita, & honeſt. cler. vbi dicitur quod clerici vtentes veſtibus prohibitis, ſuſpendantur eo ipſo à perceptione fructuum beneficiorum per ſex menſes; ſed ſi beneficia non habent, quid agendum? reſpondet tex. quod redduntur inhabiles ad obtinendu beneficia per ſex menſes. Ecce commutatur vna pęna in aliam, quia erāt incapaces illius, ergo idem dicendum eſt in caſu noſtro.

12 Vndecimo pro hac ſententia conſidero illam nimis tritam iuris regulam, quę habet, quod qui non habet in bonis, luat in corpore, de qua in l. ſi quis id quod §. 1. ff. de iur. omn. iud. l. ſi. de in ius vocan. l. quicunq; ff. de ſeruis fug. ſi igitur ille, cui certa pęna pecuniaria imponitur, debet corporaliter puniri: quia eſt incapax primæ propter egeſtatem, & ſic fit commutatio, & transgreſſio de pecuniaria ad corporalem, ergo à fortiori in noſtro caſu dicendum eſt fieri debere commutationem de pœna pecuniaria in aliam pecuniariam conſimilem.

13 Vltimo denique accedat Baldi, & aliorum ſententia in auth. ſed nouo iure C. de ſeruis fugitiuis num. ſi. vbi tenent; quod ſi alicui debet amputari manus ob delictum commiſſum, & manum non habet, puniri debet in alio membro, ergo ita dicendum eſt in caſu noſtro, vt collegialis alia ſimili pœna puniatur; ſi quidem ſubſidium illius anni, seu portionem illius diei, qua priuandus in ſpetie erat ex diſpoſitione ſtatuti, non habet: quia iam erat priuatus ob aliud delictum ex diſpoſitione alterius ſtatuti.

14 Nec pro cōtraria ſententia deſunt fundamenta aliqua non paruæ authoritatis, ex quibus euidenter probari videtur non debere fieri commutationem pœnæ in aliam pœnam in propoſita quæſtione, ſed ſufficere primam pro vtroque delicto.

Primo enim illud vrget fundamentum quod quando pœna imponitur in ſpetie, non habet locum duplicatio pœnæ: nam ſpeties duplicari nō debet l. Lutius, Titius la 2. §. impuberem ff. de leg. 2. Sed ſtatutū imponit priuationē ſubſidij vnius anni, & ſic pęnam in ſpetie, ergo non debet duplicari, & ſic pro ſecundo delicto collegialis non erit puniendus.

15 Secundo, nam priuatio præſupponit habitum cap. ad diſſoluendum de deſponſat. impub. l. ſi. ſi certum pet. l. decem. de verborum oblig. cum ſimil. Igitur ſi collegialis nō habet ſubſidium, ſtatuti diſpoſitio continens priuationem ſubſidij, ceſſare debet. Solum enim debet habere locum, quando ſubſidium habet.

16 Tertio loco accedat, quod contenti eſſe debemus pœnis in legibus comprehenſis, l. ſi ita ſtipulatio facta fuerit ff. de verborum obligat. ergo ſi in ſtatuto non ſit mentio alterius pœnæ præter priuationē ſubſidij, aut portionis: eis non exiſtentibus, non debet fieri commutatio in aliam non expreſſam; ſed ſufficit prima pro vtroque delicto.

17 Quarto, nam odia reſtringi, fauores cōuenit ampliari, ait regul. odia in 6. l. cum quidem ff. de liber. & poſth. ſed illud ſtatutum eſt penale, vt patet: ergo reſtringēdum, & ſic vt lędat minus quam poſſit l. ſi præſes, & l. interpretatione ff. de pœnis, & per conſequens, vt ſufficiat prima pœna, nec debeat imponi ſecunda.

18 Quinto vbicunque agitur de pœna alicui imponenda, debet liquidiſſimè conſtare de volūtate legis, vel teſtatoris, textus eſt elegans in l. in teſtamento, la 1. ff. de condit. & demonſtr. ſed ſtatutum, ait præſentis anni ſubſidio priuetur, nec aliquid ſtatuit de alia pœna; ergo cum non conſtet liquidiſſimè, non debet alia pęna imponi.

19 Sexto deniq; & vltimo hanc ſententiam, & opinionem probare videtur vulgaris illa regula, c. at ſi clerici, §. fin. de iudit. & l. Senatus, ff. de accuſat. quæ habet, quod nemo duplici pœna debet puniri, ergo cum ſemel fuerit collegialis ſubſidio priuatus, non erit alia conſimili puniendus pœna.

20 His tamen licet fortiſſimis nō obſtantibus fundamentis prior ſententia meo iudicio verior, ſecurior, & probabilior eſt, & vt talis amplectenda in iudicando, & conſulendo; neque ei quidquam obſtant fundamenta pro contraria adducta à num. 14. nam ad primum breuiter reſpondeo negando dictam pœnam eſſe appoſitam in ſpetie, imò dico, quod eſt appoſita in quantitate, & ſic poteſt duplicari, & dato quod eſſet in ſpetie, & quod nō poſſet duplicari, debet tamen puniri alia pœna conſimili pro ſecundo delicto: cum fuerit incapax ſecundo delinquens primę pœnæ, vt ſupra latè probauimus.

21 Minus obſtat ſecundum: nam licet non poſſet collegialis priuari ſubſidio, vel

portioni: quia iã ea erat priuatus ꝓ primo delicto; poteſt tamẽ alia cõſimili pęna puniri, imò neceſſario debet, ne delictum remaneat impunitum contra d.l. ita vulneratus cum ſimilibus, & illi detur occaſio vlterius delinquendi cõtra d.l.3.§.1.ff. de iur.iur. cum ſimilibus num.5. adductis.

22 Nec obſtat tertium, nam illi reſponderi poteſt dupliciter primo, quia contenti eſſe debemus pœnis legalibus, quando illę poſſunt imponi; alias fiet commutatio, vt in dictis iuribus a me adductis ſupra nu.8.9.10.& 11. vel ſecundo: quia pœna legalis eſt illa, in quam fit cõmutatio: cũ iura ſupra in dictis numeris adducta, expreſsè dicant quod quando delinquens eſt incapax pœnæ ſtatutæ, debet alia puniri.

23 Ad quartum reſpondeo negando illam conſequentiam, ſtatutum eſt pœnale, ergo reſtringẽdum tanquam odioſum. Imò inuenio regulam, quam ponit Bart. in l.2. §. exercitum ff. de his qui not. inf. Bal. in l. non ſine C. de bonis quæ liberis Paul. in l. bona fides ff. depoſiti quod conſtitutio pœnalis dicitur fauorabilis, & extendenda quando agimus de delictis puniendis, cum igitur in noſtro caſu agamus de delicto puniendo, ſtatutum illud poteſt extendi, nec in rei veritate nos agimus de pœna extendenda, ſed de pœna imponenda de nouo propter nouum delictum, & ſic ad rem non facit illud fundamentum.

24 Minus facit quintum, nam in caſu noſtro liquidiſſimè conſtat de voluntate ſtatuti: cum expreſsè dicat ſubſidio illius anni priuetur, volens illud delictum punire eo modo, quo poſſit. Cum igitur ſubſidium non habeat: quia iam erat eo priuatus, erit puniendus alia æquiualenti pœna ſuæ æſtimationis ex ſupra latè reſolutis.

25 Deniq; non obſtat vltimum: quia iura illa loquuntur reſpectu vnius delicti. Sed quando ſunt plura delicta, plures requiruntur pœnæ, vt probaui ſupra num. 4. Cum quibus remanet reſolutum in propoſita quæſtione collegialem priuatum ſubſidio vnius anni, vel portione vnius diei, pro vno delicto, alia conſimili pęna eſſe puniendum pro alio vigore alterius ſtatuti, nec ſufficere debere primam pro vtroque delicto pœnam, & ita tenendum exiſtimo.

S V M M A R I V M.

1 *Filijs debetur ſucceſſio paterna de iure naturali; quia eſt immutabile.*
2 *Bannitus perdit iura, & beneficia inducta à legibus, ſeu ſtatutis illius ciuitatis, à qua bannitus fuit.*
3 *Legitima per ſtatutum tolli in totum non poteſt.*
4 *Succeſſio in hæreditatem eſt actus legitimus, & num. 12.*
5 *Statutum municipale loci poteſt derogare iuri communi in illo loco.*
6 *Bannitus perdit ius agnationis, & filiationis.*
7 *Bannitus extra protectionem iuris communis eſt, & factus alienus à communibus legibus.*
8 *Bannitus capitali banno pro mortuo habetur.*
9 *Banniti qui impunè occidi poſſunt, habentur pro penitus extraneis, & peregrinis.*
10 *Statutum poteſt auferre legitimam ſucceſſionem debitam iure naturæ reddendo filium inhabilem.*
11 *Statutum poteſt alicui auferre dominium rei ſuæ.*
12 *Legitima non eſt debita de iure naturali, ſed de iure communi mediante naturali coniunctione.*
13 *Statutum non poteſt tollere in totum legitimam directè; indirectè tamen rectè poteſt reddendo inhabilem eum, qui eam habiturus erat.*

Bannitus filius an poſsit ſuccedere in hæreditatem patris etiam ſtante ſtatuto, quod excludit bannitum ab omni actu legitimo?

QVÆSTIO XXI.

1 HVius Quæſtionis affirmatiua prima facie videtur verior, & probabilior ex ſequentibus fundamentis.

Primo, nam filijs debetur ſucceſſio paterna iure

iure naturali auth. de triente, & ſemiſſe §. hoc natura ibi, *& natura procreata* l. ſcripto. ff. vnde liberi auth. de hæred. & fal. §. t. l. cum ratio in principio ff. de bonis damnatorum l. nam, & ſi parentibus in principio ff. de inofficioſo teſtam. ſed ius naturale immutabile eſt, & ei derogare aliqua lex, vel ſtatutum non poteſt. §. ſed naturalia inſt. de iure naturali cap. fi. de conſuetudine, vbi latiſſimè probauimus in prima parte repetitionis à num. 1. igitur filius etiam bannitus poterit ſuccedere in hæreditatem patris, non obſtante ſtatuto bannitum excludente ab omni actu legitimo.

2 Secundo, nam bannitus non perdit beneficium iuris communis, seù facultatem succedendi de iure communi; ſed tantum beneficia inducta à legibus, seù ſtatutis illius ciuitatis, a qua bannitus eſt, vt firmat Bart. in l. ex facto §. ex facto ff. ad Trebell. Cyn. & Bart. in l. 1. C. de hæred. inſtitut. Idem Bart. in sua diſputatione incip. Lucanæ ciuitatis ſtatuto, & in extrauag. qui sunt rebelles, in verbo rebellando, & probatur in l. certa forma C. de iure fiſci lib. 10. & l. quidam C. de pœnis igitur licet ius ſuccedendi patri non competeret filio de iure naturali, prout competere proximè probauimus; ſed tantum de iure communi, dictum ſtatutum non obſtaret, quo minus filius etiam bannitus patri succedere poſſit in illius hæreditatem.

Tertio, & vltimo probatur ex communi DD. ſententia, & opinione quam ego ſequutus sum in repetitione d. c. fin. de conſuet. 1. par. num. 80. dicentium legitimam per ſtatutum tolli in totum non poſſe, vt tenet Cyn. in l. ſancimus C. de nupt. Petr. de Bellapert. in authen. de hæred. & Faleid. in principio Ant. de Butr. in cap. Raynald. de teſtam. Bald. in auth. nunc autem C. de Epiſcopis, & cler. Ergo ſi non poteſt tolli legitima per ſtatutum, nec poterit tolli hæreditatis paternæ ſucceſſio, quam iure naturali filijs competere probauimus ſupra num. t.

4 His tamen non obſtantibus fundamentis, contraria ſententia verior, & probabilior mihi videtur.

Primo, nam ſtatutum excludit ipſo iure bannitum ab omni actu legitimo, vt supponimus in quæſtione noſtra. Sed ſucceſſio hæreditatis eſt actus legitimus §. 1. inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer. vbi inquit textus, *quia hæreditas inteſtati ex l. 12. tabularum ad ſuos hæredes pertinet, vt puta filios, vel nepotes in patria poteſtate exiſtentes*, actus enim legitimi ſunt, & dicuntur, qui ſunt inducti ab aliqua iuris ſcripti parte, vt notat gloſ. in l. actus legitimi in principio ff. de reg. iur. & probatur in l. legitima ff. de pactis iuncta gloſ. ibi, igitur debet excludi a ſucceſſione paternæ hæreditatis.

5 Secundo, quia ſtatutum municipale loci poteſt derogare etiam iuri communi in illo loco l. omnes populi ff. de iuſt. & iure, igitur bannitus filius non debet admitti ad dictam ſucceſſionem paternam iure communi introductam.

6 Tertio, nam bannitus perdit ius agnationis, & filiationis, vt not. Bart. in l. ſi adulterium cum inceſtu §. liberto in fi. ff. ad l. Iul. de adult. & in l. eos ff. de receptat. per legem poſt liminium §. liberis ff. de captiuis, & poſtlimin. reuerſis, ergo conſequenter perdit ius succedendi.

7 Quarto, nam bannitus extra protectionem iuris communis eſt, vt expreſsè dicit Bald. in auth. habita in 5. colum. C. ne filius pro patre, dicens etiam quod videtur factus alienus a communibus legibus, igitur succedere non debet in his, quæ à iure communi conceduntur.

8 Quinto, nam bannitus capitali banno pro mortuo habetur, l. actione §. publicatione ff. pro ſocio, & ſic non ipſe, ſed eius ſucceſſor hæreditatem paternam habere debet, vt decidit Bart. per textum ibi in l. ſi qua pœna ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iur.

9 Sexto, & vltimo hæc sententia probatur; nam banniti, qui occidi poſſunt impunè, habentur pro peregrinis, & penitus extraneis, l. tutelas in fin. ff. de capit. dimin. & tenet Bald. in l. amiſſione §. qui deficiunt in fin. de cap. dim. Bart. in l. t. ff. de leg. 1. Sed peregrini, & penitus extranei hæredes inſtitui non poſſunt, l. 1. C. de hæred. inſtit. igitur dictus filius bannitus non poterit succedere in hæreditatem paternam.

10 Qua retenta sententia, vt veriori, non obſtant fundamenta pro contraria adducta: nam ad primum reſpondeo quòd ſtatutum poteſt auferre legitimam ſucceſſionem debitam iure naturæ, & filium reddere inhabilem; ſicut facit lex, vt in

authen. vt cum de appellat. cog. §. cauſas l. 1. §. filium ff. de bonorum poſs. contra tab. l. gallus §. & quid ſi tantum ff. de liber. & poſt.

11 Sicut videmus quod poteſt per legem, vel ſtatutum auferri alicui dominium rei ſuæ, l. ſi priuatus ff. qui, & à quibus l. venditor §. ſi conſtat ff. communia prædiorum l. item ſi verberatum §. fin. ff. de rei vendic.

12 Vel ſecundo reſpondetur, quod legitima non eſt debita de iure communi mediante naturali coniunctione, vt notat Dyn. in regul. indultum in 6. per tex. in l. lege 12. tab. C. de leg. hæred. authen. de triente, & ſemiſſe §. 1. authen. de hæredibus, & falcidia §. 1. & verſ. ſi quis autem.

Vel tertio reſponderi poteſt quod dato quod veniat a iure naturali, & diuino ſucceſſio illa, in caſu noſtro eſt excluſus, ab ea filius bannitus per ſtatutum ipſum excludens ab omni actu legitimo, & ſucceſſionē hereditatis actum legitimū eſſe probauimus ſupra num. 4. & probatur vlterius in l. actus legitimi ff. de reg. iur. & in l. 3. §. de ilio, pro ſocio.

13 Nec obſtat ſecundum, nam reſpondeo quod illud eſt verum directè; indirectè tamen rectè poteſt, prout in caſu noſtro, in quo excludit filium legitimum ab omni actu legitimo, quo caſu à legitima ſucceſſione excluſus remanet, vt proximè diximus, & fieri poſſe probauimus nu. 11. & hoc modo reſpondetur ad tertium, & vltimum fundamentum.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio interpoſita in abſentia Iudicis valet.*

2 *Appellatio vaga, & generalis in iure admittitur.*

3 *Vbi maius periculum ineſt ibi cautius eſt conſulendum.*

4 *Appellatio ſine grauaminis expreſſione, interpoſita, non valet.*

5 *Abſque legitima cauſa appellari non licet.*

6 *Appellanti non licet alias cauſas proſequi, quam nominatim expreſſas in appellatione ſua.*

7 *Iudici à quo honor eſt deferendus, & ab eo appellari non licet, niſi debita reuerentia, & ſine illius iniuria.*

8 *Appellatio interponi debet in præſentia Iudicis, ſi eius copia haberi poſſit.*

9 *Si reus carceratus non audeat appellare, ne retineatur in carcere poterit ante ſententiam proteſtationem facere de proſequendo cauſam ſuam coram Superiore, non obſtante quod poſtea acquieſcat ſententiæ contra eum latæ.*

10 *Geſta contra legem præſcribentem modum procedendi, ſunt nulla.*

11 *Durante cauſa metus, & cauſa proteſtationis, per actum contrarium conſenſus, reus ſibi non præiudicat.*

12 *Iure communi reuocantur attentata poſt appellationem ab interlocutoria expreſſa, & verificata iuſta cauſa.*

13 *Lex ſemper eſt certa.*

14 *An ſit differentia inter ius canonicum, & ciuile quoad hoc, vt appellatio ab interlocutoria admittatur, vel non.*

15 *Iure ciuili inſtantia finitur triennio; iure vero canonico perpetua eſt.*

16 *Tàm iure canonico, quàm ciuili poteſt Iudex ad quem, retinere cauſam principalem, ſi appellatio ab interlocutoria fuerit iuſtificata.*

17 *Interpretatur text. in cap. venerabilis de iudicijs, & in cap. cum olim de priuilegijs.*

18 *In quibus caſibus licitum ſit ab interlocutoria appellare?*

19 *Interpretatur text. in l. 2. ff. de appellat. recip.*

20 *Iudex à quo poterit reuocare ſententiam interlocutoriam à ſe latam, ſed non diffinitiuam.*

21 *Quando appellationi reſiſtit ius commune, neceſſaria eſt cauſa expreſſio etiam in diffinitiua.*

Appel-

Appellatio ab interlocutoria ſine grauaminis expreſſione an valeat?

QVÆSTIO XXII.

1 APpellationem ab interlocutoria ſententia ſine ſpeciali grauaminis expreſſione valere ex ſequentibus probari videtur.

Primo nam appellatio interpoſita in abſentia iudicis valet c. 1. de alienat. iud. mut. cauſ. fac. c. ſuggeſtũ ſũcta gl. ibi de appellat. ergo multo magis valebit abſq; grauaminis expreſſione.

2 Secundo nam appellatio vaga, & generalis in iure admittitur cap. cõſuluit verſ. ſi vero c. bonæ de appellat. ſed in generali appellatione cauſa exprimi non poteſt. ergo neceſſaria non eſt.

3 Tertio facit tex. in l. 2. ff. de appellat. recip. vbi in appellatione ab interlocutoria cauſam, aut grauamen, exprimere nõ eſſe neceſſarium probari videtur.

Quarto nam vbi maius periculum ineſt ibi cautius eſt conſulendum cap. vbi periculum de electione in 6. ſed maius periculum ineſt in appellatione à diffinitiua ſententia, in qua de tota cauſa agitur; & tamen in ea non requiritur expreſſio cauſę, & grauaminis l. ſcio ff. de appellat. ergo nec eſt neceſſaria in appellatione ab interlocutoria.

4 His tamen fundamentis non obſtantibus. contraria ſententia, nempe appellationem ab interlocutoria abſq; grauaminis expreſſione interpoſitam, non valere, verior & receptior eſt, quam defendunt Bartol. in l. eius qui col. 1. ff. de appellat. Pan. & Dec. in cap. cum Eccleſia eodem tit. Card. & Alex. in cap. cum ſit Romana eod. tit. in 6. Bannes in tractat. de appellatio. in explicatione c. conſuluit nu. 2. & cap. vt debitus honor numer. 8. vbi Abbas num. 1.

Pro qua ſententia. Primo facit tex. in d. cap. cum ſit Romana. vbi ſi intra annum, & ex cauſa legitima intra biẽnium, cauſam appellationis non proſequatur appellans, tenebit ſententia, a qua appellauit.

Secundo facit tex. in cap. cum ſpeciali §. porro eod. tit. de appellat. vbi ex eo cauſam appellationis exprimendam eſſe tex. docet, ne friuole appellationis diffugio appellans iudicis proceſſum impediat.

5 Tertio facit tex. expreſſus in cap. ad debitus honor eod. tit. vbi abſque legitima cauſa appellari non licet, *vt debitus honor iudicibus deferatur, & litigatoribus parcatur in expenſis, & in laboribus conſulatur, & ſi ex rationabili cauſa fuerit appellatum, coram eodem iudice, a quo exprimatur*.

6 Quarto facit tex. in clem. appellanti, de appellat. vbi appellanti nõ licere alias cauſas proſequi, quam in appellatione ſua ab interlocutoria facta, nominatim dumtaxat expreſſas dicitur.

Quinto pro hac veriſſima opinione facit tex. elegans, & expreſſus in cap. 1. eodem titul. in 6. vbi ſi quis in iudicio, vel extra ſuper interlocutoria vel grauamine aliquo appellauerit, cauſam appellationis in ſcriptis aſſignare tenetur.

7 Sexto ſuadetur hæc ſententia ex eo. nã vt ſupradiximus in tertio fundamento iudici, a quo, eſt honor tribuendus d. cap. vt debitus honor adeo vt a ſententia appellandum ſit maxima iudicis reuerẽtia, & ſine illius iniuria l. illud ff. de appellat. l. iudici ff. de iniur. & contra appellans pęna extraordinaria arbitrio iudicis puniendus eſt, vt docet Bart. in d. l. illud. ſed honor illi nõ daretur, ſed iniuria inferretur ſi ab eo auferretur, ꝓceſſus ꝑ appellationẽ abſq; grauamine, vel iuſta cauſa interpoſitã, ergo vt de illa cõſtare poſſit in appellatione exprimenda eſt. Ex quibus fundamentis hanc ſententiam veriſſimam eſſe iudico, & in iudicando, & in conſulendo tenendam affirmo nõ obſtantibus fundamentis pro contraria adductis. ex quibus.

8 Non obſtat primum pro cuius reſolutione aduertendum eſt appellationem interponẽdã eſſe in præſentia iudicis, ſi eius copia haberi poſſit, vt in l. 1. §. ſi quis ff. quando appellandum ſit c. ſi. de appellat. cap. exceptio eod. tit. in 6. docent Innoc. Imo, & Franchus in d. cap. ſi. Decius in c. ſuggeſtum eod. tit. ſed ſi copia iudicis haberi non poſſit grauatus appellare in eius abſentia coram honeſtis viris poteſt, vt vltra DD. vbi ſupra reſoluit Lapus allegatione 35. & gl. verb. maiori in clem. 1. de appellat. Maranta 6. p. 1. tomi in proęmio numer. 53. per text. in d. l. 1. §. adcũ-

di

diff. quando appellandum ſit.

Nec obſtant iura in argumento adducta: quia procedunt, quando appellatio facta in abſentia iudicis, fuit poſtea ratificata in eius præſentia. docet Dec. num. 4. in d. cap. ſuggeſtum. ſed ſi poſtea non ratificetur in præſentia iudicis, non tueri appellantem docent Dominicus, & Franchus in cap. appellatio de appellat. in 6. idem Franchus in cap. fi. de appellat. in antiq. col. fi. Butr. in d. cap. ſuggeſtum.

9 Ex quibus inſero in praxi; quod ſi reus ſit incarceratus, & non audeat appellare, ne retineatur in carcere, poterit ante ſētētiam facere proteſtationem de proſequendo ſuam cauſam, coram ſuperiore, non obſtante, quod verbaliter poſtea acquieſcat ſententiæ contra eum latæ, & ſic hęc proteſtatio, quæ habet vim appellationis ex hac iuſta cauſa poteſt fieri in abſentia iudicis, vt probatur in d. cap. final. & in l. 2. C. de his qui per metum iudicis non app. & tenet Bart. in l. de pupillo §. ſi quis ipſi num. 5. ff. de noui oper. nunt. Fel. in cap. gratum de offic. deleg. num. 9. & veram hanc ſententiam iudico, licet glo. fin. in cap. paſtoralis §. præterea de offic. ordinar. exiſtimet iura illa conſulere tantū, & Decius in d. cap. fin. num. 4. & conſ. 356. & in l. omnibus cauſis num. 1. ff. de reg. iur. dicant non eſſe neceſſariam illam proteſtationem, quos ſequitur Cagnol. in d. l. in omnibus num. 22. & quamuis Panormit. in cap. de priore num. 3. de appellat. dicat conſenſum ſententiæ præiudicare parti, licet æquum ſit quod ſubueniatur eidem probato metu. neque eſſe neceſſariam proteſtationem ſeq. Cou. 2. p. de ſponſal. c. 3. §. 5. num. 12.

10 Sed reijciuntur hæ opiniones: quia dicta iura præſcribunt modun certum actui nempe, vt proteſtetur: & geſta contra legē præſcribentem modum procedendi ſunt nulla cap. cum dilecta de præſcriptio. vbi Abb. num. 12. & in c. fin. de reſt. ſpol. ergo præciſè eſt neceſſaria proteſtatio, nam alias actus eſſet nullus, vt dicit gloſ. t. in d. cap. fi. de appellat. gloſ. verſ. propoſita in cap. cupientes §. quod ſi per, 20. de electione in 6. Bald. in l. properandum §. ſin autem col. 2. C. de iudit. Fel. num. 2. Pariſ. col. 3. in c. extranſmiſſa de præſcript. Alex. conſ. 163. vol. 2. & eſt ſententia ſecurior in praxi, vt docet Iaſ. in d. §. ſi quis ipſi num. 2. dicit communem Gomezius in reg. de Annali poſſeſſione quæſt. 75. Tametſi verum ſit, quod ſi Reus eſſet carceratus, vt conſentiret ſententiæ, quamuis nullam faceret proteſtationem, poteſt reuocare conſenſum per actionem, quod metus cauſa, & tenet Cou. 1. par. de ſponſal. cap. 3. nu. 5. & facit tex. in clem. 2. §. ſane iuncta gl. verſ. modo ſupradicto de pœnis.

11 Nec obſtat, quod conſentiēdo ſentētię videtur reus recedere a ſua proteſtatione: qa facit actū contrariū arg. cap. gratum de offic. deleg. cap. cum veniſſent de teſtibus. cap. ſollicitudinem de appellat. & notat Fel. in d. cap. gratum num. 9. & 10. nam reſpondeo, quod durante cauſa metus, & cauſa proteſtationis, non præiudicatur reus per actum contrarium conſenſus, vt in d. cap. fi. de appellat. & in d. l. 2. Cod. de his qui per metum iud. & in d. c. 1. de his quæ vi.

12 Nec obſtat ſecundum fundamentum, pro contraria opinione adductum, nam reſpondeo quod illis iuribus attentis non erat neceſſaria expreſſio grauaminis iure canonico; ſed poſtea nouo eodem iure fuit introductum, quod requiratur iuſta cauſa vt docent communiter Doctores in d. c. vt debitus honor. Sed hæc interpretatio mihi non placet, cum inducat iurium correctionem. Quare verius reſpondendum eſt, quod in dictis iuribus appellatio fuit generalis ſolū reſpectu vnius cauſæ, & admittebatur: quia ſufficiebat ante tempus dictæ clementinæ appellanti exprimere ex multis grauaminibus, vnum appoſita clauſula generali. Pro qua reſponſione facit, quod iure communi reuocabantur attentata poſt appellationē ab interlocutoria, vt in c. ſignificanti, cum duobus ſequētibus, & in c. exhibita de iudit. c. dilecti in fine de excep. c. 1. de appellat. ibi *in irritum reuocatis*. ſed ad reuocanda huiuſmodi attentata requirebatur expreſſio, & verificatio iuſtæ cauſæ, & in c. ſignificauit, & in cap. Rodulphus de reſcriptis cap. ex parte de teſtibus ergo.

13 Nec obſtat tex. in c. ſuper quæſtionum §. fin. de offic. deleg. vbi attentata poſt appellationem ab interlocutoria ſtatim ſūt nulla abſq; aliqua expreſſione iuſtæ cauſæ. nam reſpondeo quod quantum ad ipsā legem, attentata ſtatim ſunt nulla: quia lex ſemper eſt certa l. ſi pater ff. de ſolut. & ita procedit tex. in d. §. fin ſed quo ad partes expectāda eſt cauſæ cognitio, & ab ea pendet anſint nulla attentata, & ea

quę

quæ innouantur, per iudicem à quo, ſed ſi huiuſmodi attentata innouantur poſt inhibitionem canonicam, debent ſtatim reuocari, vt docet Cou. in pract. quæſt. cap. 24. num. 3. vbi plures refert. Ad hoc autẽ, vt inhibitio canonica dicatur, plura concurrere debent. Primo quod in appellatione cauſa ſit expreſſa d. c. Romana §. cũ autem d. clem. appellanti. Secundo quod cauſa ſit deuoluta per appellationem ad ſuperiorem, vt in d. c. Romana §. ſi vero notat Fel. in c. dilectus 2. col. pen. de reſcriptis Ferret. conſ. 253. Tertio requiritur, quod iudex ad quem, incipiat cognoſcere de veritate cauſæ, vt in d. c. Romana §. quod ſi obijciatur vbi notant DD. & Fel. vbi ſupra vltimo requiritur, quod fiat præcedente citatione, & cauſæ cognitione, vt in d. §. ſi vero docent Bero. conſil. 20. num. 18. lib. 1. Maranta actu 2. de appellat. num. 196. & Cou. vbi ſupra Ex quibus infero, quod licet ad decernendam inhibitoriam canonicam in totum debeant concurrere requiſita ſupradicta; tamen communi, & generali ſtilo receptũ eſt, quod iudex ad quem ſuſpendat ad tempus iuriſdictionem inferioris, etiam antequam incipiat cognoſcere de veritate cauſæ; tamen, quia hæc ſuſpenſio non eſt canonica inhibitio, non reuocabuntur attẽtata poſt illam ſuſpenſionem, quamuis iudex ſuperior poſſit procedere per cenſuras iure canonico, vel alia iuris remedia contra inferiorem inuocans.

14 Nec obſtat tertium fundamentum, quod in iure non admittatur ab interlocutoria appellatio. nã reſpondeo diſtinguendo inter ius canonicum, & ciuile: iure enim canonico admittitur appellatio; iure autem ciuili regulariter exceptis multis caſibus, non admittitur appellatio ab interlocutoria, ex iuribus ſupradictis: & ex l. ante ſententiæ tempus C. quorum appellationes, & l. apertiſſimi C. de iudic. & docent communiter DD. in d. c. vt debitus honor.

15 Qui rationem differentiæ aſſignant hoc modo nam iure ciuili inſtãtia finitur triennio, vt l. properandum in principio C de iudicijs, & facile poſſet finiri ſi appellaretur ab interlocutoria. iure vero canonica inſtantia eſt perpetua, vt in c. venerabilis de iudicijs, & in c. cum olim il ſecondo verſ. iudices autem de priuileg. & ideo nullum datur inconueniens, ex eo quod appelletur ab interlocutoria, quam rationem etiam aſſignat Bald. in d. l. 2. num. 4. C. de Epiſcop. aud. & eam ſequuntur Io. And. Abb. & Præpoſitus nu. 6. Bero. 5. in d. c. ſuper eo il 2. Hoſt. Henr. & Bero. 13. in d. c. venerabilis Iaſ. in d. l. properandum circa ſi. Rebuff. 1. tom. ad conſtitutiones Regias tract. de ſentent. exeq. art. 10. gl. 1. num. 1. idem in l. quod iuſſit ff. de re iud. nu. 222.

16 Hæc tamen differentiæ ratio reijcitur ex eo, quod tam iure ciuili, quam canonico poteſt iudex ad quem retinere cauſam principalem, quando appellatur ab interlocutoria, ſi appellatio fuerit iuſtificata, vt docet communis in d. c. vt debitus teſte Dec. ibi num. 22. Bart. in l. 3. num. ſi. ff. de appell. recip. Maranta in ſpeculo aduocatorum 4. par. d. 6. iuditiorum num. 17. per textum in l. ſi quis prouocatione C. de appell. c. 1. & c. Romana §. ſi. eod. tit. lib. 6. & ſic ceſſat timor ille, quod inſtantia peribit.

17 De inde improbatur prędicta cõmunis ex eo nam licet exiſtimet cum ea Cor. conſ. 211. Bernar. Diaz in reg. 338. Cou. in c. quamuis pactum 2. part. §. 1. num. 4. contrarium tamen verius eſt iure etiam canonico inſtantiam etiam perire per triennium, vt docent Bulg. & Iaſ. col. ſi. in d. l. properandum in principio Rom. conſil. 220. Cou. vbi ſupra Nec obſtat tex. in d. c. venerabilis, quia ſpeciali ratione nõ finiebatur ibi inſtantia per triennium: quia aduerſarius per ſubterfugia, & cauillationes differebat negotium, vt laberetur inſtantię tempus, vt conſtat ex verbis tex. ibi *ſit per ſubterfugia, & cauillationes eorum per triennium prorogata &c.* nec item obſtat tex. in d. c. cum olim: quia licet ibi cauſa durauit per triennium, fuit in prima, & ſecunda inſtantia, vt conſtat ex textu ibi in principio iuncto verſ. *interim tamen.*

18 Quare verior ratio differentiæ mihi ſemper viſa eſt ideo ius ciuile prohibuiſſe appellationem ab interlocutoria, ne res publica litibus turbaretur. ius vero canonicum eam admittit, quia conſiderat grauamen illatum parti, & peccatum ex parte iudicis, vt docent Cardinal. & Præpoſ. in d. cap. ſuper eo il ſecondo hodie vero iure nouiſſimo Cãcellariæ ſeruntur in Curia Romana diſpoſitio iuris ciuilis, vt nõ admittatur appellatio ab interlocutoria, vt conſtat ex reg. Cancellar. de non appellãdo ante diffinitiuam ſententiam approbata

bata à Conc. Trid. ſeſſ. 24. de reformat. c. 20. ſed ſi interlocutoria habeat vim diffinitiuæ poterit grauatus ab ea appellare l. intra vtile vbi gl. 1. ad fi. ff. de minor. & ibi Bartol. & communis. Item & ſi interlocutoria habuerit grauamen irreparabile, poteſt grauatus ab ea appellare l. 2. & ibi Bartol. & communis ff. de appell. recip. c. non ſolent §. ante ſententiã 2. q. 6. & in d. decreto Conc. Trid. grauamen autem irreparabile dicitur, quando grauatus (etiam ſi ſententia obtineret vim diffinitiuę) remaneret læſus, vt docent Bart. in l. 2. nu. 5. C. de Epiſcopa. aud. veluti excommunicandus, torquendus, incarcerandus. nam ab iniuſta captura licitum eſt appellare gl. in clem. 1. §. 1. *verbo ipſo iure* de hæretic. quia affert grauamen irreparabile, & poterit interponi etiam lapſis decem diebus: quia grauamen eſt continuum, & ſucceſſiuum, vt docet Bal. vbi ſupra num. 7. Alex. in l. eum qui §. in pupillaribus num. 11. de iureiur. quod optimè declarat Marãta in ſpeculo aduocatorum 6. par. actu 2. nu. 205.

19 Minus obſtat quartum fundamentum contrariæ de tex. in d. l. 2. ff. de appellat. recip. nã textus ille loquitur de appellatione ab interlocutoria, habente vim diffinitiuæ, quo caſu non eſt neceſſarium, vt cauſa exprimatur tex. vbi gl. verbo cauſam in c. quod ad conſulationẽ de re iud. gl. verbo in alijs in c. fi. de elect. in 6. docet Bal. in l. minoribus nu. 5. ff. de his quibus, vt in dign. & eſt communis opinio teſte Dec. in c. peruenit il ſecondo nu. 6. de appellatio. Soc. reg. 38. Duennas 47. noſtra autem quæſtio loquitur de appellatione a mere interlocutoria, in qua requiri expreſſionem iuſtæ cauſę ſatis conſtat ex ſupra late adductis fundamentis a n. 6. & ex reſponſione ad contraria.

20 Nec obſtat vltimum fundamentum cõtrariæ. pro cuius perfecta ſolutione animaduertendum eſt, quod in appellatione a mera interlocutoria, requiritur expreſſio iuſtæ cauſæ, vt iudex a quo poſſit ſi velit, motus illa iuſta cauſa, vel grauaminis expreſſione, ſententiam ſuam reuocare, quod facere poteſt ex l. quod iuſſit ff. de re iud. & ex capit. cum ceſſante de appellat. c. ſi iudice eod. tit. lib. 6. & in hoc tribuitur honor iudici a quo, vt voluit tex. in d. c. vt debitus honor. hæc tamen ratio non militat in appellatione a diffinitiua ſẽtentia: quia diffinitiua ſententia reuocari nõ poteſt per iudicẽ à quo, poſt quã ſemel, eſt functus officio ſuo, vt in l. Iudex poſtea quam ff. de re iudic. c. litteris de offic. leg. Bart. in l. quod iuſſit nu. 5. Iaſ. 15. Ripa 10. & ita mirum non eſt ſi in hac appellatione non requiratur cauſæ, vel grauaminis expreſſio, vt docet Panor. in cap. peruenit nu. 9. de appellat. Hęc tamen ratio non militat in appellatione ab interlocutoria habente vim diffinitiuæ, per quam non extinguitur iudicis officium: nam tũc neceſſaria eſt cauſæ, & grauaminis expreſſio, quia talis interlocutoria poteſt reuocari per iudicem, qui eam tulit gl. 1. in l. 1. C. ſentẽt. reſcin. non poſſ. Bart. nu. 4. & Iaſ. 23. in d. l. quod iuſſit.

21 Item, & quando appellationi reſiſtit ius commune, neceſſaria eſt cauſæ expreſſio, etiam in appellatione a diffinitiua, vt in l. 2. C. quorum appell. non recip. vbi notant DD. Cou. in pract. c. 23. n. 5. Iulius Clar. lib. 5. ſent. § fi. q. 94. gl. in c. Romana §. ſi autẽ verbo, vel de quo, & verbo *mandetur* de appell. in 6. quam ſequuntur ibi DD. Dec. in c. ad noſtram nu. 3. eod. titul. Maranta 6. p. actu de appell. nu. 143. Cou. in pract. c. 15. nu. 1. Ex quibus omnibus eleganter reſpondere poteris, quæſtioni ſupra propoſitę, non valere appellationẽ ab interlocutoria ſine grauaminis expreſſione.

SVMMARIVM.

1 *Pollicitatio eſt ſolius offerentis promiſſio non acceptata.*
2 *Pactum eſt duorum, pluriumue in idẽ placitum, & conſenſus.*
3 *Præſenti, & tacenti, pollicitatio fieri poteſt.*
4 *Dictio* apud *præſentiam denotat.*
5 *Oblatio requirit præſentiam non ſolum offerentis, ſed eius, cui offertur.*
6 *Abſens in his, quæ ſui vtilitatem reſpiciunt, conſentire præſumitur.*
7 *Ex ſola abſentia, & taciturnitate, non præſumitur conſenſus etiã, in lucratiuis, niſi concurrat alius actus poſitiuus, vel ſigna exteriorẽ conſenſum inducentia.*
8 *Verus intellectus ad ad l. donationes §. ſpecies ff. de donation. aſſignatur.*

Pol-

Pollicitatio an poſsit fieri præſenti, & tacenti?

QVÆSTIO XXIII.

1 NOta pollicitationem eſſe ſolius offerentis promiſſionem non acceptatam l. 3. ff. de pollicit. nam ſi ab altera parte acceptetur, concurrit vtriuſque partis in idem placitum, & conſenſus, & erit pactum, vt in d. l. 3. iuncta l. 1. ff. de pactis. vnde colligunt DD. pollicitationem ſoli abſenti fieri poſſe, ſequentibus moti rationibus, licet non ita explicatis.

2 Nam pactum eſt duorum, plurium ve, in idem placitum, & cōſenſus, vt ſupra diximus. Sed conſenſus inducitur per taciturnitatem, quando agitur de vtilitate tacentis. ergo pollicitatio facta præſenti, & tacenti non pollicitatio, ſed pactum erit. diſcurſus legitimus eſt, maior ex ſe patet.

Minor autem probatur ex ſequentibus primo ex reg. vulgari qui tacet in 6. ſecūdo ex tex. in l. ſi remunerandi §. ſi paſſus ff. mandati, & l. qui fide ff. eod. tit. l. ſi fideiuſſor C. eod.

Tertio ex l. donationes §. ſpecies ff. de donationibus. Ex quibus hanc ſententiā defendit communis quam reſoluunt Iaſ. nu. 6. Ripa 21. Alc. 2. & 3. in Rub. ff. de verborum oblig. & plurimi alij, quos late refert Ant. Gom. 2. tom. var. c. 9. num. 2. & magis communem eſſe dicit Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumptione 42. numer. 4.

3 Sed contrariam ſententiam, nempe etiam præſenti, & tacenti pollicitationē fieri poſſe, & tunc non pacti, ſed pollicitationis vim habere, veriorem eſſe iudico ex ſequentibus fundamentis. Primo ex vulgari l. qui tacet ff. de rēg. iur. iuncta regul. is qui tacet eod. tit. in 6.

4 Secundo probatur ex l. ex pollicitatione 9. ff. de policitation. ibi *apud rempub.* quę prępoſitio *apud* præſentiam denotat leg. clauibus ff. de contrahenda emptione leg. ſiue apud acta C. de tranſact. ergo cum pollicitatio apud rem publicam facta, pollicitatio ſit, vt ibi, recte ſequitur præſenti etiā pollicitationem fieri.

5 Tertio pollicitatio eſt ſolius offerentis oblatio, vt probauimus. Sed oblatio requirit præſentiam l. qui decem §. cum mihi verſ. *non poterit* ff. de ſolution. l. 4. §. ſi. ff. de lege commiſſoria l. Iulianus §. ſi. ff. de act. emp. ergo pollicitatio præſenti fieri poteſt, & debet.

Nec huic argumento ſatisfacit, qui dixerit offerentis præſentiam requiri, non autem eius, cui fit oblatio. nam etiam eius cui fit oblatio præſentiam requiri probatur expreſſe ex d §. ſi poterit d. l. qui decem, & alijs ſimilibus ſupra cit.

6 Quarto & vltimo hec ſententia probatur, nam ſi propter aliquam rationem pollicitatio facta præſenti, non eſſet pollicitatio, ſed pactum, ea maxime, quam pro communi contraria adduximus, nempe quia præſens, & tacens in his, quæ ſui vtilitatem reſpiciunt, conſentire videtur, ſed hæc ratio non concludit. ergo nec opinio, quæ in ea fundatur, quod autem hæc ratio non concludat, probatur nam abſens etiam conſentire dicitur in his, quæ vtilitatem ſuam reſpiciunt l. 2. l. ſi creditores C. hoc tit. l. vn. § accedit C. de rei vxor. actione. ergo nec abſenti, nec pręſenti pollicitatio fieri poteſt. Sed conſequens eſt falſum probatur ex l. 1. cum ſequentibus ff. de pollicitat. ergo, & antecedens. quam ſententiam tamquam veriorem poſt Bald. & Cor. in l. ſenium C. qui teſtam. fac. poſſ. defendunt Con. lib. 5. commentar. cap. 8. num. 1. Parlador. lib. 2. rerum quotid. cap. 3. num. 4. & plures alij relati a Menoch. vbi ſupra numer. 13. & receptiorem teſtatur Alber. Bologn. in rub. de verborum obligat. cap. 17. num. 1.

7 Nec quidquam obſtant fundamenta ſupra pro contraria opinione adducta, nam ad regulam illam nempe quod præſens, & tacens in lucratiuis conſentiens dicatur, ex d. reg. qui tacet in 6. & d. l. ſi remunerandi §. ſi paſſus cum ſimilibus ſupra adductis. reſpondendum eſt ommiſſis alijs ſolutionibus, quas retulit, & confutauit Mendoza libro 1. diſputation. capitul. 8. & numer. 1. ex ſola præſentia & taciturnitate non præſumi conſenſum etiam in lucratiuis, niſi concurrat

alius actus poſitiuus, vel interueniant ſigna exteriora, ex quibus colligatur. non enim volumus ſemper, & à quocunque donum accipere, vt ad antidorum non obligemur de qua in l. ſi remunerandi §. ſi paſſus ff. mandat. & ideo in dubio ſilentium pro conſenſu non habetur iuxta regul. is qui tacet in 6. l. filiusfam. §. inuitum de procurator. l. inuitum 4. ff. de ſeruit. vrban.

Nec obſtat textus in d. l. qui patitur cum ſimil. in quibus ex præſentia, & taciturnitate inducitur mandatum: quia in eis vltra taciturnitatem, interuenit actus poſitiuus, vt conſiderat Galiaula in rub. ff. de verborum obligat, nu. 62.

8 Minus obſtat textus in d. l. donationes §. ſpecies nam ideo inducitur conſenſus in donatione illa quia affines erant donatrix, & donataria, nam licet interdum quis ab extraneo donum accipere nolit, ne beneficium accipiens libertatem perdat, vt dicebat Publius, tamen id non eſt præſumendum in filia de qua ibi, quæ à matre ſua dotem acceperat, & propterea gener ſpecies ſibi vxoris ſuę nomine traditas accepit cum ea præſens eſſet, quia vxori traditæ cenſentur, & ei poſſeſſio acquiritur l. 1. §. ſi iuſſerim ff. de acquir. poſſ.

Ex quibus euidenter apparet pollicitationem præſenti, & tacenti fieri, & pollicitationem dici, non autem pactum.

SVMMARIVM.

1 *Sententia an poſſit in abſentem proferri?*
2 *Sententia abſq; citatione valet.*
3 *Sententia in abſentem ferri non poteſt, ne defenſio, quæ iure naturali omnibus competit tollatur.*
4 *Appellatio eſt defenſio. & an tolli poſſit?*
5 *Contumacia & mora ſua cuilibet eſt nociua.*
6 *Reipublicæ intereſt ne delicta maneant impunita.*
7 *Omne delictum regulariter præſcribitur ſpatio viginti annorum.*
8 *Actor mittitur in poſſeſſionem rerum rei abſentis propter eius contumaciam, & ex primo decreto cuſtos, & ex ſecundo poſſeſſor efficitur.*
9 *Abſens condemnari non poteſt regulariter.*
10 *Res inter alios acta, alijs non nocet.*
11 *Iudex parte citata atteſtationes recipere debet.*
12 *Sententia lata reo abſente in criminibus, in quibus venit imponenda pœna capitalis, redditur illuſoria, & exequutioni mandari non poteſt.*
13 *Quædam diſtinctio pro concordia harum opinionum aſſignatur.*
14 *Interpretatur text. in cap. 1. de iudicijs.*
15 *In notorijs criminibus etiam eſt neceſſaria abſentis citatio.*
16 *Interpretatur tex. in c. cum ſit Romana §. ſi. de appellat.*
17 *Abſens plerumq; in iure noſtro accipitur pro citato contumace.*
18 *Citatio tunc demum iuris naturalis eſt, & tolli non poteſt à Principe, quoties eſt neceſſaria ad iuſtam alicuius defenſionem, & ius ſuum illi tribuendum.*
19 *Legitimè citatus & contumax reputatur præſens quo ad condemnationem.*
20 *Teſtes parte abſente, quando recipi poſſint, & illis fides adhiberi.*
21 *Quid agendum, vt delicta non præſcribantur?*
22 *Interpretatur tex. in l. ne Diu. C. de pœnis, & in l. ſi apparitor C. de cohortalibus lib. 12.*
23 *In quibus caſibus poſſit procedi contra reum abſentem etiam in delictis capitalibus.*
24 *Reſolutio quæſtionis aſſignatur.*

Sententia an poſsit in abſentem proferri?

QVÆSTIO XXIV.

1 CElebris hæc, & quotidiano vſui neceſſaria, & frequentiſſima quæſtio eſt vtrum in abſentem ſentētia proferri poſsit & affirmatiua illius ꝓbatur ex ſequentibus fundamentis. Primo ex tex. in cap. 1. de iudicijs. vbi Concilium Africanum ſententiam excommunicationis protulit, in quod vultdeum Epiſcopum abſētem, cō-

ſtat

ſtat ex verbis tex. ibi *atque diſceſſit* iunctis ſequentibus ibi *placuit, vt nullus eidem communicet donec &c.*

Secundo probatur ex illo Paul. 2. ad Corinth. cap. 5. relato in c. cum ſit Romana 5. §. fi. de appellat. ibi *ſicut ille, quem abſentem, & irrequiſitum Apoſtolus excommunicauit.* ex quibus verbis ſatis conſtat abſentem condemnari recte poſſe.

2 Tertio nam ſententia abſque citatione lata valet cap. dudum 22. §. cum autem de electione cap. cum olim ad fin. de re iudicat. l. 2. §. quod de frumenta ff. de adminiſtrat. rerum ad ciuit. pertinent. ergo valet ſententia contra abſentem lata.

3 Quarto nam ſi propter aliquam rationem contra abſentem non poteſt ferri ſententia condemnatoria, ea præcipue ne defenſio, quę iure naturali omnibus competit l. vt vim de iuſt. & iure l. 1. §. cum arietes ff. ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur cap. cum inter de except. tollatur ſed defenſio tolli poteſt, vt probabo. ergo ſententia condemnatoria etiam contra abſentem ferri poteſt.

4 Quod autem defenſio tolli poſſit, probatur; nam appellatio defenſio eſt cap. omnis oppreſſus 2. quæſt. 6. d. cap. cum inter §. inquiſitioni cap. ſignificauit 11. de exception. l. 1. ff. de appellat. & tamen tolli aliquando conſtat ex cap. 1. de reſcriptis c. paſtoralis 28. de offic. delegat. cap. licet in corrigendis 12. de offic. ordin. l. 1. §. inter dictum ff. a quibus appellar. non lic. l. 13. tit. 23. par. 3. & per totum tit. quorum appellat. non recipian. deinde nam exceptio defenſionem continet l. ſi quidem l. defenſionis C. de excep. l. defenſionis facultas C. de iure fiſci lib. 10. d. §. inquiſitioni, & tamen à Principe tolli poteſt cap. ex parte 13. de offic. deleg. l. 3. §. ſi is pro quo ff. quod quiſque iuris l. exempto ad fin. Cod. de decurion. lib. 10. l. 1. tit. 21. lib. 4. recop. ergo cũ ceſſet ratio principalis qua fundari poterat negatiua ſententia, videlicet ne defenſio tollatur, quæ omnibus naturaliter debetur, ceſſare etiã debet iuris diſpoſitio arg. l. illud, ff. ad leg. Aquil. cum vulga.

5 Quinto præfata affirmatiua ſententia probatur nam contumacia & mora ſua cuilibet eſt nociua l. in condemnatione §. vnicuique ff. de reg. iur. reg. mora eod. tit. in 6. nec debet quis ex ſua malitia commodum reportare cap. intelleximus de iudicijs igitur etiam contra abſentem ſententia ferri poteſt.

6 Sexto nam Reipublicæ intereſt ne delicta maneant impunita l. ita vulneratus ff. ad leg. Aquil. cap. vt fame de ſententent. excommun. ſed ſi delinquente abſente in negotio non poſſet procedi forſan teſtes morerentur, & deficeret probatio. contra l. pen. C. de hæreticis. & delictum impunitum remaneret. igitur abſens condẽnari poteſt.

7 Septimo nam omne delictum regulariter præſcribitur ſpatio viginti annorũ tex. ſingul. in l. querela C. ad leg. Cornel. de fal. quem Bart. & communiter ibi omnes notant, ſed ſi abſens non poſſet condemnari delictum præſcriberetur, & impunitum remaneret. ergo ad id uitandum dicendum eſt abſentem condemnari poſſe.

Octauo hac affirmatiua ſententia probatur ex tex. expreſſo in l. ne diu C. de pęnis vbi in apparitores etiam abſentes competenti vltione inſurgi debere Imperatores reſcripſere.

Nono probatur ex tex. in l. 2. C. de requir. reis. vbi latrones & alijs criminibus obnoxios, etiam abſentes, condemnandos eſſe deciditur. & ibi notat communis, & probatur de iure noſtro reg. in l. 7. titul. 8. part. 3. in quibus diſponitur, vt bona abſentis fiſco applicentur.

Decimo facit tex. in l. ſi is cum quo ff. commu. diuidun. vbi bona abſentis dirui per iudicem poſſe dicitur ergo abſens condemnari poteſt.

8 Vndecimo facit tex. in c. 1. de eo, qui mittitur in poſſeſſ. cauſ. rei ſeru. vbi actor mittitur in poſſeſſionem rerum rei abſentis propter eius contumaciam, & ex primo decreto cuſtos, & ex ſecundo poſſeſſor efficitur. ergo euidenter conſtat contra abſentem ſententiam ferri poſſe condemnatoriam.

Duodecimo, & vltimo hæc affirmatiua ſententia probatur ex tex. in l. lege cornelia §. fi. ff. ad leg. cornel. de ſicarijs. vbi eos, qui ſpadones fecerint, etiam abſentes pœna legis corneliæ oondemnandos eſſe expreſſe cauetur. Ex quibus fundamentis hæc affirmatiua ſententia probari videtur.

9 Verum contraria longe verior & probabilior eſt, nempe regulariter abſentem condemnari non poſſe. pro qua maximè vrget tex. in c. 1. de cauſa poſſeſſ. & propr.

ibi, *nec nos contra inauditam partem aliquid poſſumus definire.*

10 Secundo facit test. in l. de vnoquoque 47. ff. de re iudic. vbi ad diffinitionem cuiuslibet negotij partes præſentes eſſe debere dicitur: alias enim ſuccedit illa iuris regula res inter alios acta alijs nocere non debet, de qua in d. l. de vnoquoque in fi. cum vulg.

Tertio facit tex. in l. nam ita Diuus ff. de adopt. vbi petenti adoptionis confirmationem iuris conſ. reſpondet citandos eſſe vt præſentes ſint, qui præfatam confirmationem contradicerent, alias nec confirmatio dabitur, nec data valebit.

11 Quarto facit pro hac veriori ſententia negatiua tex. in auth. ſed & ſi quis C. de teſtibus vbi partes præſentes eſſe debere ad recipiendas per iudicem atteſtationes Imperatores reſpondent.

Quinto vrget tex. in c. nos in quemquã 2. q. 1. vbi in quemquam ſententiam ferre iudices non poſſe niſi aut legitime conuictum, aut ſponte confeſſum dicitur.

12 Sexto facit nam reo abſente, ſententia lata in criminibus, in quibus venit imponenda pęna capitalis vltra relegationem, redditur illuſoria, quia non poteſt executioni mandari *ex* doctrina Cyni. in l. abſentem C. de accuſat. Bal. in l. quamuis 1. col C. ad l. iul. de adult. Abb. in c. veritatis nu. 19. de dolo & cont.

Vltimo facit text. capitalis in l. abſentem ff. de pęnis. cuius hęc ſunt verba *Abſentem in criminibus damnari non debere Diuus Adrianus Iulio Frontoni reſcripſit ex* quibus verbis ſatis hæc ſecunda ſententia probari videtur.

13 In hac tamen difficili, & contrauerſa quæſtione tam in iudicando, quam in cõſulendo hanc diſtinctionem eſſe adhibendã probat Ant. Gom. in l. 67. Tauri nu. 1. aut enim loquimur in cauſis ciuilibus, aut in criminalibus. in ciuilibus prior ſententia verior eſt, nempe abſentem pęna pecuniaria, vel relegationis condemnari poſſe, vt ſatis probatum remanet in 1. 5. 10. & 11. fundamentis ſupra pro hac opinione adductis, & expreſſe probatur in dict. leg. abſentem ff. de pœnis leg. 1. & per totum ff. de requir. reis l. ſeruum quoque §. publice ff. de procur. l. abſentem Cod. de accuſat. leg. ſi quondam Codic. de adulterijs cap. 2. cap. abſentem, & fere per totam 3. q. 9. c. veritatis de dolo, & contum. & vbique gloſ. & cõmuniter Doctores. in criminalibus vero in delictis in quibus imponenda pœna vltra relegationem venit, abſens condemnari non poſſit, niſi in caſibus infra in reſolutione difficultatum referendis.

14 Qua diſtinctione ita præmiſſa, non obſtat prima difficultas de tex. in d. cap. 1. de iudicijs. cui breuiter reſpondendum eſt excommunicationem ibi impoſitam fuiſſe in quoduultdeum propter notoriam contumaciam illius, qui in contemptum Concilij Prouincialis ab ipſo abſq; licentia diſceſſit, dicens ſe nolle aduerſario ſuo reſpondere: qua propter conciliũ excommunicationis pœnam in eum protulit, ne delictum illud impunitum remaneret, illus enim erat illa propria, & iuridica pęna *ex* cap. certum eſt 11. q. 3. c. venerabilis §. porro de ſent. excommun. in 6. cum his quæ late diximus in repetit. d. c. 1. de iudic.

15 Nec obſtat ſecundum fundamentum de illa authoritate Pauli 2. ad Corint. c. 5. relata in c. cum ſit Romana §. fi. de appellat. ibi *quẽ abſentem, & irrequiſitum apoſtolus excommunicauit*, nam ommiſſis alijs varijs DD. ſolutionibus, & doctrina Card. ibi, & Felyn. in c. ſacro de sẽtent. excomun. dicentium in notorijs criminibus non requiri citationem c. de manifeſta 2. q. 1. c. ſtatuimus 11. q. 1. c. euidẽtiã de accuſat. per quæ iura eandem ſententiã tenẽt Ant. Gabr. tit. de citation cõcluſion. 1. n. 2. Farinac. 1. tom. tit. de pęnis q. 11. nu. 66. Verius dicendum eſt etiã in notorijs criminibus neceſſariam eſſe abſentis citationem arg. c. Deus Omnipotens 2. q. 1. c. de illicita 24. q. 3. c. cum dilectis 15. vbi gl. verbo indicendo de purgat. can. & ſequũtur plurimi relati a Iul. Clar. lib. 5. §. fi. q. 9. nu. 4. Ant. Gab. & Farinac. ſup.

16 Nec contrarium probatur in d. c. cũ ſit Romana. nam ſecundum gloſam & DD. ibi Cou. & alios relatos ab Henric. 2. tom. lib. 13. de ſentent. excommunicat. cap. 18. num. 3. littera G. Diuus Paulus ſæpe Corinthũ illũ admonuit, vt à peccato reſipiſceret ante excommunicationem, nec credendum eſt Diuum Paulum diuinæ legis interpretem, aliter Corinthum excommunicaſſe contra illud Mat. 18. cap. relatũ in c. nouit. de iudic. vt probant Henr. ſupra Suar. de cenſur. diſp. 3. ſect. 11. nu. 9.

Pro qua interpretatione vltra omnes expendo verbum illud *irrequiſitum* non

enim

enim dicit Pontifex. Corinthum illum non quæſitum fuiſſe excommunicatum, ſed irrequiſitum, ideſt non iterum quæſitum; dictio enim illa *re* iterationem actus ſignificat, vt in Dictionario latino verbo *re*, & verbo *requiro*.

17 Nec obſtat tertium fundamentum de text. in d. c. dudum de elect. nam præpoſitus Sancti Gregorij ibi fuit citatus, & cõtumax, vt conſtat ex verſic. cumq; & ideo etiam abſens potuit condemnari ex dictis ſupra, & infra dicendis. Nec obſtat text. in d. c. cum olim de re iudic. nam omiſſa ſolut. gl. ibi verbo abſenti, quá ſequuntur Abb. nu. 19. Fel. 11. & communis ſecundũ Vãcium de nullit. tit. de nullit. ex defectu citat. nu. 20. reſpondendũ eſt, quod quamuis ibi abſens condemnetur; nõ tamen ſequitur eum à principio non fuiſſe citatũ: abſens enim plerumq; accipitur pro citato contumace in iure noſtro, vt in l. properandum §. fin autẽ C. de Iud. l. 1. ff. quãdo appell. ſit, l. & poſt edictũ 73. ff. de Iud. quo caſu proceditur, vel admiſſionem in poſſeſſionem, vel ad ſententiam diffinitiuam, iuxta diſtinctionem text. in c. quoniã frequenter §. porrò, vt lite non conteſtata ibi *ſi de cauſa liqueat* c. per tuas de appellat. ibi *cũ de meritis cauſa liquebit*. quibus verbis nõ diſſentiunt illa dicti, c. cum olim ibi *cum de ſubreptione liquido conſtet*. Semper enim ſupponendum eſt primam citationem præceſſiſſe arg. l. ſi quæramus ff. de teſtam. & ita intelligendus eſt text. in d. l. 2. §. quod de frumentaria ff. de adminiſtrat. rer. ad Ciuit. pertinent.

18 Nec item obſtat quartum fundamentũ, nam ommiſſa doctrina Abb. in c. dilecti num. 13. de except. Rip. in c. 1. de reſcript. col. 3. Couar. in pract. c. 23. n. 6. Mãt. lib. 5. dialogorum, dialog. 98. & aliorum, quos refert Zenedo, Collet. 94. dicendũ eſt citationem tum demum eſſe iuris naturalis, & per conſequens tolli nõ poſſe à Principe etiam ſupremo, quotieſcunq; neceſſaria ſit ad iuſtam alicuius defenſionem, & ius ſuum illi tribuendũ, eſt enim vnicuiq; conceſſum iure naturali, vt ſe ipſum tueatur, & defendat. d. l. vt vim cum ſimilibus, ſiuè fiat per modos ab ipſo iure naturali, vel gentium inuẽtos, veluti extraiudicialiter pedibus, manibuſque cum armis, vel per modos ab ipſo iure ciuili, vel canonico traditos; veluti iudicialiter per citationem, exceptionem, appellationem, & recuſationem, & cũ ad Principem expectet ius ipſũ naturale interpretari arg. c. per venerabilem 13. verſ. rationibus qui filij ſint legit. & eorum, quę docet Couar. in 4. 2. p. c. 6. §. 9. num. 2. ad ipſum etiam expectabit declarare quando alicui competat iuſta, & legitima defenſio. Cum autem illi conſtiterit nullam alicui competere, rectè poterit omnem modum defenſionis auferre, ſiuè extraiudicialem (prout aufertur legitimè ad mortem condemnatis ex D. Tho. 2. 2. q. 69. art. 4. vbi Aragon. & Pſalon. controuerſ. 1. Couar. lib. 2. var. c. 2. nu. 13. cum alijs relati à Zened. in Collect. ad Decretal. Collect. 43. nu. 2.) ſiuè iudicialem; & eo caſu exceptiones, appellationes, & recuſationes tollere; vt in iuribus ſupra allegatis n. 3. & 4. & citationes, ita vt abſq; illis ad ſententiam, & condẽnationem procedi poſſit, vt in iuribus adductis ſupra.

19 Non item obſtat quintum argumentũ pro contraria adductum, nã breuiter reſpondere poteris, quod quoties quis eſt legitimè citatus, & contumax, reputatur præſens, quo ad cõdemnationem. arg. tex. in authent. vt omnes obediant indicibus, §. ſi verò Collat. 5. text. in l. ab eo C. quomodo, & quando Iudex, text. in l. ea, quæ eodem tit. l. fi. C. ſi per vim, vel alio modo l. ad peremptorium cum quatuor ſequentibus ff. de Iudic. l. properandum §. fin autem reus, C. eod. c. inter quatuor de maiorit. & obed. c. qualiter ibi, *niſi fuerit abſens* 3. q. 9. ibi *niſi fuerit abſens ex contumacia: pro præſenti namq; eum contumacia haberi facit*. authent. qua in Prouincia C. vbi de criminibus ibi, *quia contumacia eius pro præſentia eſt*, vnde nõ obſtat illud fundamentum noſtræ reſolutioni, quia verum eſt contumaciam cuilibet eſſe nociuam ex illis iuribus; non tamẽ ex eo ſequitur abſentem cõdemnari, quia vt verè reſolui cũ Ant. Gom. in l. 76. Tauri nu. 3. contumax legitimè citatus, præſens iudicatur quo ad condemnationem ex dictis iuribus.

20 Nec obſtat ſextum fundamentum, cui breuiter reſpondeas veriſſimum eſſe poſſe teſtes recipi parte abſente contra eum etiã termino citationis non tranſacto, quoties viget periculum ne teſtes, qui in ipſo negotio, vel delicto poſſunt de veritate deponere, moriãtur, ne probationum facultas pereat contra l. pen. C. de hæreticis, & delictum remaneat impunitum ex defectu probationis cõtra d. l. ita vulneratus ff. ad

leg.

Digitized by Google

leg. Aquil. & pars offenſa, abſque debita ſatisfactione remaneat, non tamen ſequitur ex eo abſentem condemnari abſq; eo, quod prçcedente citatione legitimè facta, vt contumax, qui vt ſupra dixi prçſens iudicatur, condemnetur: tunc enim legitima condemnatio eſt ex ſupra reſolutis.

21 Septimo loco non obſtat, quod omne delictum regulariter præſcribitur ſpatio viginti annorum ex l. quærela C. ad leg. Cornel. de falſis: nã huic periculo occurritur, ſi Iudex ex officio, vel accuſator proponat libellũ accuſationis, vel Inquiſitionis, licet in ea non procedatur, hæc enim cautela varios producet effectus.

Primus effectus erit, quod nulla curret præſcriptio ita probat text. notab. in l. 2. verſ. 1. C. de exhibẽ. reis, & ibi gl. & DD. communiter Ant. de Butr. in c. veritatis de dol. & cõtum. 4. col. Bar. in d. l. abſentẽ ff. de pçnis in princ. verſ. vlterius oppono.

Secundus effectus erit quod prçſcriptio præterita interrumpetur text. eſt. iuncta gloſ. in l. iure mariti C. de adult. vbi notat Salye. n. 9. & in l. ſi quondã C. eodẽ tit. n. 2.

Tertius effectus erit, & non parui momenti, nam licet ex diuturnitate temporis quando aliquod magnum, & notabile interuallum temporis tranſiuit, poſt delictum commiſſum, minuatur pçna, vt non debeat delinquens pœna ordinaria, ſed mitiori affici, vt in l. ſi diutino, vbi gloſ. & DD. cõmuniter ff. de pœnis; tamen poſtquam iam fuit propoſitus dictus libellus. Non gaudebit reus tali priuilegio, imò pœna ordinaria poterit puniri que ex cauſa abſentiç illius, non verò ex negligentia Iudicis, vel partis pçna non potuerat ſibi imponi. Ita docet Bar. in d. l. ſi diutino Abb. in c. cum haberet de eo qui duxit in matr. quam poll. per adult. nu. 4. & ibi Anchar. col. 3. num. 8.

22 Minus obſtat octauũ fundamentum de tex. ĩ l. ne diu, C. de pçnis, nã breuiter Bar. reſpondet ſpeciale eſſe in ſpecie illius textus, vt contra apparitores etiam abſentes procedatur, vt notat gl. ibi verbo abſẽtes, & omnes communiter ſcribentes, rationẽ autem ſpecialitatis proponunt Imperatores in primis illius textus verbis, ibi *ne diu apparitorum praua ad modum, venaliſque perfidia, impunè in publica commoda deſeruiat, &c.* hanc tamen ſolutionem Bart. & ferè omnium ſcribentiũ ibi, ego non admitto in caſu noſtro: verius n. reſpondeo quod licet Imperatores in ſpecie illius textus expreſſè dicant cõtra apparitores etiam abſentes procedendũ eſſe, illud debet intelligi prçcedente eorum cõtumacia per citationem, quæ illis debet fieri nota, pro qua interpretatione expẽdo tex. in l. ſi apparitor C. de cohortalibus lib. 12. vbi Imperatores in hæc elegãtiſſima verba, *Si apparitor defugerit criminoſum adictum, quo reuocari poſſit adiecta conditione legibus ſubſequatur, cui niſi fuerit ſatisfactum, merito in latitantem à Iudice pro qualitate peccati ſententia proferetur; veniam enim talibus non permittimus, nec Indulgẽtijs crimina ſubleuamus*, quaſi textus diceret, ſi apparitor criminoſus fugerit, vel requiſitus non cõparuit, citetur ſub comminatione quod niſi veniat condemnabitur, qui ſi etiam non compareat, contra eum etiam abſentem procedatur competenti vltione, vt in d. l. ne diu, quia tunc pro præſenti habetur ex contumacia ſua, ex doctrina ſupra tradita in ſolutione ad quintũ, quæ quotidie practicatur in delinquẽtibus, qui citati ad informandum, & ad capitula, & tranſacto anno ad foriudicandũ, illa tremenda foriudicationis ſententia ad mortem, & bonorum priuationẽ damnãtur, cõceſſa cuilibet facultate illos impunè occidẽdi iuxta Conſtit. grandis vtilitas de pœna contum. in crim. cau. Conſt. pœnam eorum de forbannitis, & foriud. iunctis, quæ latè tradit Afflict. vtrobique & pragm. 2. & 3. de ſent. foriudic. anni 1612.

Nec obſtant 9. 10. & 11. fundamẽta ſupra adducta, nam breuiter reſpõdendum eſt in illis caſibus iuſtè contumacis bona cõfiſcari, vt in d. l. partitæ, & bona abſentis dirui per Iudicẽ, in d. l. ſi is cum quo ff. com. diu. & actorem mitti in poſſeſſionẽ rei abſentis propter contumaciam, vt ex dictis iuribus expreſſè colligitur.

23 Vltimo denique non obſtat tex. in l. 4. verſic. & qui hoc crimine ff. ad leg. Cornel. de Sicar. nam reſpõdendum eſt, quod etiam in delictis capitalibus, in quibus venit imponenda pœna mortis, vel corporalis, in aliquibus caſibus poteſt procedi contra reum abſentem.

Primus eſt in crimine læſç Maieſtatis, textus eſt in extrauaganti ad reprimendũ ſub titulo quomodo in læſç Maieſt. crim. verſ. ſuper dicto crimine, & ibi gl. & Bart. ibi in l. 1. ff. de requir. reis, Salic. & cõmuniter DD. in l. abſentẽ C. de accuſ. Ang. de Peruſ. & Hyppolitus de Marſil. in d. l. 4.

Secun-

Secundus caſus eſt quando quis ſpadonem facit alium, vt in d.l.4. quam ad hoc notat Bart. & cæteri, & ad hoc ſingularē appellat Ang. de Peruſio ibi. Ratio autem huius ſpecialitatis licet Bart. & cæteri eā non aſſignent, ea mihi videtur, quæ præcedenti primo caſui adaptari poteſt, videlicet propter grauitatem delictorum, tám lęſæ Maieſtatis, quam iniuriæ factæ legi Corneliæ de ſicarijs.

24 Reſoluendo igitur propoſitam quęſtionem, ego exiſtimo diſtinctionem ſupra aſſignatam veriſsimam eſſe, nempè in ciuilibus, in quibus venit imponēda pęna pecuniaria, vel relegationis, in abſentē ſententiam ferri poſse; in criminalibus vero, in quibus pęna corporis infligitur, abſentem condemnari non poſse, niſi in caſibus à iure expreſsis ex doctrina Ant. Gom. ſupra quam probant text. in d.l. abſentem ff. de pœnis ibi *abſentem in criminibus damnari non debere*, & paulò inferius ibi *ſtatuetur in abſētes pecuniarias quidem pœnas vel eas, quæ æſtimationē contingunt, ſi ſępius moniti, per contumaciā deſint, ſtatui poſſe, & vſque ad relegationem procedi: verum ſi quid grauius irrogandum fuiſſet; puta in metallum, vel capitis pęnam, non eſſe abſentibus irrogandam*, verba ſunt clara, & aperta, quæ non indigent interpretatione ſi quidem expreſse cōſtituunt ſupradictam diſtinctionem, & per ea, illam probant ibi gloſ. & communiter DD. Azo. in ſumma C. de requirendis reis nu.2. Cynus Bal. Salyc. & communiter DD. in l. abſentē C. de accuſat. idem Bal. & alij in l.1. C. quomodo, & quando Iudex Ant. Gom. in d.l. 76. Tauri num.1.

SVMMARIVM.

1 *Impoſſibilis conditio affirmatiua vitiat contractum, cui adijcitur; ſecus negatiua.*

2 *Impoſſibilium nulla eſt obligatio.*

3 *Contrahentes ſub impoſſibili conditione nullum conſenſum, neque animum ſe obligandi habere intelliguntur.*

4 *Impoſſibilis negatiua non vitiat contractum: quia efficitur poſſibilis.*

5 *Impoſſibilis conditio an vitiet actum cui adijcitur?*

6 *Libertas libero homini relinqui non poteſt.*

7 *Teſtator conditionem impoſſibilem legato adijciens, nullum animum illud præſtandi cenſetur habuiſſe.*

8 *Conditio ſi probauerit ſe filium teſtatoris eſſe, impoſſibilis reputatur.*

9 *Matrimonium ſub conditione impoſſibili celebratum, valet, & conditio pro non adiecta habetur.*

10 *Conditionum poſſibilium, alia poteſtatiua, alia cauſalis, & alia mixta.*

11 *Quæ differentia ſit inter conditionem poteſtatiuam, & mixtam?*

12 *Conditio impoſſibilis quæ ſit, & quot illius ſpecies?*

13 *Interpretatur text. in l.1. ff. de condit. inſtit. cum ſimil.*

14 *Quare magis conditio impoſſibilis vitiet actum in contractibus? quam in vltimis voluntatibus?*

15 *Quando quis conditionem impoſſibilem apponit, non ſatis voluntatem ſuam declarat, & ideo neceſſaria eſt iuris interpretatio.*

16 *Error omninò remouet conſenſum.*

In quolibet actu conditionali duplex eſt voluntas, quarum vna euaneſcente, alia ſubſiſtit.

18 *In contractibus ius præſumit contrahentes illudere voluiſſe, conditionem impoſſibilem adijcientes.*

19 *Matrimonium eſt contractus, in quo exuberantior requiritur conſenſus.*

20 *Tutius eſt contra canonum ſtatuta aliquos copulatos dimittere, quam cōtra Dei præcepta legitimè coniugatos ſeparare.*

21 *Conditio impoſſibilis, poſſibilis à defuncto habita, reijcitur ac ſi verè eam impoſſibilem eſſe ſcierit.*

22 *Vera interpretatio ad l. ſeruo manumiſſo ff. de condict. indeb. aſſignatur.*

23 *Verus intellectus ad l. cum hæres §.1. ff. de ſtatuliber.*

24 *Filiorum procreatio nō cadit in certum hominis ſenſum, & ideò teſtibus probari non poteſt.*

25 *Interpretatur tex. in l. Lucius 82. ff. de condit. & demonſtr.*

Impoſ-

Impoſsibilis cōditio an vitiet contractum,cui adijcitur? pro interpretatione l. impoſsibilis 7.ff.de verb.oblig.

QVÆSTIO XXV.

1 IMpoſsibilis conditio affirmatiua vitiat ſtipulationē, ſecus negatiua: quam cōcluſionem comprobat text. in l. non ſolū 30.ff.de oblig.& act.l.certi cōdictio §.quoniam ff. ſi certū petatur §. ſi impoſſibilis inſt.de inutil. ſtipul. l.in de neratius §. idem Iulianus ff. ad leg. Aquil. l.ſi ff.quæ ſent. ſine appell.reſcind.l.ſi ſub impoſſibili 30.ff.de fideiuſſor §. loca inſt. hoc tit.confirmat tex.in c.ſi.de condit.appoſ.iuncta gl.ibi verbo impoſsibilis c.ſi.de pactis, & text. in c. ad audientiam iuncta gl.verbo habere extra de ſpōſal. & matr. exornat noſtram cōcluſionem, & lato calamo illius materiam proſequuntur, vltra ordinarios interpretes ſupercitatis iuribus Ant.Gom.1.tomo var.c.12.num.67. Sarm.lib.2.ſelectarum interpretat cap.3. nu.15.Cou.in 4.2. par.c.3. §.2.nu.1. Menoch.de ſucceſs.progreſs.§.3.n.45.Eman. Coſta lib.1.ſelectar.c.8.n.2.& Cum. in l. apud Iulianum §.conſtat nu.6.ff. de leg.1. cum alijs plurimis ab eo relatis.

Illius autem veriſsimæ concluſionis,& deciſionis ratio ea poteſt aſsignari quoad primam illius partem, quæ continet impoſsibilem cōditionem affirmatiuam ſtipulationem vitiare,nam certiſsima,& indubitabilis iuris regula eſt impoſsibilium nullam obligationem eſſe, iuxta tex. in d. c.ad audientiam extra de ſponſal.l.verum 32.l.quod nullius 143.l.impoſsibilium ff. de reg.iur.reg.nemo poteſt eodem tit. in 6.vnde ſi ſub impoſsibili cōditione ſtipulatio fuerit facta, mirum ſi vitiari dicat tex.in d.l.impoſsibilis,cum de natura cōditionis ſit ſuſpēdere actum,cui adijcitur, quouſq; adimpleatur iuxta tex.in l. cedere diem ff.de verb.ſign.l.legata de condit. & demonſtr. & hæc tanquam impoſsibilis,adimpleri poſsit nunquam.

3 Quæ ratio ex ſequenti maximè iuuatur; nam contrahentes ſub impoſsibili conditione,nullum conſenſum, nec animum ſe inuicem obligandi habere, imò potius illuſorium, & nugatorium actum celebrare intelligitur iuxta d.l. non ſolum 30. ff. de obligat.& act. vnde cū ſine conſenſu contractus conſiſtere nequeat l.conſenſu 2.ff. eod.tit.l.1.§. cōuentionis ff.de pactis. mirum non eſt ſi adiecta cōditione impoſsibili,ſiuè ſtipulationi,ſiuè alij cuicunq; cōtractui,iuxta d.l.non ſolum, propter defectus conſenſus præſumptionem: nullus reddatur contractus, nullaq; ex eo naſcatur actio, & hæc eſt meo iudicio vera, & genuina huius concluſionis primæ partis ratio.

Ex qua facilè deducetis rationē ad ſecundam per argumētum à contrario ſenſu.Si enim conditio impoſsibilis affirmatiua vitiat contractum, quia ſuſpendit actum quouſq; adimpleatur;cum tamen adimpleri nunquam poſsit, vt ſupra dixi; ergo á cōtrario conditio impoſsibilis negatiua non vitiabit contractum,cum virtute negatiuæ reddatur poſsibilis, veluti ſi in cęlum non aſcēderis,promittis mihi centum,ſi ſequatur promiſsio,valet ſtipulatio tanquam ſub cōditione poſsibili celebrata, vt ex l. impoſsibilis ff. de verborum oblig. euidenter colligitur.

5 Licet autem propoſita concluſio,& ratio pro ea adducta, in ſe veriſſima ſit, maximam continet difficultatem ex eo,nam impoſſibilis conditio alicui actui adiecta, ipſum non vitiat,ſed ipſa vitiatur, & pro non adiecta habetur l.1.ff. de cōdit.inſtit. l.obtinuit 3.ff.de condit. & demonſt.l. cū in 2.16.in fi.ff.de iniuſto rupto l.ſi Mæuia 45.ff.de hæred.inſtit.§.impoſſibilis inſtit. eodē:ergo minus rectè in noſtra lege contrarium deciſum extat.Nec huic difficultati ſatisfaciet, qui dixerit iura illa loqui de teſtamētis, & vltimis voluntatibus, in quibus cōditio impoſſibilis pro nō ſcripta habetur; textum autem noſtrum loqui de ſtipulatione,& alijs cōtractibus,in quibus impoſsibilis conditio nō vitiatur,ſed vitiat actum, vt ſupra probauimus.

Nam licet cōmuniter ab omnibus interpretibus dicta ſolutio accipiatur, ex Bart. in d.l.1.nu.3.ff.de condit.inſt.Ant. Gom. 2.tom.var.c.12.nu.40.Cou.in 4. 2.p.c.3. §.2.n.1.Mencha. de ſucceſs. progreſs.§.3. nu.45.Eman. Coſta lib.1. ſelect. c.8.nu.2. Cuman.in l.apud Iulianum §.cōſtat nu.6. ff.de leg.1.& Sarm.lib.2.ſelect.c.3. nu.15. difficillima tamen redditur,tā quo ad primam,quàm quoad ſecundam illius partē.

6 Quo ad primā difficilis redditur ex tex.

in

in l.ſeruo manumiſſo,ff.de cõdictione in-
deb.vbi fideicõmiſſum ſeruo manumiſſo,
vel homini ingenuo, quẽ teſtator bona fi-
de poſsidebat,ita relictũ, ſi ad libertatẽ ex
teſtamento perueniret,non valere dicitur
ex eo,quod libertas libero homini relin-
qui non poteſt, & cõditio illa impoſsibi-
lis eſt §.fi.inſt.de ingenuis l.2. C. eodem.

7 Secundo ex tex.in l.cum hæres §.1.ff.
de ſtatuliber. vbi probatur libertatis da-
tionem in teſtamento relictã,ſi ſeruus hæ-
redi mille dederit, cum impoſsibile ſit eũ
id poſſe prẽſtare,nullam eſſe:quia teſtator
illam conditionẽ adijciens, nullũ animũ
videtur habuiſſe dãdi libertatẽ,vt ait tex.

8 Tertio,& vltimo,vt alia faciliora om-
mittam,difficillima redditur ſuperior di-
ctæ concluſionis communis prima pars ex
l.lutius 83.ff.de condit.& demõſt. vbi di-
citur inutile eſſe teſtamẽtum,in quo filius
inſtitutus fuit ſub cõditione ſi probauerit
ſe filiũ teſtatoris eſſe,quæ eſt conditio im-
poſsibilis: cũ neceſſaria probatio fieri nõ
poſsit,niſi teſtes de certo, & proprio sẽſu
teſtificari valeãt l.teſtiũ vbi gl.C.de teſtib,
& probat Bar.in l.admonendi n.18.de iu-
re iur,& Ripa ibi n.82. & filiorũ genera-
tio nõ cadat in certũ hominis ſenſum l.fi-
lium eum diffinimus ff. de his qui ſunt ſui
vel al.iur.ex quibus omnibus conſtat con-
ditionẽ impoſsibilem in vltimis volunta-
tibus ad ſcriptã,actum vitiare,nõ autẽ ip-
ſam vitiari iuxta cõmunẽ DD.ſolutionẽ.

9 Quoad ſecundam cõmunis concluſionis
partẽ,quæ cõtinet conditionẽ impoſsibi-
lẽ contractui adiectã,actumvitiare,& pro
non celebrato haberi põdero tex. difficil-
limũ in cap.fi.de condit.appoſ.vbi impoſ
ſibilẽ conditionẽ contractui matrimonij
appoſitã,vitiari,& pro non ſcripta,aut a-
diecta haberi;non autẽ contractũ vitiare
dicitur;ergo nec deciſio noſtri tex.&ſimi-
liũ,nec cõmunis diſtinctio,& ſolutio dif-
ficultatis ſupra propoſitæ ſubſtineri ali-
quo modo poteſt.

10 Pro quarũ difficultatũ ſolutione,& per-
fecta materię conditionũ cognitione,quę
adeo difficilis eſt, vt in ea qui plus ſcit,
plus dubitet ſi Bart. credimus in l.ſi pater
4.C.de inſtit.& ſubſtit, nõnulla ſunt prę-
mittenda ſcitu quidem digna, & omninò
menti tenẽda.In primis animaduerto cõ-
ditionũ aliã poſsibilẽ,aliã impoſsibilẽ eſſe
Poſsibilis cõditio dicitur illa,quę fieri po-
teſt, cuius triplex eſt ſpecies, alia poteſta-
tiua,alia cauſalis,&alia mixta;poteſtatiua
cõditio dicitur illa,quę pendet à facto ſo-
lius implere debẽtis,veluti *ſi ſeruum ma-
numiſerit, ſi Titio legatũ reliquerit, &c.*
caſualis dicitur illa,quæ pẽdet ex viribus
fortunæ,veluti hęc *ſi nauis ex Aſia vene-
rit*, vel ex facto alterius, veluti hæc *ſi Ti-
tius ĩ conſiliũ aſſumatur*,& ſimiles. Mix-
ta conditio dicitur, que partẽ habet a po-
teſtatiua; partem vero à caſuali. pendet
enim à volũtate legatarij,& à viribus for-
tunę;veluti hęc *Lego Titio centum, ſi Ale-
xandriam peruenerit*;quæ non ſolũ pen-
det ex eo,quod legatarius velit iter agere,
sed ſalua vita, quã tot maris periculis ex-
poſuir, Alexandriã perueniat;pendet etiã
ex volũtate alterius tertij, veluti hæc *Le-
go Titio centum ſi Meuiã duxerit in vxo-
rem*. Licet.n.ipſe velit;ipſa tamen illi nu-
bere nolit,conditio non adimpletur;ſi ve-
ro vterq; velit,ipſa tamẽ decedat antequã
nubat,deficit conditio iux.tex.in l.legatũ
C.de condit. inſertis,& l.in teſtamẽto 31.
ff.de condit. & demonſtrat.

11 Maxima tamen differẽtia verſatur inter
poteſtatiuam, & mixtã. Illa.n. ſi deficiat
per caſum fortunæ, pro impleta habetur,
l.turpia legata,§.ſed & ſi ſerui mors,ff.de-
leg.1.quia cum non ſtat per eum,ad quem
pertinet, quo minus conditio impleatur,
perinde haberi debet,ac ſi conditio adim-
pleta ſit,reg. imputari reg. cum nõ ſtat de
reg.iur.in 6.Hęc autẽ per caſum deficit d.
l.in teſtam.d.l.legatum.melior tex.in l.cũ
ita datur verſ.diuerſa de cõdit.& demõſt,
l.peculium,§. is cui de ſtatuliber, nam cũ
teſtator eam adijciẽs,factum tertij requi-
ſierit, nec illud poſuit in voluntate dum-
taxat legatarij,merito caſus cõtingens in
perſona illius,cum quo debebat adimple-
ri conditio,facit eam deficere iux.tex.ĩ d.
l.cum ita datur cum ſimilibus,& hæc de
conditionibus poſsibilibus, & earũ diffe-
rentia,& natura breuiter dicta ſufficiant.

12 Secundo, Animaduerto conditionẽ im-
poſsibilẽ eſſe, quæ nullo modo adimpleri
poteſt:cuius ſpecies enumerat gl.in §.im-
poſsibilis inſtit.de hæred.inſtit.vt ſcilicet
alia ſit cõditio impoſsibilis de natura, cui
natura eſt impedimẽtum, quo minus im-
pleatur,de qua loquitur text.in d.§.ſi im-
poſsibilis inſtit. de inutil. ſtipulat.
Alia de iure, qualis eſt ſi patrem ab hoſti-
bus captũ non redemeris,vel ei egenti ali-
menta non pręſtiteris,de quibus loquitur
text.in l.conditiones 9.ff. de cõdit. inſtit.
quæ propriè turpes appellantur in l.con-

ditiones 14 ff.eod.tit.& ideò impoſsibiles iudicantur, quia quæ ſalua lege, & dignitate nõ poſſumus, nec de facto poſſe videmur iuxta text. in l. nepos Proculo ff.de verb.ſignif.l.filius qui in poteſtate, ff. de condit. inſtit.

Alia deniq; eſt cõditio impoſsibilis nẽpè de facto, cui licet nec ius, nec natura impedimento ſint; tantam tamen facti habent difficultatem, vt impoſsibilis iudicetur, veluti ei qui longè à Bononia diſtat apponatur conditio ſi biduo Bononiam perueneris; licet enim actus hic veniendi nõ ita impoſsibilis ſit, ac ſi diceret, ſi digito cęlũ attigeris; quia tamẽ magnam continet facti difficultatem ſuppoſita diſtantia loci, actum, cui apponitur, vitiat iuxta noſtrũ tex. & ſimiles. In vltimis vero voluntatibus pro non adiecta habetur iux. d. l. 1. ff. de condit. inſtit. cum ſimil. ſupra citatis.

13 Quibus ita pręmiſsis ad ſupra propoſitam difficultatẽ dę tex. in d.l. 1. ff. de condit.inſtit.l.obtinuit 3.ff.de condit. & demonſtr.l.cum in 2. 16. in fin. ff. de iniuſto rupto §. impoſsibilis inſt.de hæred.inſtit. in quibus probatur conditionem impoſſibilẽ actũ non vitiare, ſed pro non ſcripta haberi, breuiter reſpondeo iura hæc, & ſimilia loqui in vltimis voluntatibus; noſtrum autem tex. & ſimiles in contractibus, in quibus contraria regula ſeruatur iuxta communem ſolutionem ſupra nu.5. aſsignatam.

14 Fluctuant tamen, & valdè laborant interpretes in inueſtiganda diſcriminis rationẽ, quare ſcilicet magis conditio impoſſibilis vitiet contractum, quam vltimam voluntatem? & ommiſſa Bar. ratione in d. l. 1. nu. 3. ff. de condit. inſtit. quã ſequuntur cęteri communiter, vt teſtatur Ant. Gom. 1. tom. var. c. 12. n. 4. alią Cuman. in d.l. 1. n. 8. & in l. apud Iulianum §. conſtat n. 6. ff. de legat. 1. & alia Baldi, quam defendit Sarm. lib. 2. ſelect. c. 3. n. 15. & alijs pluribus traditis à Iaſ. in l. ſi mihi, & tibi, §. ſi quis ſeruos nu. 18. & ſequentib. ff. de leg. 2. & licet nullam huius differẽtię ſatis idoneã rationẽ reddi poſſe fateatur Cuma. in d.l. 1. in fi. veram, & genuinã aſſignari poſſe iudico, nempè impoſſibilẽ conditionẽ vitiare contractus, quia credendũ non eſt contrahentes otioſè eã adieciſſe, & vt pro nulla haberetur. In teſtamẽtis autẽ reijci, quia præſumitur teſtatorẽ voluiſſe, vt vltimæ ſuę voluntati non noceret. Sed cum vtroque caſu eadem verba ſint, quæ eandẽ interpretationẽ exigere videntur, dubiũ eſt vnde in ſimili ſcripto ea volũtatis diſſimilitudo colligatur? Et dico eam colligi non ex verbis, ſed ex adiunctis eorum videlicet ex teſtamento, & contractu.

15 Nã quando quis conditionem impoſſibilem apponit, non ſatis voluntatẽ ſuam declarat: poteſt.n. velle, vt omninò valeat actus, exiſtimans illã conditionẽ illũ non vitiare, poteſt etiã conditionem conſultò apponere, vt actũ reddat illuſoriũ. Vnde neceſſaria fuit iuris interpretatio, & ita ius interpretatur in vltimis voluntatibus per errorem appoſitã fuiſſe; quia credendum non eſt aliquem in teſtamento ludere voluiſſe; (luderet certè ſi noluiſſet, vt legatarius conſequeretur legatũ, quia melius, & citius id efficeret tacendo) vnde iure quidem optimo ius pręſumit huiuſmodi conditiones per errorẽ appoſitas fuiſſe iuxta text. in d.l. 1. ff. de condit. inſtit. attenta illius veriori, & emendatiori litera, quæ habet *ſub impoſsibili conditione, vel alio mendo factam inſtitutionem placet non vitiari*.

16 Néc huic primæ diſtinctionis parti obſtat illud vulgare axioma, quo cauetur cõſenſum in vltimis voluntatibus deſiderari, cũ ex eo ſolo pendeant, ab illoq; effectũ ſortiãtur l. 1. ff. de teſtam. ſed error in totum remouet conſenſum l. ſi per errorem ff. de iuriſd. omn. Iud. l. nihil conſenſui ff. de reg. iur. ergo teſtamentũ ſub impoſſibili conditione factũ vitiatur, vel admiſſa erroris coniectura, ex defectu conſenſus eſt nullum.

17 Nã breuiter reſpondendum eſt in teſtamento, & in quolibet actu conditionali duplicem eſſe voluntatem l. cũ pater 79. §. vicos ff. de leg. 2. docet Aret. in l. ita ſtipulatus nu. 4. ff. de verb. oblig. quarũ natura cũ talis ſit, vt vna euaneſcente, alia ſubſiſtat l. 2. ff. hęr. inſtit. prima voluntate diſpoſitionem reſpiciente, amplexa, secũda conditionem continẽte reiecta, quaſi per errorem interpoſita, vt ſupra diximus, teſtamentũ ſubſtinetur, arg. d.l. 2. d. §. vicos l. ſi mihi 12. §. ſi quis ſeruum l. ſi ſeruus 111. §. quicunque ff de leg. 1. l. qui dotem 13. ff. de dote pręleg. vnde ſupradicta difficultate excluſa, firma remanet uera ratio, propter quam impoſſibilis conditio in ultimis uoluntatibus pro non adiecta habetur.

18 Quę quidem in contractibus locũ habere non poteſt, nam cum duorum pluriumue conſenſu contrahantur, credendũ non

eſt,

eſt,quod ſi uni ex eis error,vehemens,accidiſſet,alter non præuidiſſet,& correxiſſet. Vnde ceſſante coniectura erroris, ius præſumit contrahentes animum non habuiſſe contrahendi, ſed illuſorium actũ facere uoluiſſe,ſcienter conditionẽ impoſſibilem apponentes. Quæ ratio maximè ſuadetur ex uerbis d.l. non ſolũ 30. ff. de oblig.& act.ubi I.C.inquit, *quia in eare, quæ ex duorum pluriumue conſenſu agitur,omnium uoluntas expectatur,quorũ proculdubio in huiuſmodi actu talis cogitatio eſt,vt nihil agi exiſtiment appoſita ea conditione quã ſciant eſſe impoſſibilem*. Ex quibus iã habetis uerã, & genuinam differentiæ rationem,propter quam conditio impoſſibilis uitiet contractũ in noſtra l.& ſimilibus, in ultimis uero uoluntatibus uitietur ipſa,& pro non ſcripta habeatur, ut in d.l.1. ff. de conditionibus inſtitutionum cum ſimilibus ſupra in argumento citatis.

19 Neq; in contrarium obſtat primo tex. difficilis in c.fi.de conditionib. appoſitis, ubi impoſſibilis conditio pro non adiecta habetur in cõtractu matrimonij,& omiſſa breuitatis cauſa,quorundam ſolutione, quã refert, & ſequitur Andrian. in 4.tit. de ſãct. matrim.q.6,in fi.& q.7.Ledeſ.i 2. 2.q.45.Aut.1.Cou. in 4.2.p.c.3.§.2.nu.5. 6.uerius reſpondendũ eſt, ſolũ in contractu matrimonij conditionem impoſſibilẽ pro non adiecta iudicari illius fauore; licet .n.matrimoniũ ſit contractus c.fi.de procurator.in 6.& in eo exuberantior deſideretur conſenſus c.2. c. cũ locum c. tua nos de ſponſal. c.ſufficiat 27. q.2.adeo ut Eccleſia facere non poſsit matrimonium, abſq; conſenſu, ut reſoluit Ledeſma, ubi ſupra q.47.artic.1.tamen ſub impoſsibili conditione celebratum ualidum erit.

20 Nã quãdo ius ciuile interpretatur contractum, qui pendet ex uoluntate duorũ, uitiari, fundatur in pręſumptione quadã v3. contrahentes non errore, ſed ex certo iuditio iocandi, & ludendi gratia illã conditionem impoſsibilem appoſuiſſe. Quæ quidem pręſũptio in contractu matrimonij admitti non poteſt, propter periculum animę, ne forte hoc colore uolũtas,& conſenſus,qui interuenire poterit, adimatur, & matrimonium iuſtè contractũ l.diuina reclamãte diſſoluatur. Tutius eſt.n.contra canonũ ſtatuta aliquos copulatos dimittere,quã contra Dei præcepta legitimè coniugatos ſeparare, vt inquit tex.i c.licet ex quadã extra de teſtib.quare ius Põtificiũ tutiorẽ, & benigniorẽ interpretationẽ ſequutũ iuxta c. iuuenis extra de ſponſal. matrimoniũ validũ iudicauit in illo tex. cuius hęc eſt veriſsima, & omninò tenenda interpretatio omiſſis plurimis alijs quas refert, & refellit Thomas Sanchez de matrimonio 1.tomo lib.5.diſputat.3. per totam.

21 Secundo non obſtat ſupradictæ reſolutioni,& differentiæ rationi tex.in d.l ſeruo manumiſſo ff.de cõdictione indeb.cuius tex.difficultati variè reſpondent DD. vt videre eſt ex his, quæ latè congerunt Coſta lib.1. Select. c.9.Sarm.lib.1.Select. c.1.Spino in ſpeculo teſtam.1.p.2.nu.42. & gl.14.nu.145.qui communiter dicunt ea de cauſa non reijci conditionem impoſſibilem ibi,quoniam teſtator eam poſſibilem credebat.Verum ego exiſtimo conditionem impoſſibilem à defuncto poſſibilẽ habitam, eodem modo eſſe reijciendã, ac ſi verè defunctus eam impoſsibilẽ crederet,& moueor ex l. ab omnib. 107.§.1.ff. de leg.1.& l.hæc conditio 10.§.fi.ff.de cõdit.& demonſtr.Nec tunc obſtat tex.in d. l.ſeruo manumiſſo,quia non probat id,ad quod communiter allegatur ab omnibus.

22 Quare pro illius perfecta explicatione, notandũ eſt qđ ſi teſtator legata,vel fideicõmiſſa relinquat alicui tãquã liberto, & ille ad ingenuitatẽ proclamet, contendẽs ſe ingenuũ natũ eſſe,tenebitur omnia,quę ex defuncti bonis accepit, reſtituere, vt probat tex.in l.1.C.de ingen.man.quia cũ libertus ad ingenuitatẽ ꝓclamaſſet,& ita ingratus fuiſſet teſtatori iuſtũ non erat,vt erecta ceruice eiuſdẽ liberalitate fruatur; ſed potius tãquam ingratus illa priuetur ex d.l.1.& l.fi.C.quib.ad libertatẽ l.3.ff.ſi liber.ingen.eſſe dicat l.de bonis ff.de liberali cau.l.1. ff. de iure aur. anul. quare iure optimo I.C. reſpondit in d.l.ſeruo manumiſſo repetitionẽ cõpetere; nã videtur ingratitudo quędã,ob quam legato priuari meretur;nimis.n. indignũ,& inhumanum eſſet, vt qui dedignatur eſſe defuncti libertus, & cõtra eum, quem ſemper pro Domino habuit,litẽ ſtatus mouet, eiuſdẽ beneficio fruatur arg.l.2.C.de liber.& eorũ lib.l.alimenta in fi.ff.de liber.agnoſc.l. patrẽ C. de nupt. Ex quibus iam habetis, qđ licet libertus, de quo ibi verè eſſet ingenuus; ſi tamen ad ingenuitatẽ non proclamaſset,nõ ammitteret legatũ:quia ceſſat cauſa repetitionis, vt doctiſsimè ad-

uertit Sarm.lib.2.Selectar.c.1.ex nu.27.

23 Tertio non obſtat tex.in l.cũ hæres §.1. ff. de ſtatuliber.cui breuiter reſpondendũ eſt loqui de cõditione difficili, quę omnino ſeruari debet,& ſi nõ adimpleatur,nõ debetur ſub ea relictũ: quia tunc expreſsè deficit teſtatoris voluntas, conſtat .n. teſtatorem conditionem difficilem,ac penè impoſsibilem adijciendo,hanc mentẽ habuiſse,ne vnquam ſeruus ad libertatẽ perueniſset arg.l.fi.ff. de manum. teſta. maximè ſi legendus eſt tex.*ſi millies hæredi dediſſet*,prout legendũ eſse ait D.meus Ant. Ang.lib.2.emendat.c.6. ad fin. quod verbum *millies* ſignificat ſummam centũ mille ducat. & ita tanquam cõditio difficilis, &penè impoſsibilis nedũ ſeruo,ſed etiam cuilibet ditiſsimo homini,vitiat actũ manumiſsionis;quia eo quidem animo videtur teſtator conditionem illam apposuiſſe,vt ſeruus ille non conſequeretur libertatem propter defectum cõditionis,& difficultatem illam adimplendi,& ita obſeruant Aug.ſupra Ruſardus,& Duar.in notis perpetuis ad illum tex.Balduin.in d.§. impoſsibilis, & omiſsis alijs hanc veriorem illius tex. interpretationem iudico.

24 Deniq; non obſtat tex.difficilis in l.Lutius 82.ff.de condit.& demonſt. nam licet pro illius difficultatis ſolutione multa dixerint Alc.de præſumpt. 3. p. in prælud. nu.4 Coſta in §.& quid ſi tantum 5.p.nu. 41.Menoch.de arbitr.lib.1.caſu 89.nu.8. breuiter,& reſolutiuè dico Lutium Titiũ dubitaſse,an Claudius ſuus filius eſset, licet domi ex vxore natus,neq; contentum fuiſse l.præſumptione,de qua in d.l. filiũ, & ideo cõditionem illam adieciſse, vt ex ea Claudius vrgentibus coniecturis teneretur Iudici probare ſe Lutij Titij filium eſse, quod cum in ſua poteſtate non eſset: quia probationes neceſsario debent concludere l.neq; natales C.de probat. l. non hoc C.vnde legitimi,& filiorum procreatio non cadat in certum hominis ſenſum ideoq; teſtibus rectè probari non poſsit l. qui in teſtam.in fi.ff.de teſtam. & ex alijs iuribus docet Maſcar.de probat.concluſ. 1367.nullius fuit momenti teſtamentum, quia filius neceſsario debet inſtitui ſub conditione poteſtatiua l.ſuus quoq; 4.§.1. ff.de hęred.inſtit.l.fi.ff.de condit.inſtit.l.ſi pater C.de inſtit.& ſubſtit.& iſinuat I.C. in d.l. Lutius 82.*non ſub ea conditione inſtitutũ videri quæ in poteſtate eius eſſet, & ideò teſtamentum nullius eſſe momenti*,nec tunc obſtat reg. ſup. tradita nempè impoſsibilem conditionem in vltimis voluntatib. non vitiare actum, ſed ipſam vitiari, & pro non ſcripta haberi: illa enim locum habent in extranei inſtitutione;nõ autem in filijs:quia teſtator, qui eam apposuit, in proprij filij inſtitutione peccauit in forma d. l.suus quoq; §. 1.& ideò teſtamentum eſt nullum l.cum ij §.ſi prętor ff. de tranſact.

25 Vnde reſoluendum eſt merito ſcripſiſſe Paulum I. C. in d. l. Lutius teſtamentum non valere, quia cum conditio fuerit impoſſibilis, certum eſt non eſſe in poteſtate filij, & conſequenter vitiare patris teſtamentum iuxta ſupra tradita.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſio penſionis ob ſterilitatem,an debeat colonis fieri?*
2 *Damnum caſu fortuitu contingens, à nullo præſtatur.*
3 *Obligatio perſonalis reſpectu rei, re perempta tollitur.*
4 *Authores qui de huius quæſtionis materia tractant, referuntur.*
5 *Emptio locationi comparatur, eiſdemq; iuris regulis conſiſtere dicitur.*
6 *In contractibus æqualitas ſeruanda eſt, & dãni,& lucri ratio à pari procedit.*
7 *Locatio regulariter mercedem in pecunia numerata requirit.*
8 *Simile non eſt idem, & inter ſimilia non magis valet argumentum,quam ratio ſimilitudinis dictat.*
9 *In emptione prætium ſoluitur pro re, quæ vt plurimum celebrati contractus tempore eſt in rerum natura.*
10 *Emptione perfecta periculum ad emptorem pertinet etiam ante traditionem.*
11 *In cõductione merces nõ ſoluitur,nec promittitur tanquã prætiũ rei præſentis, ſed vſus,vel fructuum percipiendorũ.*
12 *Si venditio fuerit celebrata non rei præſentis,ſed naſcendorum fructuum, & propter caſum fortuitum parui, aut nulli naſcantur,poterit emptor prætij remiſſionem,vel reſtitutionem petere.*
13 *Quid ſi non fructus naſcituri,ſed ſpes aliqua tantum empta fuiſſet?*
14 *Quædam Iarrocij, & Romani diſtinctiones refelluntur.*
15 *Fructibus etiam immodicè auctis, ex qualibet cauſa,augeri non debet pẽſio.*
16 *Verus intellectus l. ſecundum naturam ff.de regul. iur. aſſignatur.*
17 *Quando debeat cõcedi remiſſio penſionis?*

Remiſ-

Remiſsio penſionis obſterilitatem, an, & quando colonis fieri debeat?

QVÆSTIO XXVI.

1 ADeo practicabilis effecta eſt hiſce temporibus ob tot hominum peccata quæſtio iſta ſterilitatis, præcipuè in hac Foggiana Ciuitate, quæ abundantię mater appellari, & Regni huius granarium nuncupare ſolebat, & hodie nomen illi remanſit, vt ſterile, hoc quæſtionum diuerſarum, opus merito dici poſſet, ſi eo tempore, quo extremam huius territorij ſterilitatem video, de remiſſione penſionis, quam tot, tantiſq; ſupplicationibus illius incolę petunt, in hoc opuſculo non agerem.

Quæſtio igitur eſt remiſſio penſionis ob ſterilitatem an, & quando concedi debeat? & concedendam eſſe ſi caſu fortuitu contingat, vel vitio rei ſine culpa coloni, & aliorum annorum vbertate non fuerit compenſata, probatur. Primo ex tex. in cap. ſi propter ſterilitatem de locato, l. ex conducto §. ſi vis tempeſtatis & §. Papinia. alias l. ſi vno 17. l. ſi merces 28. §. vis maior ff. eodem l. licet l. excepto 18. C. eodem.

2 Secundo facit regula l. in rebus 18. ff. commod. l. 1. §. ſi magiſtratus ff. de magiſtrat. conuen. l. contractus in fi. ff. de reg. iur. cap. vnico de commod. cap. bona fides de depoſ.

3 Tertio nam obligatio perſonalis reſpectu rei, perempta re tollitur, arg. l. in naue ſaupheli 34. in fin. ff. locati l. titiæ 36. §. fin. ff. de leg. 1. & colligitur ex dict. l. ex conducto §. ſi vis, ibi *ne ſupra damnum ſeminis amiſſi mercedem agri præſtare cogatur*; ergo cum in conductione penſio in fructum compenſationem ſoluatur, vt infra dicemus num. 11. & fructus aut nulli, aut pauci percipiantur, remiſſio penſionis facienda erit.

4 Ex quibus hanc ſententiam, & opinionem, vt veriorem tenuerunt vltra ordinarios in iuribus ſupracitatis Anton. Gom. 2. tom. variar. cap. 3. num. 18. Couar. practicar. quæſt. cap. 30. Molin. 2. tom. de iuſt. & iure diſputat. 495. Valaſcus de iure emphyt. q. 27. à num. 23. Morla in empor. iur. 1. p. tit. 10. quæſt. 1. Men. de arbitrar. lib. 2. caſu 75. Medices in tract. de caſibus fort. 2. p. quæſt. 10. à num. 39. Hugo done lib. 13. comment. c. 7. cum alijs plurimis ab eis relatis.

5 Non tamen deſunt, qui contrariam ſẽtentiam defendere velint ex ſeq. moti fundamentis. In primis nam emptio locationi comparatur, eiſdemq; iuris regulis conſiſtere dicitur in l. locatio 2. ff. hoc tit. & in prin. inſt. eodem. Sed periculum rei emptæ ad emptorem pertinet, ſi non culpa venditoris perierit l. 1. & 2. l. neceſſario 8. ff. de periculo, & commodo rei vend. l. 1. C. eodem §. cum autem inſt. de emptione & vendit. igitur periculum quoque in re conducta ſine locatoris culpa contingens, debet ad conductorem pertinere, neque ob id excuſandus erit à ſolutione mercedis.

6 Secundo maxime vrget illud vulgare axioma, quo cauetur in cõtractibus ęqualitatẽ ſeruari debere l. 1. ff. de inſtit. act. & damni, & lucri rationem à pari procedere l. vnica §. pro Secundo in fi. C. de caducis toll. ſed colonus lucrum quantumuis in modicum ex re conducta faciens, illud totum apud ſe retinet, nec penſionem auget, vt aperte docet Conſultus in l. ſi merces 26. §. vis maior ff. hoc tit. ibi. *cui immodicum lucrum non aufertur* ergo conductor remiſſionem petens non eſt audiendus.

7 Tertio nam locatio regulariter mercedem in pecunia nũmerata requirit l. 1. §. ſi quis ſeruum ff. depoſiti l. naturalis §. atcũ do ff. de prę̄ſcriptis verbis §. preterea inſt. hoc tit. l. 1. §. fi. ff. mandati, & vltra gloſ. & ordinarios ibi tenet Abb. in d. c. ſi propter. num. 14. & relati à Morla in empor. iur. vtr. tit. 10. num. 4. Donelus lib. 13. cõmentar. cap. 6. col. 3. & Pinel. in Rub. C. de reſcindenda 2. part. cap. 3. num. 28. cũ ſeq. Corraſ. lib. 2. Miſcell. cap. 11. Vnde licet magna ſterilitas contingat, cum pecunia, quam debet conductor, perire non poſſit, non debet propter caſus furtuitos, liberari a ſolutione mercedis l. in ratione 30. §. diligẽter ver. incertẽ ff. ad l. falcid. ibi, *ſi vero argenti põdus pure relictum eſſet, quamuis omne argentum teſtatoris depe riſſet admiſſa lege falcidia portio eius quantitatis ſumetur, quæ fuit in bonis eo tempore, quo teſtator deceſſit* ſe-

quitur

quitur, & facit nec adminuendam eam, quidquam damno poſtea incidentia proficient, l. incendium 11. C. ſi certum petatur ibi, *incendium ære alieno nō exuit debitorem*. Ergo neceſſario dicendum eſt regulariter conductorem non poſſe remiſſionem penſionis petere propter ſterilitatem locatore penſionem petente. His tamen licet fortiſſimis fundamentis, & alijs conſideratis à Martino del Rio in l. contractus ff. de reg. iur. cap. 21. & Morla in emporio iuris tit. de locato quæſtio. 1. ex num. 2. non obſtantibus, ſuperior prima ſententia verior eſt, & omnino tenenda, qua retenta ad fundamenta contraria ſigillatim reſpondeamus.

8 Ad primum reſpondendum eſt, quod quando aliquid eſt ſimile, non eſt idem gloſ. in l. quod Nerua verb. dolum ff. depoſiti, vnde cum locatio emptioni aſſimiletur, plane conſtat non eſſe idem, & inter ſimilia non magis valet argumentum, quam ratio ſimilitudinis dictat vnde cum hæc ratione ſint diuerſa, vt ſtatim oſtendam, non poteſt procedere argumentum à ſimili.

9 Quod autem ratione ſint diuerſa patet, nam in emptione pretium ſoluitur pro re, quæ vt plurimum iam celebrati contractus tempore eſt in rerum natura, & ad hoc comparatur, vt pleno iure dominij ad emptorem pertineat l. clauibus 74. l. cum manuſata 80. §. fin. ff. de contrah. empt. §. venditæ inſt. de rerum diuiſ.

10 Vnde mirum non eſt ſi rei emptæ periculum ad emptorem ipſum pertineat, & venditor re ſine culpa ſua perempta, liberetur. ex reg. l. ſi ex legati cauſa 23. l. ſi homo 69. ff. de verborum oblig. l. quod te mihi 5. ff. ſi certum pet. perfecta nanque emptione, periculum ad emptorem pertinet, vt tenent Bal. in rubrica C. de periculo, & com. rei vend. num 7. Ant. Fab. lib. 2. coniectur. cap. 4. etiam ante traditionē, quoniam in arbitrio emptoris poſitum eſt, quandocūq; voluerit oblato prætorē conſequi, & venditor eam tradere cogitur; præciſe ſi eā tradendi facultatē habet vt docet Martinus relatus à gl. ver. agitur in l. 1. ff. de act. empt. cuius opinio cōmuniter recepta eſt ex Bart. num. 12. Paulo num. 4. & confirmatur ex l. ſi quis 47. ff. de act. empt. l. ſi cum fundum 68. §. fin. iuncta gloſ. verb. tradat ff. de contrahen. emptione, & ex Pauli loco lib. 1. ſentent. titul. 13. ibi, *ſi id quod emptum eſt, neque tradatur, neque mancipetur, venditor cogi poteſt, vt tradat, aut mancipet*, vbi cuiat. notat, & eleganter Ant. Faber lib. 6. coniectur. cap. 17. & inde cum emptor compellere poſſit venditorem, vt rē tradat, ſi negligēs fuerit, ſibi imputet: mora enim ſua cuilibet eſt nociua l. in condēnatione 134 verſic. vnicuique ff. de regul. iur. reg. mora eodem tit. in 6. at cum venditor regulariter ſpeciei debitor ſit, re ſine culpa eius perempta, liberabitur d. l. quod te mihi l. ſi ſtichus 33. ff. de verborū obligatio. exornant Gomezius 2. tom. variar. cap. 2. num. 32. Don. in l. 1. num. 13. C. de periculo, & com. rei vend. Baldui. in §. cum autem num. 6. de emptione & venditione.

11 At vero in conductione merces non ſoluitur, nec promittitur tanquam pretiū rei præſentis, ſed tanquam pretium vſus, vel fructuū percipiendorum vt eſt incomperto, & ideo nullis fructibus natis, vel antequā a ſolo ſeparentur, corruptis, iuſtè pēſio remittitur: cum periculū ad dominum ſpectet l. quæ fortuitis C. de pignoratit. actione ibi, *quæ fortuitis caſibus accidunt, cum præuideri non potuerint (in quibus etiam aggreſſura latronum eſt) nullo bonæ fidei iudicio præſtantur*. conductor autem, nec fuit, nec eſſe potuit dominus fructuum, qui nati non ſunt, nec ex conductione teneri, quæ hanc veluti tacitam conditionem habet, ſi fructus naſcantur argumento l. nec emptio 8. in 1. reſponſo ff. de contrah. emptione l. cum illud 25. §. hęres ff. quando dies leg. ced. l. 1. in fi. ff. de conditio. & demonſtrat. quam ſolutionem non tamen ita explicatam, tradiderunt Bartol. in l. ſi vno §. item cum quidam num. 7. ff. hoc titul. Paul. in l. ex conducto §. ſi vis num. 3. ff. eodem Salyc. in l. licet C. eodem oppoſitione ſecunda. Valaſ. de iure emphyt. dict. quæſtio. 27. num. 26.

12 Ex quibus notabiliter deduci poteſt, quod ſi non rei præſentis, ſed naſcendorū fructuhm venditio fuerit celebrata, & propter fortuitum caſum pauci, vel nulli naſcantur, poterit emptor prætextu ſterilitatis pretij remiſſionem, vel reſtitutionem petere arg. d. l. nec emptio, & l. ſi debitor 39. verſic. 1. ff. de contrah. emptione; nam in hoc caſu talis emptio conductionis, naturam habere videtur, cui adeo proxima eſt vt non leuiter vexentur DD. in aſſignandis coniecturis, qui que

vnum

Digitized by Google

vnum contractum ab altero diſcernamus, quas poſt antiquiores ad varios iuris effectus rradit Menoch. de retinen. remed. 4. à num. 18. inter quos effectus ille præcipuus eſt in noſtro propoſito, quoad periculum; nam in emptione, pertinet ad emptorem, in locatione ad locatorem, præterea, nam in emptione pretium datur prò rè, cuius dominium ad emptorẽ pertinet ſi vẽditor dominus fuerit, ſin minus illam vſucapiendi liberam habet poteſtatem d. l. clauibus, in locatione vero dominium non transfertur, *l. non ſolet locatio dominiũ mutare* 42. ff. hoc tit. nec vſucapiendi facultas competit, cum rei conductę reſtitutioni colonus ſit obnoxius leg. ſi quis 25. C. hoc tit. vbi Imper. ait, *ſi quis conductionis titulo agrum, vel aliam quamcumque rem accipit, poſſeſſionem prius reſtituere debet, & tũc de proprietate litigare.*

13 Sed ſi non fructus naſcituri, ſed ſpes aliqua tãtum empta fuiſſet, veluti captus auium, aut piſcium, vt in d. l. nec emptio verſic. aliquando, & in l. ſi iactum retis 13. ff. de act. empt. licet in hoc caſu etiam, ſi nihil inciderit, emptio ſubſiſtat: quia ſpes tantum empta videtur, vt in d. l. nec emptio, & in l. emptorem 12. §. fin. ff. de actio. empti. Adhuc tamen exiſtimo aliquo caſu fortuito capturam impediente, pretium reſtituendum: ineſt enim huic contractui tacita quædam conditio, ſi id fiat, quod ex conſuetudine fieri ſolet, vt aduertit Accur. in d. l. ſi iactum verſic. eſtimandum. Quemadmodum enim ſi caſu furtuito aliquid pretioſiſſimũ extraheretur, vel caperetur, quod in tali loco capi, vel extrahi non ſoleret, id ad venditorẽ pertineret, vt in exemplo relato à Valer. Maximo lib. 4. cap. 1. Reſoluunt Cuiac. in oper. poſth. ad d. l. ſi iactum Forcatolus Dialogo 43. num. 4. ita ſi aliquid inſolitum capturam impedierit, vel minuerit pretium, vel pretij pars reſtitui debebit emptori, & ita ego tenerem, tam in iudicando, quam in conſulendo, ex quibus remanet expeditum primum fundamentum.

14 Nec obſtat ſecundum, cuius difficultatem effugere tentantes Accurſ. Bart. Paul. & Fulgoſ. in d. §. vis maior Abb. in cap. ſi propter de locato num. fin. multa comminiſcuntur, & tandem cum communi reſoluant innumeri, quos refert Carrocius vbi ſupra num. 218. cum ſequentibus, reſpondendum eſſe adhibita quadam diſtinctione, quæ eſt contra ipſum §. & contra bene fundatam iuris prudentiam augendam ſcilicet eſſe mercedem in duplũ, ſi aliquo anno tanta fuerit cęli benignitas, tanta furtunæ clementia, vt altero tanto fructuum plus, quam ſolebat colonus perciperet, quæ doctrina, & argumenti ſolutio non eſt admittenda, ut pote iuri contraria, & recte exploſa à Cuiac. lib. 26 obſerua. c. 33. Vnde etiam conſtat non ſatis tutam eſſe opinionem Romani. in l. ſi quis cum aliter ff. de uerborum obligat. qui dictæ gloſ. authoritate motus male putauit beneficium legis 2. C. de reſcindenda uend. competere uenditori, ſi poſtquam iuſto pretio rem diſtraxit emptor in fundo Theſaurum inuenit, quem Dei beneficium, & fortunę bonum appellat Conſultus in l. nũquam 31. ff. de acquir. rer. dom. & imper. in l. un. C. de Theſauris lib. 10. nam contrarium longe uerius eſt ex l. a tutore 67. ff. de rei uendic. nec ſuperueniẽs lucrum quantumuis ingens locum reſciſſioni, & remedium d. l. 2. inducit l. ſi uoluntate 8. C. eodẽ tit. de reſcind. & arg. l. ſed an ultro 10. §. 1. ff. de negot. geſt. cum traditis á Rebuff. in tractat. de alienat. rerum eccleſiæ num. 63. in terminis notat late poſt alios, Romanum reprehendens, Padilla in d. l. 2. num. 62. Ale. lib. 7. parerg. cap. 1. & Fach. lib. 2. controuer. capitul. 20.

15 Qua ſolutione ommiſſa, reſpondendum eſt cum alia aptiori, & meliori diſtinctione Vtrum ſcilicet bonitate agri, & nimia cura, & cultura coloni fructus immodicæ fuerint aucti, an fertilitate tantum, & fortuna contingat, vt fructus multiplicentur. priori caſu, ait penſionem augendam non eſſe, poſteriori vero augmentum recipere, quemadmodum ex diuerſo, ex noſtro tex. penſio diminutionem admitteret, hęc eſt communis opinio, quam in praxi ſequerer, quia vno ore ab omnibus approbatur; in ſtricta tamen diſputatione defendẽdum erit nulla adhibita diſtinctione fructibus etiam immodicè qualibet cauſa auctis, augeri non debere penſionẽ, quod gloſ. verb. quantitatibus in fin. in d. l. licet C. hoc tit. docuiſſe videtur, & generalitas d. §. vis maior omnino ſuadet.

16 Nec in contrarium mouere debet illud iuris principium, quo in argumento probauimus lucri, & damni rationem

æqua-

æqualem eſſe penſandam: hæc enim regula communiter à doctoribus limitatur, quoties inter augmentum, & diminutionem diuerſa militat ratio, vt conſtat ex detio Petro Fabro, & alijs in d. l. ſecundum naturam ff. de reg. iur. in noſtro autẽ caſu diuerſa militat ratio, vt aduertit Cuiac. d. lib. 26. obſeruat. cap. 33. colono enim in totum, vel prorata ſterilitate cõtingente, remittitur penſio, quia inſperata, improuiſa, atque inopinata illa calamitas fuit, quæ ſi cogitaretur fortaſſis colonus tantam penſionẽ non præſtaret, contra vero fęcunditatis, & vbertatis nimiæ nomine nihil amplius dari debet: quoniam hoc tam locatori, quam conductori optatum, ſperatum, atque opinatum accidit, cuius abundantiæ gratia colonus oblata forte magna mercede, ad conductionem acceſſit, ſic quæ propter ſterilitatem penſio minuenda eſt, ſi pauci, aut ſi nulli naſcantur fructus in totum remittẽda; propter Vbertatem tamen merx non augetur: quia in ea diuerſa militat ratio, vt proximè diximus. Denique non obſtat vltimum fundamentum num. 7. adductũ, cuius reſolutio pendet ex his, quæ in ſequenti proximæ quæſtionis diſputatione late dicam.

17 Pro reſolutione vero propoſitę quæſtionis conſtituo fructuum, non pecuniæ damnum conductori remiſſionem præſtare, & hanc tunc demum eſſe concedendam, vbi fructus vel pendentes, adhuc ſunt ab incerto fortunæ euentu, vel ſaltim antequam domi includantur, caſu fortuito pereunt, alias enim cum fructus collecti conductoris fiant l. ſi apes 26. §. 1. l. ſi ſeruus 63. §. locaui ff. de furtis, & periculum damno domini ſit, caſus fortuitus conductori nocebit. ex dict. l. quæ fortuito, & leg. pignus C. de pignorat. act. & leg. damnum 12. ff. locati. Quando autem fructus collecti dicantur ad hoc vt damnum quomodocumque contingens ad conductorem pertineat, vltra Paul. & Fulgol. in dict. §. 1. explicat Ant. Gom. d. cap. 3. num. 18. Ex quibus reſoluendum eſt, tunc demum fructus coloni fieri, vel cum iam ſunt percepti; & à ſolo ſeparati, taleſque ſint, qui non requirant hominis operam, vt in dict. l. ſi apes, & in dict. l. ſi ſeruus, vel cum domi ſunt incluſi, vel in cuſtodiam repoſiti, & ſi per colonum ſtetiſſet, quo minus comſumpti eſſent, alias enim etiam ſi fructus ſint iam collecti; & à ſolo ſeparati, non tamen reconditi, ſi ſuperueniat ignis, vel alius caſus fortuitus, fit remiſſio ex ſententia Caſtrenſ. in d. §. 1. num. 2.

SVMMARIVM.

1 *Merces an debeat conſiſtere in pecunia numerata, vt valeat locatio & conductio?*

2 *Si res detur, non locatio, ſed contractus innominatus intelligitur celebratus.*

3 *Mandatum gratuitum eſſe debet, & pecunia interueniente efficitur locatio.*

4 *Ponderatur tex. in §. præterea inſtit. locati.*

5 *A contractu bonafide celebrato propter hoc ſolum, quod alter maiorem obtulit penſionem, recedi non poteſt.*

6 *Locatio & conductio celebratur, & valet, ſi inter contrahentes caueatur, quid fructus mercedis nomine penſentur.*

7 *Merces poteſt conſiſtere in fructibus, & valet locatio.*

8 *Mercedis appellatione ſignificatur, quodcumq; pręmium, quod pro labore aut redatur.*

9 *Merces locationis in quacunq; rè conſiſtere poteſt, dummodo cognoſci poſſit, quod ſit merces, & quid vſus rei, vel opera quæ ex alia parte præſtatur.*

10 *Interpretantur tex. in l. 1. §. ſi quis ſeruum ff. depoſiti, & in §. præterea inſtit. locati.*

11 *Verus intellectus aſſignatur ad tex. diffic. in l. naturalis §. at cum do ff. de præſcr. verb.*

12 *Interpretatur tex. in l. 1. ff. mandati.*

13 *Reſponſio ad argum. nu. 7. præcedentis quæſtionis propoſitum.*

Mer-

Merces an debeat conſiſtere in pecunia numerata, vt locatio, & conductio valeat?

QVAESTIO XXVII.

1 PRo reſolutione difficultatis in præcedẽti quæſtione num. 7. propoſitæ cuius reſponſionem remiſi ad ea, quæ pro præſentis diſputatione eram dicturus, venit diſcutienda illa difficilis quæſtio. Vtrum ſcilicet merces conſiſtere debeat in pecunia numerata ad hoc, vt locatio, & conductio valeat? & affirmatiuam nempe in pecunia numerata debere conſiſtere tenuit gl. in l. 1. §. ſi quis ſeruũ ff. depoſiti communiter recepta, ut ex pluribus conſtat, quos refert Anton. Gom. 2. tom. uar. cap. 3. num. 3. Pinel. in rub. C. de reſcindenda uendit. 2. parte cap. 3. à num. 28. Motla cum ab eo relatis in em por. iur. 1. parte tit. 10. num. 4. Pichard. in prin. inſt. de locato num. 28. Pro quibus primo facit tex. in d. l. 1. §. ſi quis ſeruum ibi, *ſed quia pecunia non dabatur, præſcriptis verbis datur actio* ff. depoſiti.

2 Secundo facit textus in l. naturails §. at cum do ff. de pręſcriptis verbis vbi I.C. pro regula conſtituit, quod ſi res detur, nõ locatio, ſed contractus innominatus celebratus intelligitur.

3 Tertio maxime vrget tex. in l. 1. §. fin. ff. mandati vbi cum I.C. dixiſſet mandatũ gratuitum eſſe debere ſubdit: *interueniẽte enim pecunia res ad locationem, & cõductionem potius reſpicit*. quaſi diceret nõ mandatum, ſed locatio eſt, quia interuenit pecunia, quæ ad locationem requiritur, non vero ad mandatum.

4 Quarto & vltimo facit tex. in §. præterea inſt. hoc tit. ibi, *ita quæri ſolebat de locatione & conductione, ſi forte rem aliquam vtendam ſiue fruendam tibi aliquis dederit, & inuicem à te vtendam fruendamue aliam rem acceperit, & placuit non eſſe locationem, & conductionem, ſed proprium genus contractuum*. Alia tamen fuit opinio gloſ. in cap. propter ſterilitatem de locato verſo magno incommodo, vbi ſentire videtur locationem contrahi mercede interueniente in alia rè, & quantitate, quam in pecunia. quam ſententiam admittunt plures in re, quæ in pondere vel menſura conſiſtit: Alij autem ſimpliciter in quacumque re merces conſtituatur, vt conſtat ex Corraſ. lib. 2. Miſel. c. 11. Cuiac. tractat. 8. ad Aphricanum ad leg. & hęc diſtinctio §. 1. ff. hoc titul. Con. lib. 7. commentar. cap. 11. num. 1. & Pinel. ſupra d. cap. 3. num. 29. & ex pluribus relatis à Pichardo vbi ſupra numero 27.

5 Pro quorum ſententia, & opinione maxime vrgent aliqua difficilima iura propoſitum attingentia inter quæ primo loco pondero textum in l. ſi olei 21. & in l. excepto C. locati vbi cum Titius locaſſet Sempronio fundum, vt ſolueret decem cados olei, alius maiorem ſummam olei obtulit, quæſitum fuit, an liceat a cõtractu locationis recedere? & reſpondet Imp. *de contractu bona fide habito propter hoc ſolum, quod alter maiorem obtulit, ponderationem, recedi non oportet*, recte ergo conſtat locationem conſiſtere etiam ſi merces in pecunia numerata non conſiſtat.

6 Secundo facit tex. elegans in l. & hæc diſtinctio 38. §. ſi. in fin. ff. hoc tit. vbi I.C. expreſſe docet recte celebrari locationẽ & conductionem inter duos, ſingulos proprios fundos habentes, ſi conueniant inter ſe, vt alter alterius ita fundum conductum haberet, vt fructus mercedis nomine penſarentur. ergo euidenter apparet conductionem eſſe etiã ſi merces non in pecunia, ſed in alia re conſiſtat.

7 Tertio facit tex. in l. excepto C. eodem titulo vbi probatur mercedem poſſe conſiſtere in fructibus, & valere locationem in illis verbis, *excepto tempore, quo edaci locuſtarum pernicie, ſterilitatis vitium interceſſit, ſequentis temporis fructus, quos tibi iuſtè præteritam conſuetudinem deberi conſtiterit, reddi tibi pręſes prouinciæ iubebit.*

8 Quarto denique, & vltimo hæc ſentẽtia iuuatur ex eo, nam mercedis appellatione ſignificatur quodcumque pręmium quod pro labore aut re datur, vt ex Brixen. conſtat lib. 4. de lingua latina Briſ. lib. 11. de verborum ſignificat. verſic. merces. ergo merces ad pecuniam reſtringi nõ debet. Quod fundamentum iuuatur ex l. Aquilius regulus ff. de donation. vbi cum

Digitized by Google

Aquilius regulus ſcripſiſſet. ita cuidam præceptori ſuo, *quoniam, & cum patre meo ſemper fuiſti, & me eloquentia, & diligentia tua meliorem reddidiſti, dono, & permitto tibi habitare in illo cænaculo eoq; vti.* Defuncto Regulo controuerſiam habitationis patiebatur præceptor, qui conſuluit Papinianum, & reſpondit poſſe defendi non meram donationem eſſe, verum officium magiſtri quadam mercede remuneratū regulum. ecce vbi I. C. habitationem cenaculi mercedē appellat. ergo cum tam ex ipſius verbi proprietate, quam ex communi iuris conſultorū vſu loquendi verbum *merces* comprehendat alias res, præter pecuniam numeratā & in locatione ſimpliciter requiratur res locata, conſenſus partium, & merces, vt in l. 2. ff. hoc tit. ibi *ſic, & locatio, & conductio contrahi intelligitur, ſi de mercede conuenerit.* non eſt cur verbum merces ad pecuniam tantum reſtringatur.

9 In quo doctorum diſcrimine meam exprimere ſententiam periculoſum puto, præſertim cū, & ipſi I. C. diſſentire videātur: conabor tamen ex ipſorum mente veritatem elicere, nec eam in confuſa opinionum varietate latere ſinam, quod fortaſſe vobis placebit, & ab alijs approbabitur. Cōſtituo igitur mercedē locationis in quacunque re conſiſtere poſſe, dummodo cognoſci poſſit quid eorum, quæ in locatione interueniunt, ſit merces? quid vero vſus, rei vel opera, quæ ex alia parte præſtatur? idquæ contra communem ſupra relatam attento iure communi verius iudico ex iuribus proxime ponderatis, & ex ratione deducta ex proprietate verbi, *merces* iuncta d. l. 2. ff. hoc tit.

10 Nec quidquam in contrarium obſtāt iura pro communi adducta, nam ad l. 1. §. ſi quis ſeruum ff. depoſiti reſpondendum erit ea ratione non eſſe ibi locationem: quia ex vna parte operę ſerui præſtabantur; ex alia vero opera in cuſtodiendo eo, & ita cognoſci nō poterat quid eorū eſſet merces? quidquè opera? quæ locabatur.

Nec obſtant illa verba, *ſed quia pecunia non dabatur.* quibus probari videtur ideo ibi locationem non contrahi: quia pecunia mercedis nomine data non fuit. quoniam cum Coraſ. vbi ſupra reſpōdeo pecuniæ verbum ibi iuxta ſuam latā ſignificationem omnes res comprehendere corporales, & incorporales l. pecuniæ verbum 178. ff. de verborum ſignificatio. l. pecuniæ nomine 222. ff. eodem, & ita ſenſus illorum verborum erit ideo ibi locationem non contrahi, quia nulla res data fuit, ſed tantum operæ ſerui ex vna parte; ex alia vero operę cuſtodiæ. vnde cum merces cognoſci non poſſet, non valuit locatio prout in l. 1. ff. de rerum permutat. rebus inuicem permutatis emptio, & venditio non celebratur: quia, vt ibi Paulus ait cum debeat in emptione res, & pretium eſſe, non poteſt inueniri quid eorū merces, quid vero pretium ſit, nec ratio patitur, vt eadem res veneat, & pretium ſit emptionis, & ea ratione non fuit celebrata locatio: quia non poterat inueniri, quid merces? & quid opera eſſet? quomodo debet intelligi tex. in l. ſi conuenerit 23. in fin. & in §. præterea inſt. locati, vbi vſus rei ex vtraque parte interuenit, & ita locatio non eſt; quia merces non inuenitur, non autem, quia pecunia non interuenit.

11 Minus etiam obſtat tex. in d. l. naturalis §. at cum do ff. de præſcriptis verb. nam reſpondendum eſt ibi non negari mercedem in alia re, quam in pecunia numerata poſſe conſtitui, ſed tantum dicitur, quod ſi dedero tibi pecuniam, ut facias, & factum ſit, quod locari poſſit, & ſoleat, erit locatio. Alius autem caſus, in quo res aliqua quæ pecunia non eſſet pro facto daretur ommittitur a Conſulto, ibi nam ſequens ille uerſiculus ibi *ſi res ſit*; ſubiungitur ad differentiam facti; non uero pecuniæ, ut optime aduertit Pin. ubi ſupra num. 34. illa enim uerba, *ſi res ſit* potius reſpiciunt ad præcedentia illa, *ſi ita ſit factum*, ut ſenſus illorum ſit, quod ſi dedero tibi pecuniam, non ut facias, ſed ut rem mihi dares, non erit locatio, ſed contractus innominatus do, ut des. l. fi. ff. de condictione cauſa data. nec emptio eſt: quia conuentio fuit de re danda pro pecunia uerbum autem *dare* ſignificat tranſlationem dominij l. ubi autem §. fi. ff. de uerborum obligat & in uenditione conuentio eſt de re tradenda tantum l. ex empto ff. de act. emp. l. ſi ita diſtrahatur 25. ff. de contrahenda emp. & ita facile intelliges textum illum licet Pin. ubi ſupra nu. 34. ingenue fateatur ſe obſcuriſſimam Iuriſconſulti traditionem in d. uerſic. ſi res planam reddere non poſſe.

12 Denique non obſtat d. l. 1. ff. mand. nam non negamus locationem recte celebrari pecunia interueniente; nec inde ſequi-

tur

tur mercedem in alia ſpecie præter pecuniam numeratam conſiſtere non poſſe, cũ imò contrarium expreſſe diſpoſitum inueniamus in d. l. ſi olei cum ſimilibus ſupra adductis, & ita reſoluendum eſt in hac quæſtione contra communem, mercedem recte conſtitui poſſe in alia ſpecie præter pecuniam numeratam ex ſupra dictis.

13 Quibus ita conſtitutis ad argumentũ in præced. quæſt. propoſitum num. 7. reſpondendum eſt, quod licet locatio celebretur ita, vt pecunia numerata pro penſione ſoluatur, prout contingit in l. licet C. locati ibi, *certis annuis quantitatibus, quod verbum quantitatibus* ad pecuniã refertur in l. ſi vero 64. §. fi. ff. ſolut. matrimon. adhuc tamen ſterilitate contingente, & nullis aut paucis fructibus natis, liberari debuit conductor, ex d. §. vis maior, quia licet pecuniæ debitor ſit, cum tamen eam propter fructus, & in eorum cõpenſationem debeat, non tam debitor quantitatis, ideſt generis, quam ſpeciei reputatur, ex mirabili doctrina Iaſ. & Dec. in l. quod te mihi ff. ſi certum pet. quam communem teſtatur Brun. in tract. de diminut. nu. 156. ita limitans regulam d. l. incendium.

SVMMARIVM.

1 *Sententia an extinguatur per appellationem, vel ſolum ſuſpendatur.*
2 *Sententiam per appellationem ſuſpendi, non extingui probatur.*
3 *Sententiam per appellationem extingui non ſuſpendi dicitur.*
4 *Quædam Oldradi opinio pro concordia harum opinionum refertur, & refellitur.*
5 *Sententia attento præſenti ſtatu extinguitur per appellationem; attento vero futuro euentu ſuſpenditur.*
6 *Quare ſuſpendatur ſententia attento futuro euentu.*
7 *Interpretatur tex. difficilis in l. chirographis §. ab eo ff. de admin. tut.*
8 *Ex verbis narratiuis facti non poteſt ſumi argumentum.*
9 *Fideiuſſor non tenetur iudicatum in ſecunda inſtantia ſoluere.*

Sententia an extinguatur per appellationem, vel ſuſpendatur?

QVÆSTIO XXVIII.

1 DIfficilis, & quotidiano vſui neceſſaria ſe ſe nobis offert diſputãda quæſtio an ſententia extinguatur ꝑ appellationem, vel ſolum ſuſpendatur? & ſolum ſuſpendi probatur ex ſequentibus.

2 Primo ex tex. in l. fi. C. ſententiã reſcindi nõ poſſe. ibi, *impetrata reſcripta nõ placet admitti, ſi deciſæ ſemel cauſæ fuit in iudiciali ſententia quam prouocatio nulla ſuſpendit,*

Secundo facit tex. in c. 1. *de ſen.* & re iudic. ibi, *ſententia cõtra leges, canones vè prolata, licet non ſit appellatione ſuſpenſa, non poteſt tamen ſubſiſtere ipſo iure,* c. venientes de iureiurando, ibi *vos ſentẽtias appellatione ſuſpenſas exequutioni mandatis.*

Tertio facit tex. in l. ſi quis in fine C. de rebus cred. & iure iurando, ibi *poſt diffinitiuam autem ſententiam, quæ prouocatione ſuſpenſa non ſit.*

Quarto, & vltimo facit tex. in l. præcipimus §. hæc ſi appellatio C. de appellat. l. ſi cauſa cognita C. de tranſat. l. ad exequutionẽ C. quor. app. non recip. ibi, *à quo ſi fuerit appellatum, exequutione ſuſpenſa,* & Paulo inferius ibi, *& eam ſuſpenderit prouocatio.*

Ex quibus hanc ſententiam tenet gl. in l. tale pactum verbo ſequitur ff. de pact. & cõmunis ſecundum plures relatos à Menoch. de arbitrar. centur. 1. caſu 95. nu. 8.

3 Sed contrariã ſententiã nẽpe ſententiam per appellationẽ nõ ſuſpẽdi, ſed extingui veriorẽ eſſe ex ſequẽtib⁹ dicere poteris.

Primo ex tex. in l. 1. §. fi. ff. ad Turpil. ibi, *quia prouocationis remedio condennationis extinguitur pronunciatio.*

Secundo ex tex. in l. 2. §. fi. ff. de pœn. ibi, *eũ accipiemus dãnatũ, qui nõ ꝓuocauit; cæterũ ſi prouocet, nõ dũ dãnatus videtur.*

Tertio facit tex. in l. vnica ff. nihil innouari appellatione pẽdente, vbi cũ in principio dixiſſet Vlp. appellatione interpoſita nihil eſſe innouandum, ſiue recepta fuerit, ſiue non, ait in ver. recepta tamdiu ni-

hil eſſe innouandum, quamdiu de appellatione fuerit pronunciatum.

Quarto facit tex. in l. ſi quis filio §. quid tamen ff. de iniuſto rupto ibi, *nam vt eſt oratione diui Marci expreſſum, iam & ſi prouocantis, vel eius, pro quo prouocatur appellatio non fuerit recepta, pœna tamẽ ſubſtinenda eſt, quoad princeps reſcripſerit. &c.*

Vltimo facit tex. in l. furti §. 1. ff. de his q notãtur infam. ibi, *ſed ſi furti, vel alijs famoſis actionibus, quis cõdemnatus prouocaui, pendente iudicio non dum inter famoſos habetur ſi autẽ omnia tẽpora prouocationis lapſa ſint, retro infamis eſt*, ex quibus omnibus clare deducitur ſententiã per appellationẽ non ſuſpendi, ſed extingui, quã ſententiã defendit gl. verbo accepit in l. 1. ff. de re iudic. & in d. l. 1. ff. ad Turpill. verbo extinguitur, & ſecundum Caſtrens. nu. 5. Oroſc. n. 26. in d. l. tale pactum §. qui prouocauit ff. de pactis.

4 . In qua opinionũ contrarietate Oldrad. cõſ. 89. n. 3. & alij exiſtimarunt iure ciuili per appellationẽ extingui ſentẽtiã iuxta iura proxime citata. Iure verò Põtificio ſuſpẽdi iuxta tex. in d. c. 1. de re iud. & d. c. venientes de iureiur. Sed hæc concordia cõuincitur ex d. l. 1. ff. ad Turpill. d. l. 2. §. fi. ff. de pœnis d. l. ſi quis C. de reb. cred. & iur. iur. cum alijs ſupra pro prima opinione adductis, in quibus ſententiam ſuſpendi per appellationem dicitur.

5 Quare receptior interpretatio, & harũ opinionum concordia fuit, vt attento præſenti ſtatu, ſentẽtia extinguatur, p appellationem; ſed attento futuro euentu, ſuſpẽdatur: quia ſi confirmetur, reuiuiſcit. quã interpretationẽm tradit Bal. in d. §. qui prouocauit, & ſeqnũtur interpretes communiter, vt teſtatur Dec. in rub. de appellat. num. 9. Couar. pract. quæſt. cap. 23. numer. 1.

Sed hæc concordia difficilis eſt ex eo, quod non ſolum attento præſenti, ſed etiã inſpecto futuro tẽpore, & euentu ſententia extinguitur, nam licet iudex ad quem confirmet ſentẽtiam iudicis à quo, prima ſententia non aſſumit vires, Sed ſecunda eſt quæ habet effectũ d. l. furti in princip. ibi, *hodie notari puto* ff. de his qui notant infam. Præterea nam actio nõ naſcitur ex prima inſtantia, ſed ex ſecũda, vt arg. tex. in dict. l. furti defendit gl. verbo hodie communiter recepta, vt reſoluit Alex. in d. l. 1. ff. de re iud. nu. 5.

6 Sed retenta communi doctrina, & concordia, dicendum eſt ſententiam ſuſpendi non attento futuro euentu confirmationis faciendæ per iudicem ad quem, vt male interpretes exiſtimarunt; ſed ſuſpendi eo tantum reſpectu, quod ſi appellans deſerat appellationem, & tempore conſtituto non proſequatur, ſententia poterit executioni mandari l. fi. §. illud C. de tempor. appell. clem. ſicut de appellat. c. conſtitutus extra eodẽ, & docet communis quã reſoluit Alex conſ. 76. nu. 3. lib. 4.

7 Ex quibus inſero primo interpretationem ad tex. difficilem in l. chirographis §. ab eo ff. de adminiſtrat. tut. vbi probatur reuocari alienationem pendente appellatione factam ab eo, qui bonis ademptis relegatus eſt. cuius tex. difficultas in eo conſiſtit, nam cum per appellationem extinguatur ſententia attento præſenti ſtatu, vt ſupra reſolui, alienatio interim facta non debebat reuocari argumẽto tex. in l. qui a latronibus §. fi. ff. de teſtam. vbi damnatus pendente appellatione teſtari poteſt de bonis ſuis. Cui difficultati reſpõdet Bart. in l. poſt contractũ n. 15. ff. de don. & in d. l. chirographis §. fi. vbi Aluer. & Com. ibi alienationem reuocari ex officio iudicis, quod naſcitur ex edicto nihil nouari appellatione pendente. Sed hæc ſolutio admittẽda non eſt, quia ſi ex illo ędicto reuocaretur, non ſpectaretur ſecunda ſententiã confirmatoria prout ſpectatur ibi, *& appellatione iniuſta pronunciata fundus ei ablatus eſt.*

8 Quare hac, & alijs ommiſſis reſpondendũ eſt I. C. in illis verbis *fundus ei ablatus eſt* factum referre, & ex verbis narratiuis facti non poteſt ſumi argumentum ex doctrina glo. mag. in l. vnica Cod. quando non petent part. non autem ex eo colligi poſſe venditionem reuocari factam lite pendente niſi reus fuiſſet condennatus pro criminibus hæreſis, falſæ mon. aut læſę Maieſt. vt in l. pen. & fi. Cod. ad leg. Iul. mai. l. ex iudiciorum, vbi gloſa ff. de accuſat. cum ſimilibus, vel fuiſſet facta in fraudem fiſci, vt in l. in fraudem ff. de iure fiſci.

Sed hæc interpretatio (quam memini approbaſſe doctiſſimum, & aſtutiſſimium quendam præceptorem meum in ſalmãticen. Studio) ſalua pace tanti viri, nullo modo ſubſtineri poteſt, quia verba illa, *oblatus eſt*, licet ad factũ referãtur: ius quidẽ inducũt, cũ à iure nihil cõtra factũ

illud

Digitized by Google

illud fuerit deciſum. Quare veriorem exiſtimo ſolutionem communem, vt officio Iudicis ex ædicto prætoris alienatio reuocetur.

Neque obſtant verba illa, *& appellatione iniuſta pronunciata*, nam referunt factum, hoc eſt fuiſſe ante confirmationẽ ſententiæ oblatum fundum, non tamen ex eo negatur ante eam reuocari potuiſſe ex illo edicto.

9 Secundo infero quod cum ſententia extinguatur per appellationem, merito deciſum fuit in d.l.2. & pen.ff. Iud. ſolui. fideiuſſorem non teneri iudicatum in ſecunda inſtãtia, hoc eſt in cauſa appellationis ſoluere ex iuribus ſupra latè adductis.

SVMMARIVM.

1 *Sententia, an dicatur in rem iudicatam tranſacta appellatione interpoſita.*

2 *Res iudicata dicitur, quæ finem controuerſiarum imponit.*

3 *Interpretatur tex. in l. eleganter §. poſt rem iudicatam ff. de condictione indebiti.*

4 *Attento latino ſermone res iudicata dicitur ſententia infra tempus datum ad appellandum, ſed non attenta iuris diſpoſitione.*

Sententia, an dicatur in rem iudicatam translata infra tempus datum ad appellandum?

QVÆSTIO XXIX.

SEntentiam, & rem iudicatam idem eſſe ſentit gloſ. verbo accepit in l.1.ff. de ſent.& re iud.& varijs argumentis probant Ber. in rub. de appellat. nu.1. in fin. iuncto num. ſequenti Ripa in d.l.1.nu.5. Sed licet verum ſit rẽ iudicatam pro ſententia plerumq; vſurpari, vt conſtat ex tex. in l. litigator. C. de appellat. l.1.C. de ſent.& re iud. rub. C. de execut. rei iudicatæ Rub. C. quibus res iudicata non noceat, Rub. iuncta l.2.C. ſententiam reſcindi non poſſe. Id tamen fit figurato loquendi genere per Methonimiam: quia hæc adeo connexa ſunt, vt ſeparari nequeãt. Negari tamen non poteſt inter ſe differre, vt optimè docet Bart. in dicta l.1.nu.1. & 2. à communi receptus, vt teſtantur Iaſon. nu.1.& 7. Det. & Cagnol. nu.6. in l. res iudicata ff. regulis iuris, & colligitur tum ex diuerſitate titulorũ de re iudicata, & de sentẽtijs, quam diuerſitatem indueit dictio illa, & quæ diuerſitatem denotat, tùm etiam ex dicta l.1.ff. de re iudicata, ibi *finem controuerſiarum pronuntiatione Iudicis accepit*, ex quibus apparet differentia inter ſententiam, & rem iudicatam, nam ſententia ponit finẽ controuerſiæ, & habet ſe per modum agẽtis; Iudicata verò res accipit finem, & habet ſe per modum facti, vt colligitur ex illo Ciceronis lib.2. de intentione, dum ait *iudicatum eſt id, de quo alicuius, vel aliquorum ſententijs conſtitutum eſt. Sententia eſt ipſa pronunciatio Iudicis.*

1 Ex quibus merito dubitari poteſt, an res iudicata dicatur ſententia infra tẽpus datum ad appellandum, & rem iudicatã eſſe probat gloſ. verbo accepit in l.1.ff. de re iud. communiter recepta, vt docet Bar. nu.2. Cuman. nu.4. Iaſ. nu.8. Rip.6. ibi, & Det. in l. res iudicata ff. de reg. iuris, quorum ſententia probatur ex ſequentibus.

Primo ex l. eleganter §. ſi poſt rem iudicatam ff. de condit. indeb. ibi *ſi poſt rem iudicatam*, & paulò inferius ibi *quid ergo ſi appellatum ſit.*

Secundo facit tex. in l. litigator. C. de appell. ibi, *Litigatoribus copia eſt etiam non ſcriptis libellis illico appellare voce cum res popoſcerit iudicata*, ecce vbi res iudicata dicitur etiam appellatione interpoſita.

Tertio facit tex. in l.& poſt rem iudic. ff. de tranſact. ibi, *Et poſt rem iudicatam valet tranſactio, ſi vel appellatio interceſſerit, vel appellare potuerit.*

2 Sed ijs non obſtantibus fundamentis cõtraria ſententia verior eſt, quam defendit gloſ. verbo innouatam in c. nõ ſolum de appellationibus in 6. & eſt communis opinio canoniſtarum, vt teſtatur Bar. vbi ſupra, quæ probatur ex ſequentibus.

Primo ex tex. in capite quoad conſultationem extra de ſententia, & re iudicata, vbi dicitur ſententiam in rei iudicatæ authoritatem tranſire poſt decem dierum ſpatium ad proponẽdam appellationem conceſſum, ergo infra decennium non poterit dici res iudicata.

Secun-

Secundo facit text. in c. cum inter eodem tit. ibi *cuius ſententia (cum nulla fuerit appellatione ſuſpenſa) in rem tranſijt iudicatam*; Ergo ſi appellatione fuiſſet ſuſpenſa, in rem iudicatam non tranſiſſet.

Tertio facit pro hac ſententia tex. expreſſus in c. cum dilecti in fine de electione, & electi poteſtate ibi, *cuius ſententia in rem tranſijt iudicatam cum extra decennium non fuerit legitima prouocatione ſuſpenſa.*

Quarto, & vltimo, nam res iudicata dicitur, quę finem controuerſiarum accepit l. penult. C. de exequutione rei iud. ſed vbi appellatio datur, non imponitur finis cõtrouerſiarum, ſed potius principium argumento tex. in l. properand. C. de iudic. ergo res iudicata nõ dicitur intra tempus datum ad appellandum.

3 Neque obſtat tex. in dicta l. eleganter §. poſt rem iudicatam, quia Iuriſconſultus ibi mutat ſpetiem, quam ſupra tractauerat, & incipit agere de tranſactione facta ante rem iudicatam, vt patet ex eodem tex. in verſic. tunc enim, ex quo apparet, quod quando appellatum eſt, ideo valet tranſactio, quia pendente appellatione nõ dicitur res iudicata, iuxta quam veriſſimã interpretationem tex. ille pro contraria opinione, quam defendimus, poteſt retorqueri, vt rectè aduertit gloſ. ibi verbo attentari poteſt.

4 Neq; obſtant tex. in dicta l. poſt rem iudicatam, & in dicta l. litigatoribus, nam licet attento latino ſermone, res iudicata dicatur ſententia diffinitiua etiam intra tempus conſtitutum ad appellãdum, quia per ſententiam res, vel cauſa, ſuper qua litigabatur iudicata fuit, tamẽ apud nos attenta iuris diſpoſitione, res iudicata dicitur cum effectu cauſa taliter deciſa, vt finẽ acceperit controuerſiæ, & ſententia executioni mandari poſſit iux. text. in d. l. 1. ff. de re iudic. quod cum fieri nequeat quo vſq; decennium ad appellandum conceſſum abſque appellatione tranſeat, ex his quæ latè in pręcedenti quæſtione reſoluimus, merito pro præſentis reſolutione dicendum eſt ſententiam non dici in rem iudicatam translatam intra tempus datum ad appellandum.

SVMMARIVM.

1 *Pactum an poſſit fieri vno ex illud celebrantibus abſente ſi in eius vtilitatem redundet?*
2 *Heres adeundo hæreditatem quaſi contrahet cum creditoribus abſentibus.*
3 *Qui abſens eſt ignorat, & ignorantia repugnat conſenſui.*
4 *Pactum, & pollicitatio differunt, & num. 9.*
5 *Pactum inter abſentes celebratum valet. Et in obligationibus quæ conſenſu tantum fiunt præſentia omnimodo opus non eſt.*
6 *Donatio abſenti facta valet ſi ſciens factus fuerit donatarius abſens.*
7 *Interpretatur tex. in l. certum. §. ſiquis abſenti ff. de confeſſis.*
8 *Stipulatio pro altero facta non valet, quia inuenta eſt vt vnuſquiſq; acquirat quod ſua intereſt.*
9 *Taciti, & expreſſi idem eſt præiudicium.*

Pactum an poſsit celebrari, vno ex illud, celebrantibus abſente?

QVÆSTIO XXX.

1 DE pollicitatione iam egimus ſupra q. 23. huius ſecundę partis. Nunc ſe ſe nobis offert diſputanda difficilis quæſtio, an ſcilicet pactum celebrari poſſit inter abſentes? & celebrari poſſe ex ſequentibus probatur.

Primo ex l. 2. Leg. creditores Codice de pactis leg. idem ſi duobus ff. eodem, lege 1. §. accedit Codice de rei vxor. act. leg. qui ad certum ff. locati.

2 Secundo, nam hæres adeundo hæreditatem quaſi contrahit cum creditoribus abſentibus leg. hęres quoq, Inſt. de oblig. quæ ex quaſi contractu leg. cum quid §. finali ff. ex qq. cauſ. in poſſ. eat. Ergo contractus inter abſentes fieri poteſt. Tertio facit text. in lege certi conditio §. ſi nummos ff. ſi cert. pet. & lege ſi abſentis Codice eodem, quam ſententiam defendit Azo. in ſumma tit. de pactis num. 16. vbi dicit

pacto-

pactorum quædam eſſe inter præſentes quædam inter abſentes.

3 Sed contraria ſententia probatur ex ſequentibus.

Primo ex textu in l. abſenti ff. de donationibus leg. certum §. qui abſenti ff. de confeſs. leg. ſtipulatio iſta §. alteri ff. de verborum oblig.

Secundo, nam qui abſens eſt ignorat, ſed ignorans non poteſt conſentire, leg. cum Aquiliana ff. de tranſact. Ergo non poteſt inter abſentes celebrari pactum.

4 Quinto, & vltimo, nam ſi pactum inter abſētes celebrari potuiſſet, ſequeretur nō eſſe differentiam inter pactum, & pollicitationem, quę inter abſētes fit licet inter pręſentes poſſit etiam fieri ex reſolutis ſupra quęſt. 23. nu. 3. huius 2. par. ſed hoc eſt falſum ex dicta lege 3. ff. de pollicitat. Ergo & illud etiam ex quo ſequitur. Quam ſententiam, vt veriorem defendit Bolog. in rubr. de pactis nu. 39. in fin. qui ad fundamenta contrariæ reſpondet, & in primis ad leg. 2. leg. creditores 8. Codice de pactis cum ſimilibus reſpondit ex eis non poſſe colligi, quod pactum factum fuerit cum abſente, ſed factum inter præſentes abſenti prodeſſe, & diuerſum eſt cum abſente contrahere, & cum præſente; prodeſse tamen abſenti.

Secundo reſpondet ad dictam legem qui ad certum ff. locati, quod ibi non dicitur eſse verum pactum, ſed ficta locatio in qua interuenit fictus conſenſus, vt tenet Alc. in dicta l. 2. C. de pact. & communiter Doctores in l. ſi is qui pro emptore ff. de vſucap.

Tertio ad text. in leg. 1. C. de rei vxor actione, reſpondet ibi. Stipulationem fingi, quia abſens erat mulier, & fingitur conſenſus, & ſic, ibi eſt fictum factum, vt declarant Doctores in rubrica, & ibi Alc. num. 14. ff. de verborum oblig.

Quarto reſpondet ad legem cum quid §. finali ff. ex quibus cauſis in poſseſs. eat. quod quaſi contractus non eſt contractus, nec pactum, ſed quaſi pactum ſine conſenſu vnius partis hoc eſt abſentis.

5 Sed priorem ſententiam nempè pactum inter abſētes celebrari, veriorem ſemper iudicaui ex iuribus, & rationibus ſupra allegatis, & ex principio inſtit. de oblig. ex conſenſu, vbi dicitur, *ideo autem iſtis modis obligatio dicitur conſenſu contrahi; quia neque præſentia omni modo opus eſt.*

6 Nec obſtant fundamenta pro opinione Bologneti adducta, nam ad primum de lege abſenti, ff. de donationibus, reſpondeo retorqueri poſse pro mea opinione: cum expreſsè dicat text. abſenti donationem fieri poſse, ſed requiri ipſius abſentis ſcientiam, ad hoc vt ſuum effectum donatio ſortiatur, & abſens fiat Dominus rei donatæ.

7 Nec obſtat text. in dicta lege certum §. ſi quis abſenti ff. de confeſſis, quia reſpondeo loqui de confeſſione, quæ vt confeſſio ſit, ſufficit quod fiat conſenſu, & voluntate confitentis; ſed ad hoc vt tranſeat in pactum requiritur acceptatio partis, vt in dicto §. Si quis abſenti, & tunc reuocari non poteſt, vt ibi. quem text. ita intelligendum eſse ex plurimis probat Bologn. in dicta rubrica numero 14. in fine.

8 Nec obſtat textus in dicta lege ſtipulatio iſta §. alteri ff. de verborum oblig. qui non loquitur de ſtipulatione facta inter abſentes, ſed pro altero, quæ non valet ex eo, quod inuenta eſt ſtipulatio ad hoc, vt vnuſquiſque acquirat, quod ſua intereſt, vt ibi dicitur. Nec obſtat, quod abſens, & ignorans non conſentit: nam vt ſupra dixi ad legem abſenti ff. de donat. verum eſt non poſse celebrari pactum, quo vſque promiſſionis ſibi factę certior fiat abſens, ſed pollicitationem, ſed certiore facto, & conſentiente, non pollicitationem, ſed pactum eſse ex ſupra latè adductis.

9 Deniq; non obſtat vltimum argumentum pro contraria adductum: nam reſpondeo maximam eſse differentiam inter pactum, & pollicitationem ſi inter abſentes fiat, cum vt proximè dixi, pollicitatio conuertatur in pactum ſi certior fiat abſens rei promiſsæ, & illi conſentiat; nec quidquam concludunt ſolutiones Bologn. ad fundamenta noſtræ opinionis, quæ omnes ad hoc tendunt, vt inter abſentes pactum non dicatur verum, ſed fictum: nam, vt ipse ſui ſorte ipſius immemor, ait paulo inferius numero 31. in fine, pactum illud dicitur tacitum: quia fit tacito conſenſu abſentis certioris facti; qui conſenſus tacitus ſufficit ad inducendam obligationem, prout expreſſus, cum taciti, & expreſſi idem ſit iuditium lege: nominis, & rei, §. verbum ex legibus ff. de verborum ſignif. & not. in l. cum quid ff. ſi certum pet. & in lege triticum ff. de verborum oblig.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Authores qui de hac quęſtione tractant, referuntur.*
2 *Si quis ſit vaſſallus duorum, & ambo Domini inuicem belli gerantur, cui eorum iuuare teneatur?*
3 *Vaſſallus illum iuuare tenetur cui primo homagium fecit,*
4 *Qui prior eſt tēpore potior eſſe debet iure.*
5 *Duobus æquali ius habentibus occupantis, aut alio modo præuenientis. potior validiorque conditio eſt.*
6 *Ex conuentione facta cum aduocato oritur obligatio præſtandi Conſilium, & auxilium clientulo in cauſis, & litibus ſuis.*
7 *Contra omnes tenetur vaſſallus Dominum iuuare etiam contra patrem filium, & fratrem, niſi contra alium Dominum Antiquiorem.*
8 *Captiuus duorum ab vtroque ſimul vocatus obedire tenetur illi, cuius vocatio prius ad aures ſuas peruenerit.*
9 *Aduocatus in caſu noſtræ quæſtionis tenetur adiuuari illi cum quo primo conuenit.*
10 *Aequum eſt, vt cui prius aduocatus promiſit, perſonaliter ſeruiat, ſecundo vero per ſubſtitutum.*
11 *Si vaſſallus neſciat cui primo homagij iure teneatur, quia feudum ab anteceſſoribus incepit, neutrum de rigore iuris iuuare tenetur; de æquitate tamen gratificari poterit cui maluerit perſonaliter illum iuuando.*

Aduocatus ſi à duabus partibus accipiat ſalarium quolibet anno pro patrocinio in cauſis præſtando, & ambę partes in lite vnica ſint inuicem contrarię, cui teneatur ſeruire?

QVÆSTIO XXXI.

1 PRo huius practicabilis quæſtionis reſolutione, quę pluries torſit aduocatorum mentes conſulendi ſunt Spec. in titul. de aduoc. §. 1. num. 11. Abbas in cap. finali num. 4. in fi. Bell. num. 2. Imol. num. 12. de poſtul. Ripa in l. priuilegia num. 56. ff. de priu. cred. Alexand. conſil. 118. volum. 5. numer. 15. Roman. conſil. 47. numero 2. Caſtren. in l. in operis numer. 2. ff. loc. Iaſ. conſil. 94. volum. 3. Tiraquel. de primogenit. quæſt. 17. in princip. ex numero 14. Rolan. conſil. 44. volum. 2. ex num. 24.

2 Speculator igitur in titul. de feud. §. 2. verſic. duodecimo quæritur proponit aliam ſimilem noſtræ quęſtioni, per quam hæc poterit facilè decidi dicens, quod ſi quis vaſſallus duorum ſit (quod eſſe poteſt cap. grandi de ſup. negl. præl. lib. 6. Clement. paſtoralis §. alias verſic. Rurſus de re iudicata) & ambo domini inuicem belligerentur vtrum ambos iuuare debeat, vel vnum tantum, & quem? & videtur inquit primum, quod domini concurrentes, mutuo ſe impediant per l. quoties, ff. de vſufruct. vbi I. C. ait, quod ſi vſusfructus legetur duobus Titijs alternis annis, niſi conſenſerint vter eorum prior vtatur, inuicem ſe impediant. Contra verò quod vtrumque iuuare debeat probari videtur, nam alias ammitteret feudum, quia difficultas præſtationis ex parte promiſſoris, non vitiat obligationem. Vnde obligatio illius, cui non ſeruierit, non videtur perempta, imò ille poterit feudum reuocare l. continuus §. illud ff. de verborum oblig. Præterea inquit nonnullos dicere locum eſſe gratificationi, & ſic vaſſallum excuſari quantum ad illum, cui non ſeruit ad inſtar ſerui duorum, qui ſi viderit vtrumque dominum interfici poteſt quem maluerit adiuuando, liberare iuxta textum in l. ſi quis in graui §. ſi cum omnes ff. ad Syllan.

3 Sed tandem verius eſſe ait de iuris rigore illum debere iuuare, cui primo homagium fecit, & eam ſententiam, & opinionem tenendam, vt veriorem eſſe in ſpetie noſtræ quæſtionis ex ſequentibus fundamentis deduces.

4 Primo ex textu in l. in operis ff. locati, vbi I. C. inquit *in operis duobus ſimul locatis, conuenit priori conductori ante ſatisfieri*, & hoc quidam maxima ratione fundatur de qua in leg. qui prior §. primo ff. qui pot. in pig. hab. l. quot. ff. de regul. iur. regul. qui prior eod. tit. in 6. cap. eum qui extra de præbend. in 6.

5 Secun-

5 Secundo, nam certiſſimum eſt in iure, quod duobus æquale ius habentibus, occupantis, aut alio modo præuenientis, potior, validiorq; cõditio eſt l. ſi pluribus ff. delegat. 1. c. ſi duo in princip. de procurat. in 6. l. 2. & l. quicunque ff. de in ius voc. l. ſi quis ex aliena ff. de Iud. l. 2. ff. ad municipal.

6 Tertio, nam quis dubitat ex conuentione facta inter clientulum, & aduocatum, oriri perſonalem obligationem ad faciendum, hoc eſt ad conſilium, & auxilium pręſtandum in litibus, & cauſis ſuis. Sed in obligatione perſonali ad faciendum, ille eſt potior in iure, qui prior fuit in tempore, vt conſtat ex dicta leg. in operis iunctis ijs, quas ſupra adduximus numer. 4. Ergo primum abſque dubio iuuare debebit.

7 Quarto facit textus in capite primo §. cõtra omnes. Hic finitur lex in vſui. feud. ibi *contra omnes debet vaſſallus dominum iuuare etiam contra fratrem, & filium, & patrem, niſi contra alium dominum antiquiorem: hic enim cunctis eſt præferendus.* Ad quod etiam eſt textus in capite Imperialem §. inſuper verſiculo illud quoque de prohib: feud. alien. per Fed. vbi dicitur, quod ſi vaſſallus vaſſalli dominum domini offenderit, niſi pro ſeruitio alterius domini ſui, quem ſine fraude ante habuerit hoc fecerit feudo ſuo priuetur, nam licet ſint ambo domini honoris, prior tamen præferri debet arg. l. pen. C. de conſul. lib. 12.

8 Quinto maximè conducit doctrina Bal. in l. in adoptionem C. de adopt. dum ait, quod ſi quis ſit captiuus duorum, & ſimul ab vtroque vocetur, tenebitur obedire primò illi, à quo prius vocatus fuerit, vel cuius literæ prius fuerint apertę, cum per verbalem vocationem, vel literarum aperturam ſit præuentus gl. in l. Ciues, C. de incol. lib. 10. & l. ſi plures ff. deleg. 2.

Vltimo facit gl. ſingul. in d. l. ciues, vbi diſputans Accurſ. de ſubiecto pluribus ciuitatibus, ſi eodem tempore vocatur ab illis ad munera regalia, vel perſonalia, cui parendum ſit? decidit, quod habenti ius potentius tempore præuentionis, aut origine, aut nobilitate.

9 Ex quibus concludendum eſt cum Roman. dicto conſil. 47. num. 2. Lamber. in tract. de iur. patron. 2. part. lib. 2. quæſt. 4. art. 6. nu. 3. Bal. in l. in adopt. C. de adopt. Paul. in dicta l. in op. C. locati. Ioan. And. in reg. contractus in 6. cum alijs ſupra numer. 1. aduocatum in caſu noſtrę quæſtionis debere adiuuare illum, cum quo primo conuènit, ſicuti vaſſallus primo domino, cuius feudum prius ſuſcepit.

10 Aequitati tamen ſatis conſonum eſſet, quod eum, cui primo promiſit, perſonaliter iuuet, & ſecundo per ſubſtitutum iuxta l. vnic. §. ſin autem C. de caduc. toll. neque ex hoc, quod per ſubſtitutum iuuet eum, cui ſecundo promiſerat, videtur pręſtare auxilium contra primum, licet regula ſit, quod qui per alium facit, per ſe ipſum facere videatur; quia hoc non facit animo nocendi primo domino, ſed ſibi ipſi conſulendi cauſa, ne ſalarium illius ammittat argum. l. 1. §. denique ff. de acq. plu. arc. l. at qui §. cum me abſente ff. de negot. geſt.

11 Aduertendum tamen eſt pro intelligentia eorum, quæ numero præcedenti diximus, quod ſi vaſſallus neſciat cui primo homagij iure teneatur, quia feudum forte ab anteceſſoribus incępit, neutrum de rigore iuuare tenetur arg. l. duo ſunt Titij ff. de teſt. tut. l. ſi fuerit ff. de duobus reis, licet de æquitate poſſit gratificari cui maluerit perſonaliter illũ iuuãdo, vt probat ſpec. in tit. de feud. §. 2. nu. 9. verſ. 13. quæritur.

SVMMARIVM.

1 *Maxima differentia eſt inter verbum actus, & verbum acta, & quæ?*
2 *Acta publica, de quibus loquitur textus in l. 2. C. de edend. ſunt ſcriptura, quæ coram Iudice conficiuntur.*
3 *Acta publica ſecundum ſtrictam ſignificationem dicuntur, quæ pertinent ad vtilitatem fiſci, aut reipublicæ.*
4 *Acta iudicialia ſolent appellari acta priuatorum.*
5 *Acta iudicialia, quare publica dicantur?*
6 *Scriptura coram tabellione, & teſtibus confecta publica appellatur.*
7 *Inſtrumenta priuata edenda non ſunt niſi ex iuſta cauſa; publica vero regulariter edi debent cuicunque petenti.*
8 *Tabellionis perſona non ſufficit, vt acta ab eo facta, publica dicantur, niſi interueniant teſtes.*
9 *Acta iudicialia apud actuarium ſunt, &*

eſſe debent in eius dominio.

10 *Verbum* quaſi, *denotat improprietatem.*

11 *Maxima differentia eſt inter acta iudicialia, & inſtrumenta publica, & quæ?*

12 *Acta iudicialia debent fieri coram tabellione, ſi repiriri commodè valeat, & ſi non reperiatur, coram duabus perſonis fide dignis.*

13 *In actis iudicialibus ſola Iudicis perſona cum tabellione facit actum publicum.*

14 *Interpretatur textus in l. in fraudem §. quoties il 1. in fine, ff. de iure fiſci.*

5 *Interpretantur textus in l. moris §. ſolent ff. de pœnis, & in l. immunitatis C. de agric. & cenſ. lib. 11.*

Acta publica quæ ſint, & quare ita dicantur?

QVÆSTIO XXXII.

1 ANtequam ad propoſitæ quæſtionis diſputationem deueniam, aduerto maximam eſſe differentiam inter verbum *actus*, & verbum *acta*, nam verbum *actus* generaliſſimam habet ſignificationem, & compræhendit omne quidquid ſit l. labeo lib. 1. ff. de verb. ſignif. l. actus ff. de reg. iur. l. eum actum ff. de negot. geſt. Acta vero referuntur tantum ad iuditia, & dicuntur illa, quæ fiunt, vel geruntur coram Iudice, vel alio notionē, vel iuriſdictionem habente, tàm in figura iuditij, quàm extra l. acta l. actor ff. de re iudic. l. illud verſic. actorum C. de Sacroſ. Eccl. l. data iampridem. C. de donat.

2 Quibus præmiſſis, acta publica, de quibus loquitur textus in l. 2. C. de eden. ſunt ſecundum Dec. ibi num. 1. Scripturæ, quæ coram Iudice conficiuntur, ex glo. verbo actorum in dicta l. illud, & Bal. ibi col. 1. in fine. Et licet Alciatus in dicta l. 2. n. 16. dixerit acta iudicialia publica appellari inductione Pontificum, & interpretum recentiorum; verius eſt etiam à I. C. ita fuiſſe appellata, vt conſtat ex l. cum oſtendimus 4. §. finali ff. de fideiuſs. tut. l. defenſores 7. C. de defenſ. Ciuitatum, & ita intelligendum eſſe textum in dicta l. 2. C. de edend. docet Acc. ibi verbo acta publica quem ſequuntur Paul. Caſtr. num. 3. Alex. num. 2. & 3. Curt. num. 1. & 14. Purpur. num. 6. & ferè omnes ordinarij interpretes ibi.

3 Bene tamen verum eſt quod ſi ita intelligamus dictam leg. 2. ſcilicet de actis iudicialibus, accipitur verbum illud *publica* in latiori, & ampliori ſignificatione, nam ſecundum ſtrictam, acta publica dicuntur, quæ pertinent ad vtilitatem fiſci, aut rei publicæ, vt colligitur ex leg. bona Ciuitat. 15. cum l. ſeq. ff. de verb. ſignific. l. geſta C. de ſent. & re iudic.

4 Sed hæc doctrina difficilis redditur ex eo, nam acta iuditialia ſolent appellari acta priuatorum l. in fraudem §. ex ijs ff. de iure fiſci l. actus C. de fer. & acta forenſia dicuntur in l. comparationis C. de fid. inſtrum. Cui difficultati breuiter reſpondeas promiſcuè vti I. C. his nominibus ſecundum ſubiectam materiam; vnde in ſpecie textus in dicta l. 2. C. de eden. publica dicuntur propter publicam auctoritatem conficientis, & eius, coram quo conficiuntur l. in priuatis ff. de iudic. & loci vbi conficiuntur ſcilicet iuditij, vt in cap. forus de verborum ſignificatione. Vnde cum de exhibitione actorum iuditialium agere voluiſſent Imperatores in dicta l. 2. vſi ſunt verbo *publica*, vt comprehenderent omnia acta iuditialia.

5 Sed dubium maximum eſt, & ſatis controuerſa quæſtio, quare acta iuditialia publica dicantur? in qua quæſtione ſolent communiter Doctores reſpondere, ideò publica dici, quia Iudicis fiunt authoritate ex l. magiſt. C. de magiſt. municip. gl. in l. acta ff. de re iudic. Iudex etenim publica perſona eſt, vt docet glo. verbo publico in l. 2. ff. ad exhib. & probatur argumento l. in priuatis ff. de iudic. Item propter auctoritatem Tabellionis, vt in capite quoniam contra falſam, de probationibus.

Deniq; propter auctoritatem Reipublicæ, in cuius dominio ſunt iuxta l. in fraud. §. quoties ff. de iure fiſci. Et loci, vbi poni debent ex l. moris §. ſolent ff. de pœnis l. immunitates C. de agric. & cenſ. lib. 11. quibus rationibus publica appellari docet Caſtren. in dicta l. 2. num. 3. & Purpur. num. 6.

6 Ho-

6 Horum tamen doctrina maximè difficilis redditur ex ſequẽtibus. Primo dum aiunt publica dici ratione perſonæ Iudicis: nam ſicut eius perſona publica eſt, ita etiam, & perſona tabellionis, & ita geſta coram eo publica dicuntur l. comparationis C. de fid. inſtrum. l. inſtrumenta C. de probationibus, imò & ſine tabellione coram teſtibus ſcriptura confecta publica appellatur l. ſcripturas C. qui pot. ergo Iudicis perſona non eſt conſiderabilis, vt acta pub. dicantur.

7 Secundo dum aiunt acta publica appellari ratione perſonæ tabellionis, quæ publica eſt, difficilis redditur eorum opinio ex eo, nam ſi hæc ratio eſſet vera, ſequeretur omnia inſtrumenta, in quibus perſona tabellionis interuenit, publica eſſe. Sed conſequens eſt falſum: ergo, & antecedens. Minor probatur, nam inſtrumenta priuata ędenda non sunt niſi ex iuſta cauſa, vt ſupra latè probauimus in quæſt. 5. huius 2. partis: at acta publica edenda eſſe probatur ex dicta l. 2. ergo perſona tabellionis non ſufficit, nec deficit ad hoc, vt acta ab eo facta publica dicantur, vel quominus non dicantur.

8 Præterea, nam acta iuditialia aliquando fiunt non interueniente notario, aut tabellione, vt in dicto capite quoniam contra, & dicta l. magiſtratus. Denique, nam perſona tabellionis non ſufficit, vt acta ab eo facta publica dicantur, niſi interueniant teſtes, authent. de hæred. & Falcid. §. hinc nobis verſic. ſi vero adsunt, & auth. de inſtrum. caut. & fi. §. ſed & ſi inſtrumenta col. 6.

9 Tertio, & vltimo dum affirmant acta iuditialia, ideò publica appellari, quia ſunt in domino Reipublicæ, impugnantur ex eo, quod omnia geſta apud tabellionem, ſunt, & in eius dominio eſſe debent, ita vt quandocunque requirantur, de eis rationem reddere teneantur, vt colligitur ex dicto cap. quoniam contra verſic. ita tamen, & cap. fin. iuncta gloſ. 1. extra de probat. & docet communis in capit. cum P. tabellio extra de fide inſtrum.

10 Sed his & alijs non obſtantibus oppoſitionibus, veriſsima eſt ſuperior Doctorum ſententia. Neque obſtat primum argumentum contra eam ſupra adductum num. 6. nam reſpondendum eſt quod non ſolum non conuincit acta inditialia non eſſe publica, ex eo, quod probet perſonam tabellionis publicam eſſe, & geſta coram eo publica dici, imò à fortiori ex eo probatur publica eſſe ratione perſonę Iudicis. Per argumentum à fortiori, authentica multò magis, C. de Sacroſ. Sanct. Eccleſ. Neque obſtat textus in dicta l. ſcripturas, vbi dicuntur inſtrumenta publica, quæ neque à tabellione, neque coram Iudice fiunt, nam reſpondeo in textu ibi non appellari publica, ſed quaſi publicè confecta dicuntur, vt conſtat ex finalibus verbis ibi, *quaſi publicè confectę accipiuntur*, quod verbum *quaſi* denotat improprietatem l. in perſona 30. §. 1. ff. de pactis. Vel ſecundo reſpondeas, quod quamuis illa dicantur publica; non tamen ex eo ſequitur acta iuditialia, quæ coram Iudice fiunt, publica non eſſe, imò totum contrarium, nã tanto magis publica dicũtur, quanto maiorem auctoritatem habet Iudex, quam alia perſona priuata.

11 Neq; obſtat ſecundum, quod tres in ſe continet difficultates, nam ad primam reſpondeo, maximam eſſe differentiam, inter acta iuditialia, & inſtrumẽta publica: quia acta iuditialia fiunt mandato Iudicis, ad communem, & publicam vtilitatẽ, & ita tanquam cõmunia omnibus edi debent, vt in d. l. 2. at vero inſtrumenta mandato priuatorum fiunt ad priuatorum vtilitatem. Vnde licet publica dicantur quoad auctoritatem; dicũtur tamen priuata quoad vtilitatem, & ideo nõ exhibentur, niſi ex cauſa, vt ſupra reſoluimus in dicta quæſt. 5. huius 2. partis.

12 Ad ſecundam reſpondeo, quod acta iuditialia debent fieri corã tabellione, ſi reperiri commodè poſſit, ſin minus corã duabus perſonis fide dignis, vt in dicto capite quoniam cõtra, quod adeò verum eſt, vt neq; Iudicem manupropria acta iuditialia ſcribere poſſe, reſoluat Albericus in dicta l. 2. & Innoc. in dicto cap. quoniam contra.

13 Ad tertiam, & vltimam reſpondeo textum in dicta authentica de inſtrumentorũ cautela, & fide §. ſed ſi inſtrumẽta, procedere in actibus extraiuditialibus, in quibus teſtes sunt neceſſarij, vt docet glo. verbo viros in dicto capite quoniam contra, & probatur in l. in donationibus C. de donat. docet Bald. in rubr. C. de fid. inſt. Det. in dicto cap. quoniam contra num. 19. in iuditialibus enim ſola Iudicis perſona cum tabellione facit actum publicum ex ijs, quæ tradit Alciatus de præſumptionibus reg. 3. præſumpt. 13.

Digitized by Google

14 Denique non obſtat vltimum argumẽtum ſupra adductum n. 9. quo probare intendimus acta iudicialia non eſſe in poteſtate reipublicæ, ſed tabelionis, & Notarij, apud quem geſta ſunt: nam reſpondeo cum Bar. in rub. C. de fid. inſtrument. & Alex. in d. l. 2. nu. 3. in fine, textum in d. l. in fraudem §. quoties in primo, in fine intelligẽdum eſſe de eodem notario, apud quem acta geſta ſunt, & apud quem ſemper remanẽt: quam interpretationem veram eſſe dices, ſi aduertas, commentarienſem, de quo ibi, olim fuiſſe carceris cuſtodem, vt conſtat ex l. diuus §. 1. ff. de bonis dam l ad comment. C. de cuſtod. reorum, ad cuius offitium non ſolum pertinebat cuſtodia reorum, ſed confeſſiones illorum, & cætera acta ſcribere, vt late probat Guido Pantirol. in notitia vtriuſq. imperij c. 13. quæ acta non latè, ſed ſũmariè ſcribebat per capita, vnde cõmentarienſis appellabatur, ex quo acta illius fuerant criminalia apud commentarienſem facta, & apud eundem cuſtodita, vt ex eius cõtextura cum ijs, quæ proxime diximus facile colligitur. Neque ex eo ſequitur, inſtrumenta, & acta iuditialia in dominio, & cuſtodia conficientis non eſſe.

15 Neque obſtat textus in l. moris §. ſolent ff. de pęnis, & in l. immunitatis C. de agric. & cenſ. lib. 11. pro quarũ intelligentia animaduertendum eſt olim fuiſſe acta publica ſenatus, & acta publica populi Romani; Acta publica ſenatus, continebant ea omnia, quæ in ſenatu agebantur, quæ qualia eſſent explicat Iuſtus Lip. in cõmentarijs ad Corn. Tacitum lib. 5. annal. Acta vero Populi Romani, continebant ea omnia, quæ à Populo agebantur, quæ aliquando publica, aliquando verò vrbana appellari ſolebant, vt refert ſingulorũ exempla adducens Iuſtus Lip. vbi ſupra, quibus actis ſcribendis aderant ij, de quibus loquitur Imperator in rub. C. de tabul. lib. 10. quæ inſcribitur de tabularijs, ſcribis, logographis, & cenſualibus, & apud cenſuales inſtrumenta publicabantur l. teſtamenta 28. C. de teſtam. quæ publicatio fiebat çoram populo, vt conſtat ex l. publicari C. de teſtam. & publicata cuſtodiebantur in templis, vt refert Iuſtus Lip. vbi ſupra lib. 1. annal. Vnde intelligetis text. in l. 3. verſ. proinde ff. de tab. exhib. quorum actorum plura exempla refert Briſonius lib. 5. de form. Rom. folio mihi 467. Hæc igitur acta ſiue Populi, ſiue ſenatus publico loco deponebantur, & cuſtodiebantur, vt dixi, & eorum cuſtodia pertinebat prius ad quæſtores, poſtea ad præfectos ærarij, & denique ad pręfectos vrbis, ſecundum varia tempora, vt ex varijs autoribus comprobat Iuſtus Lip. vbi ſupra, de quibus inſtrumentis intelligendus eſt text. in d. §. ſolent, & in d. l. immunit. Acta enim priuatorum, ſiue iudicialia, ſiue extraiudicialia apud tabelionem cuſtodiri debent, qui ea tanquam publica, & quaſi cõmunia omnibus petentibus exhibere tenetur vt ſupra dixi vt recte aduertit Alciatus in d. l. 2. num. 16.

SVMMARIVM.

1 *Acta facta ante litem conteſtatam coram iudice an ſint iudicialia?*
Iuditium incipit à citatione.
2 *Recuſationes ante litem conteſtatam opponi debent.*
3 *Exceptiones, quæ libellum, ſeu ipſam cauſam reſpiciunt, regulariteer poſt litem conteſtatam non admittuntur.*
4 *Libellus in quo continetur actio, vel factum, ſuper quo actoris petitio fundatur, ante litis conteſtationem præſentari debet.*
5 *Iuditium non eſt niſi facta litis conteſtatione.*
6 *Iuditium vtrũ incipiat à citatione, vel à litis conteſtatione.*
7 *Poſt iudicium ceptum non habet locum præſcriptio longi temporis.*
8 *Ad perpetuandam iuriſdictionem Iudicis delegati, quæ requirantur.*
9 *Acta, quæ fiunt ante litis conteſtationem, iuditialia dici recte poſſunt.*
10 *Conciliantur textus in capite gratum, & in capite relatum de officio delegati.*
11 *Citatio eſt quid preparatorium ad iuditium.*
12 *Ad præuentionem iuriſdictionis minor actus ſufficit, quam ad perpetuandam iuriſdictionem delegati.*

Acta

Acta coram Iudice facta ante litem conteſtatam, an dici poſsint iudicialia?

QVÆSTIO XXXIII.

1 DIfficilis eſt, & vtilis quæſtio, vtrum acta, quæ coram iudice fiunt ante litem conteſtatam iudicialia dicantur? cuius affirmatiua ex ſequentibus probatur, primo ex textu in capite quoniam contra extra de probationibus, vbi dicitur citationes acta iudicialia eſſe, ſed citatio fit ante litem conteſtatam: quia litis fundamentum eſt, vt conſtat ex §.fi.inſti. de pena tem.lit. ergo cum inter acta iudicialia referatur citatio in dicto capite quoniam contra, per quam peruenitur ad litis conteſtationem, neceſſario ſequitur iudicialia eſſe, quæ ante litem conteſtatam fiunt.

2 Secundo nam inter acta iudicialia rereferuntur recuſationes Iudicis in dicto capite, quoniam contra, ſed recuſationes ante litem conteſtatam opponi debẽt l.apertiſſimi Cod. de Iudic. auth. offeratur Cod.de litis conteſt. & docent plures relati à Cou. practicarum quæſtionum capit. 26. num.2. ergo acta, quæ fiunt ante litem conteſtatam, iudicialia ſunt.

3 Tertio nam exceptiones, quæ libellũ, ſeù ipſam cauſam reſpiciunt, opponi debent regulariter ante litem conteſtatam, imò poſt eam non admittuntur l.fin.Cod. de except.l. ita demum Cod.de procurat. ſed exceptiones referuntur inter acta iudicialia in dicto capite quoniam contra, ergo.

4 Quarto nam petitiones ideſt libellus, in quo continetur actio, vel factum, in quo actoris petitio fundatur, ante litis conteſtationem fit, imò ex ea ad eum peruenitur l. 1. ff de edend. dicta auth.offeratur cap. 1. extra de libelli oblat. ſed petitiones referuntur inter acta iudicialia ergo.

5 His tamen non obſtantibus fundamentis contrariam ſententiam tenet Decius in dicta l. 2. num. 2. dicens acta iudicialia propriè dici, quæ fiunt poſt litis conteſtationem, cuius ſententia, & opinio ex ſequentibus comprobatur.

Primo, nam iudicium non dicitur niſi facta litis conteſtatione cap. forus de verborum ſignificatione, ibi *dum diſcutitur iudicium*, quæ verba debent intelligi de litis conteſtatione, quæ fit per rei reſponſiones directe factas actorum poſitionibus cap. vnico de litis conteſt. l. 1. Cod. eodem l. rem non nouam §. patroni Cod. de iudit. ex quibus diſcutitur inter actorem, & reum, & iudex cauſam audire incipit, vt in dicta l. 1.

Sed hoc argumento non obſtante priorem ſententiam, quam tenet Bal.in auth. clericus col.2.Cod. de ep. & cl.& in l. interrogatam Cod. de lib. cauſa veriorem eſſe iudico, nempe citationes, dilationes, recuſationes, exceptiones, & petitiones, quæ ante litem conteſtatam fiunt, acta iudicialia dici ex iuribus ſupra adductis.

6 Nec quicquam obſtat fundamentum proximè adductum pro opinione Detij de cap.forus de verbor.ſignificat.cuius ſolutio pendet ab illius quæſtionis ſolutione vtrum iudicium incipiat à litis conteſtatione, an vero à citatione? in qua quæſtione in confirmationem fundamenti proxime adducti num. 5. à litis conteſtatione iudicium incipere ex ſequentibus probatur. Primo ex l.is, qui ſe obtulit ibi *ſed hoc poſt litem conteſtatam; cæterum ante inceptum iudiciũ &c.* ff. de rei vindic. Secundo ex l. amplius non peti ff. rem rat.haberi, ibi, *ſi autem in ius eum vocauerit, & ſatis iudicio ſiſtendi cauſa acceperit, iudicium tamen ceptum non ſit, &c.*

7 Tertio nam poſt iudicium cęptum, non habet locum præſcriptio longi temporis l. ſi poſt accept. ff. de rei vind. ſed iudiciũ non dicitur cęptum, niſi per litis conteſtationem l. moræ C.eod.tit.ergo.

8 Quarto, & vltimo, nam ad perpetuandam iuriſdictionẽ, iudicis delegati, neceſſario requiritur, quod iudicium ſit ceptũ coram eo l. & quia cum ſimil.ff. de iuriſdictio.omn. iudic. ſed iuriſdictio iudicis delegati expirat per mortem delegantis cõtingentem ante litis conteſtationem c. relatum de officio delegati, ergo recte datur intelligi iudicium à litis conteſtatione incipere, & conſeqnenter acta ante illam facta, non eſſe iudicialia.

Sed contraria ſententia nempe à citatione iudicium incipere probarunt communiter doctores à me relati, in interpetratione c.relatum de offic.deleg.lib meo ſelectarum interpretation. Pro qua opinione

nione

nione primo facit nam ad perpetuandam iuriſdictionem iudicis delegati, neceſſario requiritur, vt iudicium ſit cæptum, vt in dict. l. & quia. ſed iuriſdictio delegati perpetuatur per ſolam citationem vt in cap. gratum extra de officio delegati, ergo à citatione iudicium incipit.

Secundo facit textus in §. finali inſt. de pœna temere litigantium ibi, *omnium autem actionum inſtituendarũ principium ab ea parte, edicti proficiſſitur, qua prætor ę dicit de in ius vocando*. Tertio facit textus in l. ſi quis poſtea quã ff. de iudicijs, & in capite propoſuiſti extra de foro competenti, vbi dicitur, quod ſi quis poſtquam fuerit citatus in vno foro, alterius fori factus ſit, non poterit declinare iuriſdictionem eius, á quo fuit vocatus. igitur euidenter conſtat iudicium à citatione incipere, & cõſequẽter, acta ante litis conſtationem facta iudicialia eſſe.

9 In qua opinionum contrarietate varij, varia dixere, ego autem exiſtimo, quod licet in pũcto iuris verius ſit iudicium propriè non dici, niſi à litis conteſtatione, vt reſolui in interpretatione dicti capituli gratum, ex iuribus & rationibus ſupra à numero ſeptimo, adductis, tamen acta, quæ fiunt ante litis conteſtationem iudicialia recte dici poſſunt, quia vt in præcedenti quæſtione probauimus, acta iudicialia dicuntur, quæ coram Iudice, & notario fiunt ex dicto cap. quoniam contra de probationibus, vnde cum citationes dilationes, recuſationes, exceptiones, & petitiones, coram Iudice fiant cap. penultimo de foro competenti dicto c. quoniam cõtra, & iã in hoc ſit ſublata antiqua digeſtorũ formula, qua permiſſum erat vnicuiq; aduerſarium propria authoritate in iudicium vocare, vocatuſque tenebatur ire, alias puniebatur ex edicto prætoris, vt cõſtat ex titulo ff. de in ius vocando iunctis his, quæ late adducit Duar. lib. 1. diſput. cap. 1. Cui. lib. 10. obſeruat. cap. 10. & libro 9. verbo iudicium redditur. nimirum ſi dicantur acta iudicialia non ſolum ea, quæ fiunt poſt litis conteſtationem, ſed etiam ea, quæ ante fiunt, propter authoritatem tabellionis, à quo, & iudicis coram quo, fiunt; maximè cum cuiuſq; rei potiſſima pars ſit principium l. 1. ff. de orig. iuris

10 Sed quia diximus iudicium a litis conteſtatione incipere congruũ eſt vt reſpõdeamus breuiter ad fundamenta, quæ pro citatione ſupra adduximus nu. 8.

Ad primum igitur de textu in dicto c. gratum, cui ex diametro repugnat textus in dicto capite relatum variæ a gl. & doctoribus vtrobique ſolutiones aſſignari ſolent, vt in eorum interpretatione ego late dixi, quibus ommiſſis, ne relata referam, vera ſolutio, & illorum iurium conciliatio ſit, quod in dicto capite gratum non agitur de ſimplici citatione, ſed de perẽptoria, de qua loquitur textus in l. ad perempt. l. & poſt edictum ff. de iudic. leg. contum. ff. de re iudicat. quæ habet vim litis conteſtationis l. conſentaneum, & auth. qui ſemel C. quomodo, & quando iudex cap. quoniam frequenter §. porro, vt lite non conteſt. Pro qua interpretatione faciunt verba dicti capituli gratum, ibi *citationis edicto*, quæ denotant litis conteſtationẽ, licet non veram, fictam tamẽ, quæ ſufficit ad perpetuandam iuriſdictionem iudicis delegati, quia ex ea negotium eſt quaſi cæptum, quod ſufficit, vt ibi dicitur.

11 Nec quidem obſtat textus in dicto §. fi. quia reſpondeo non probare iudicium à citatione incipere, ſęd citationem eſſe, quid præparatorium ad iudicium, vt docet Cuiac. lib. 9. obſeruationum cap. 21. in fine.

12 Deniq; non obſtat textus in dicta l. ſi quis poſtea quam cum ſimilibus, nam reſpondeo iura illa loqui de pręuentione iuriſdictionis, ad quam minor actus ſufficit, quam ad perpetuandam iuriſdictionem delegati, vt in auth. habita C. ne filius pro patre, l. fin. C. de iuriſdictione omnium iudicum, l. fin. C. vbi in rem actio, l. cum quædam ff. de iuriſdictione omnium iudicũ. Ex quibus habetis in punto iuris iudicium à litis conteſtatione incipere, quam praxis non admittit, ſed potius cõtrariũ, imò quod magis eſt per ſolum decretũ de citando iudicium incipere, & iuriſdictionem perpetuari probarunt Dec. in dicta l. more num. 48. Curt. Iun. num. 70. Purpur. num. 112. Oroſ. num. 28. & Alb. n. 15. in dicta l. & quia, & ita in Rota fuiſſe deciſum teſtatur Emil. deciſ. 124. parte 2. ex quorum opinione, magis probata remanet reſolutio noſtrę propoſitæ quæſtionis, nempe acta ante litis conteſtationem facta iudicialia eſſe.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Acta iudicialia, an debeant exiberi ei qui præſens fuit in iudicio?*
2 *Contumax non debet eſſe melioris conditionis, quam obediens.*
3 *Ex delicto nemo facit conditionem ſuam meliorem.*
4 *Ponderãtur nonnulla iura pro opinione eorum, qui negatiuam tenent.*
5 *Contumacia delictum eſt, & aduerſus contumacem omnia iura Clamant.*
6 *Priuilegium facilius tollitur, quam ius commune.*
7 *Contumax, vt audiatur expenſas reficere tenetur.*

Acta iudicialia facta in prima inſtantia, an debeant exhiberi in ſecunda, ei, qui præſens fuerat in prima?

QVÆSTIO XXXIV.

1 LIcet generaliter Imperator in l.2. C. de ed. dixerit acta iudicialia tam ciuilia, quam criminalia exibenda eſſe, non abs re dubitare poſſumus, an acta iudicialia facta in prima inſtantia, edi debeant in ſecunda, ei, qui præſens fuerit in prima nã affirmatiua ſententia ex ſequentibus probari videtur. Primo ex gen. deciſ. dictæ l. 2. C. de eden. Secundo ex l.2. C. vt lite pẽdente, cuius hæc ſunt verba, *ſupplicare cauſa pendente non licet, niſi vel actorũ communium, vel pronũciationis editio denegetur*. ex quibus ſatis probatur acta iudicialia facta in prima inſtantia, vt colligitur ex verbo, *pronunciationis* exhibenda eſſe. Tertio facit textus in dicto cap. quoniam contra extra de probationibus ibi, *& omnia ſic conſcripta partibus tribuantur, ita quod originalia pęnes ſcriptores remaneant, vt ſi ſuper proceſſu iudicis fuerit ſuborta contentio, per hoc poſſit veritas declarari.*

2 Quarto nam acta iudicij, in quo quis propter contumaciam fuit condemnatus, eidem contumaci petenti edi debent, ſed contumax non debet eſſe melioris conditionis, quam obediens; ergo indiſtinte acta edenda ſunt petenti.

Diſcurſus legitimus eſt, maior probatur, nam acta iudicialia non ſolum partibus litigantibus, ſed etiam omnibus, quorum intereſt, edi debent c.2. vt lite pendẽte, & probat Bart. in l.1. §. editiones col. 1. ff. de edend. & in l.2. §. diuus il 1. verſiculo reaſſumo ff. de iure fiſci, Ergo multo magis parti quantumuis contumaci arg. l. prætor §.1. ff. de eden.

3 Minor autem probatur ex cap. 1. extra de poſtul. præl. c. contingit de dolo & contumacia cap. cum qui iuncta gl. verbo exiſtat de præben. in 6. tum etiam quia ex delicto quis non facit conditionem ſuam meliorem l.3. §.1. ff. de donat. inter l. ſancimus C. de pęnis, & in terminis probat textus in c. ſi vere de ſentent. excommun. cõſequentia patet.

4 Sed contrariam ſententiam tenet Bartol. in l. non ſolũ §. liberationis verba ff. de liberatione legata, & Antonius in l. 1. §. editionis ff. de eden. col.2. quorum opinio probatur ex ſequentibus. Primo ex l. de die §. fin. ff. qui ſatis dare cogantur. Secundo ex textu in l. ſi quando C. de dilat.

5 In qua opinionum contrarietate exiſtimo priorem ſententiam veriorem eſſe, vt ſcilicet parti petenti acta primæ inſtantię in ſecunda neceſſario debeant exiberi ex ſupracitatis iuribus. Neq; in contrarium obſtant iura pro contraria adducta, nam ad textum in dicta l. de die duppliciter reſpondere poſſumus. Primo quod ibi noluit cauere, & ſic fuit contumax, vnde nõ agitur ibi de ſimplici negligentia prout in caſu noſtræ quæſtionis, ibi etenim interuenit culpa; hic vero negligẽtia: quę quantum inter ſe differant, nemini dubium credo, ſed pro tironibus aduerto contumaciam eſſe delictum l. omne delictum §. contumaciæ ff. de re militari, & ex plurimis probat. Farinac. de delictis quæſt. 18. nu. 26. imò quod contra contumacem omnia iura clament omnes doctores vno ore fatentur, etiam ſi ſit in ommittendo, Farinacius ſupra nu. 22. & ita ne iusdicentiũ tribunalia contemnãtur, & eorum auctoritas illudatur, conceſſum eſt iudicibus pęnali iudicio propriam iuriſdictionem tueri, vt probat optime textus in l. vnica ff. ſi quis ius dicenti non obtemperauerit, & in l.2. ff. ſi quis in ius vocatus nõ iuerit, & ita adunguem obſeruaui in Regia Dohanali

nali

nali audientia, cuius maxime authoritatis immemores nonnulli, ordines illius ad vnguem exequi nolebant; poſtea tamen dum praxi applicarem textum in dicta l. vnica ff. ſi quis iusdicenti non obtemperauerit, ea qua decet Reuerentia ordines & ſcripturas eiuſdẽ tribunalis, & officialium illius ab omnibus ſuſcipiebantur, & exequutioni mandabantur. Nimirum igitur, vt ad rem noſtram redeamus ſi in dicta l. de die §. finali, ille, qui cauere noluit, & ſic fuit contumax, priuetur priuilegio, quo voluit vti cum haberet facultatem.

At vero negligentia licet aliquando puniatur, vt in l. diuus 14. ff. de off. pręſid. tamen in caſu noſtræ quæſtionis puniri non debet; quia ille, qui non petijt in prima inſtantia, voluit differre petitionem ad ſecundam, negligere enim pro differre aliquando in iure noſtro accipitur, vt in l. propter 21. ff. ad Sen. Conſ. Syll.

6 Vel ſecundo reſpondeo textum in dicto §. finali loqui de priuilegio, quod facilius tollitur, quam ius commune l. eius militis §. militia miſſus ff. de teſtamento militari; nos autem loquimur de diſpoſitione iuris communis, ſecundum quam abſolute acta iudicialia petenti, cuius interſit, edi debent, vt in dicta l. 2. C. de eden. & in l. 1. § editiones ff. eodem.

7 Minus obſtat textus in dicta l. ſi quando, quia non habet locum in actis, quæ communia ſunt, & partibus indiſtincte edi debent, vt in l. 1. C. vt lite pendente, & in c. quoniam contra de probat. Vnde reſoluendum eſt acta iudicialia edenda eſſe petẽti in 2. inſtantia, licet in prima nõ petierit contra Decium in dicta l. 2. n. 32. qui negat melioris conditionis eſſe contumacem quam præſentem: etiam ſi præſenti exhibeantur acta, quia cõtumax tenetur reficere expenſas l. ſancimus C. de iudic. & ita deterioris conditionis eſt. Sed hoc fundamentum non concludit, quia etiam ille qui præſens fuit, propter eius negligentiã tenetur ad expenſas retardati proceſſus l non ignorat Codic. de fructibus & litium expenſis. Vnde ſi non admitteretur ad petitionem actorum, deterioris conditionis procul dubio eſſet, & ita poſt antiquiores, quos referunt Decius ſupra nu. 32. Cagnol. 52. cum ſequentibus, in praxi obſeruatur, præſenti enim datur copia cum termino ad reſpondendum.

SVMMARIVM.

1 *Edicio actorum iudicialium deſeruit ad inueſtigandam veritatis fidem.*
2 *Ratio naturalis non patitur, vt ex facto vnius alteri grauamen inferatur.*
3 *Valet argumentum de teſtibus, ad inſtrumenta, & teſtes non probant niſi aduerſario citato.*
4 *Res inter alios acta alijs non nocet.*
5 *Si pronunciatum fuerit in officioſum teſtamentum, ſuccedit ſuus hæres, & legata, & libertates in illo relicta non debentur.*
6 *Popularis actio dicitur illa, quæ ius populi tuetur.*
7 *Res iudicata pro veritate habetur.*
8 *Sententia lata in cauſa filiationis inter patrem, & filium prodeſt, & nocet. omnibus alijs, quibus ex ea radice ius aliquod competit.*
9 *Diſtinctio Alexandri, & Decij pro concordia vtriuſque opinionis aſſignatur.*
10 *Improbatur ſuperior diſtinctio.*
11 *Quedam Con. reſolutio aſſignatur.*
12 *Interpretatur textus in l. ingenuum ff. de ſtatu hominum, & in l. Pap. §. ſi. ff. de inofficioſo teſtam.*

Acta in vno iudicio facta, an faciant fidem in alio, quo ad diuerſas perſonas.

QVÆSTIO XXXV.

1 REſoluimus in præcedenti quæſtione acta iudicialia edẽda eſſe. Merito igitur dubitare poſſumus ad quid deſeruiat actorum editio, vt rationem textus in dict. l. 2. inuenire valeamus. Cui dubitationi reſpondet Imperator, ibi ad inueſtigandam veritatis fidem deſeruire, & I.C. in l. ſi. in fin. ff. de probat. Sed vtriuſq; ſententia maximã in ſe cõtinet difficultatẽ ex eo, ꝙ editio actorum iudicialiũ non facit probatiõnẽ aduerſus eũ, cõtra quem producuntur, cùm res inter alios acta alijs non præiudicet l. 1. C. res inter alios acta cum ſimilibus, ergo non deſeruit ad inueſtigandam veriatis fidem.

Cuius difficultatis occaſione ſe ſe nobis offert diſputãda appoſita quęſtio, an acta

facta

Google

facta in vno iudicio, faciãt fidẽ in alio, quo ad diuerſas perſonas; cuius negatiua vltra textũ in d.l. 1.& in l. ſępe ff. de re iud. & in l. ſed ſi poſſeſſ. §. fin. cum l. ſeq. ff. de iure iurand. probatur ex ſequentibus.

2 Primo nam ratio naturalis non patitur vt ex facto vnius alteri grauamen inferatur l. fancimus C. de pęnis.

3 Secundo nam valet argumentum de teſtibus ad inſtrumenta l. in exercendis C. de fide inſtrum. ſed teſtes non probant niſi aduerſario citato l. ſi quando C. de teſt. c. 2. extra eodem tit. ergo nec acta iuditialia facta in vno iuditio probabunt in alio inter perſonas in primo non citatas, & conſequenter illorum editio non deſeruit ad inueſtigandam veritatis fidem.

4 Tertio pro hac ſententia facit textus elegans in l. lutius ff. de his qui notantur infamia, vbi cum dubitaretur, an teſtes, quos iudex reprobauit in vno iuditio quaſi ex falſo teſtimonio, inter infames habeantur *Paul. reſp. nihil proponi cur ij, de quibus quæritur, infamium loco haberi debeant: cum non oporteat ex ſententia ſiue iuſta ſiue iniuſta pro alio habita, alium prægrauari*. Facit etiam textus elegans in l. denuntiare §. quæritur ff. ad l. Iulian. de adulterijs, ibi *ſi condemnatus fuerit, mulier non eſt condemnata, ſed aget cauſam ſuam, &c.* Quam ſententiam probarunt gl. in d.l.2. quam ſequuntur communiter doctores ibi ex Dec. nu. 44. Cag. nu. 105. Alciat. nu. 59. & Bart. in rub. & in l. 1. C. res inter alios acta Tiraq. in tractatu res inter alios acta Cou. prat. q. c. 13. 14. & 15.

5 Sed contraria ſententia nempe acta vnius iudicij in alio fidem facere etiam quo ad diuerſas perſonas, ex ſequentibus probatur. Primo ex textu in l. Papinianus §. fin. ff. de inofficioſo teſtam. vbi ſi pronunciatum fuerit inoffitioſum teſtamentum, ſuccedit ſuus hæres, & legata, & libertates in illo relictæ non debentur, ergo acta in vno iudicio, fidem faciunt in alio etiam inter diuerſas perſonas.

6 Secundo facit text. in l. eum qui §. in popularibus ff. de iure iur. & in l. 2. ff. de popul. acti vbi cum popularis actio dicatur illa, quæ ius populi tuetur, vt in l. 1. ff. eodem ait I.C. in d. §. in popularibus, quod ius iurandum in ea actione exactum, prodeſt etiam eis, à quibus exactum non eſt.

7 Tertio nam res iudicata generaliter pro veritate habetur l. ingenuum ff. de ſtat. hominum, ergo ſententia lata in vno iudicio generaliter fidem facit in alio: cum alias non haberetur pro veritate.

8 Quarto facit textus in l. 1. §. fin. cum l. ſeq. ff. de lib. agnoſcend. vbi ſententia lata in cauſa filiationis inter patrem, & filium, nocet, & prodeſt omnibus alijs, quibus ex ea radice ius aliquod competit. Ex quibus recte probatur acta iudicialia vnius iudicij fidem facere in alio etiam quo ad perſonas in eis non contentas.

9 In qua opinionum contrarietate dixerunt Alexand. Dec. & Cag. vbi ſupra acta iudicialia quo ad diuerſas perſonas fidem non facere ſi agatur de iure, ſecus autem ſi agatur de facto, nam ſi legatum alicui ſit relictum ſub conditione ſi ſententiam obtinuerit, ſententia probabit conditionem impletam eſſe, vt hæres teneatur legatum præſtare: quia conditionis implementum in facto conſiſtit l. qui hæredi ff. de condit. & demoſtrat. ſic etiam cum ad conueniendum fideiuſſorem, ſit neceſſaria excuſſio rei principalis, iuxta textum in auth. præſenti C. de fideiuſſ. ſententia lata contra reum principalem probabit excuſſionem factam eſſe, vt fideiuſſor poſſit exequi ex doctrina Bartoli in l. hoc iure ff. de verb. obligat. Item inſtrumentum depoſiti probat factum deponendi etiam inter diuerſas perſonas l. deſiderium C. depoſit. quia hæc omnia conſiſtunt in facto: nam ſi in iure conſiſterent, non præiudicaret alijs, ſi Alexand. Dec. & Cag. vbi ſupra credimus.

10 Sed hæc diſtinctio nullo modo ſuſtineri poſſe videtur: cum in d. l. Papinianus §. fin. de inoff. teſtam & in alijs iuribus ſupra pro affirmatiua adductis agatur de iure, & nihilominus probant etiam inter diuerſas perſonas acta facta in vno iudicio, in alio fidem facere.

11 Quare Cou. d. cap. 13. num. 14. reſpondet ſententiam inter quoſdam latam, regulariter alijs nocere, & prodeſſe quo ad aliqualem pręſumptionem: nam oritur etiam inter alios præſumptio in fauorem illius, pro quo lata fuit ex ſententia gloſ. Bart. & DD. in l. ſi duo pat. ff. de iure iurand. & Alex. in l. ſæpe num. 70. ff de re iudicata, quale vero ſit hoc præiudicium, & quanta ſit hæcque præſumptio, arbitrio boni viri relinquendum eſt, qui attentis

meritis cauſę negotij, & perſonarum qualitate iudicare poterit quanta ſit præſumptio, quantumq; præiudicium ex tali ſententia oriatur.

12 Vel ſecundo reſpondendum eſt cum eodem Cou. & melius meo iuditio, ſępiſſimè contingere ſententiam latam inter alios, ius facere, & alijs prodeſſe, & nocere propria vi, & natura eiuſdem abſque aliquo accidenti, veluti ſi lis tractetur cũ legitimo contraditore, a quo aliorũ ius in eadem re deriuatur, & oritur, tunc etenim ſententia lata in eius fauorem, vel cõtra eum, nocet, vel prodeſt alijs etiam ſi cum eis nihil actum ſit, vt in ſpecie textus in l. 1. §. fin. cum l. ſequent. ff. de lib. agnoſcend. vbi cum filiationis cauſa tractata fuerit cum patre, à quo filiatio propria deriuatur, præiudicat cęteris, ex eo deſcendentibus. Quod ſi lis agitata non fuiſſet cum patre, quem iſta cauſa præcipuè tangit, ſed cum alio ex linea tranſuerſali, ſententia non præiudicaret alijs de linea directa, nec prodeſſet vbi actum eſſet de priuato comodo cuiuſq; eorum textus optimus in l. duob. ff. de liberali cauſa l. 1. l. patron. ff. ſi lib. ingen. eſſe dic.

Quæ reſolutio adeo in ſe vera eſt, vt etiã quoad munera publica procedere debeat, vt in dicta l. 2. ff. de popul. act. cum ſimilibus ſupra adductis nu. 6.

Vnde oritur reſponſio, & intellectus ad textum in dicta l. ingenuum cum ſimil. ff. de ſtatu hominum, vbi ſententia lata in cauſa ingenuitatis, alijs nocet, & pro veritate habetur, quia cum legitimo contradictore fuit diſcuſſa illa ingenuitatis cauſa, quo caſu alijs nocet, & prodeſt ſecundum qualitatem negotij, & perſonarum ex ratione ſupra proximè adducta, quo modo etiam intelliges textum in dict. l. Papin. §. fin. ff. de inoffic. teſtam.

Præterea ſententia lata inter alios alijs prodeſt, & nocet propria vi, & natura ipſius, ſi fuerint citati, vel certiores facti ante illius ſententiæ pronunciationem, vt colligitur ex l. ſepæ ff. de re iud.

SVMMARIVM.

1 *Acta iudicialia facta in vna inſtantia, an probent in alia, quoad eaſdem perſonas.*

2 *Perempta inſtantia deficit auctoritas, & fides eorum, quæ acta ſunt.*

3 *Alienatio perempta inſtantia valet.*

4 *Acta vnius iudicij, in quo quis ſolutus eſt a tutela, non probant remiſſionem alterius tutelæ vel curæ.*

5 *Exceptio rei iudicatæ obſtat quoties eadem quæſtio inter eaſdem perſonas reuocatur.*

6 *Geſta, quæ ſunt translata in publica monumenta, perpetuam habent firmitatem,*

7 *Valet argumentum de teſtibus ad inſtrumenta.*

Et teſtium depoſitiones vnius inſtantię probant in alia.

8 *Interpretatur textus in l. 2. ff. iudicat. ſolui.*

9 *Fideiuſſor ſtrictè obligatur, & ideo obligatio ab eo facta in prima inſtantia, non nocet illi in ſecunda.*

10 *Vera ſolutio ad textum in l. qui ſpadoni §. qui abſolutus ff. de excuſat. tut. aſſignatur.*

Acta in vno iudicio facta, an faciant fidem in alio quo ad eaſdem perſonas?

QVÆSTIO XXXVI.

1 REſolutioni proximę præcedentis quæſtionis, proxima eſt diſputatio pręſentis an ſcilicet acta iudicialia facta in vno iudicio, probent in alio quo ad eadem pſonas? cuius negatiua ex ſequentibus probari videtur.

2 Primo nam perempta inſtantia deficit authoritas, & fides eorum, quæ acta ſunt l. hos accuſare §. 1. ff. de accuſat. l. 2. ff. iudicat. ſolui, ergo non inducunt probationem.

Se-

Secundo facit textus in l. cum lite ff. iudicat. ſolui ibi *cum lite mortua nulla res ſit, ideo conſtat fideiuſſoris ex ſtipulatu iudicatum ſolui non teneri*, & in l. non à iudice ff. de iudic. ibi *ſi quis alio iudicio acturus iudicatum ſolui ſatis acceperit, deinde in alio iudicio agat, non committetur ſtipulatio; quia de alia re cautum videtur*. Ex quibus iuribus conſtat obligationem à fideiuſſore factam in vno iudicio ei non nocere in alio.

3 Tertio nam alienatio perempta inſtantia valet, neque acta primæ inſtantiæ fidem faciunt, ſeu probationem inducunt in alia l. 1. Cod. de. præſcript. longi temporis, ibi *cum poſt motam, & obmiſſam quæſtionem res ad noua dominia bona fide tranſierint, & exinde noui viginti anni interceſſerint ſine interpellatione, non eſt inquietanda, quæ nunc poſſidet perſona*.

4 Quarto facit textus in l. ſpadonem §. qui abſolutus ff. de excuſationibus tutorum, ibi, *qui abſolutus eſt à tutela, vel cura, non omnino depoſitionibus apud acta ad remiſſionem alterius tutelæ, vel curæ vtetur*. Ex quibus omnibus iuribus probari videtur, acta in vno iudicio facta, etiam quo ad eaſdem perſonas, in alio probationem non inducere.

5 Sed contrariam ſententiam veriorem, & ſecuriorem iudico ex ſequentibus. Primo ex textu in l. iubemus Cod. de liberali cauſa cum alijs iuribus, & rationibus in præcedenti quæſtione adductis à nu. 5. Secundo ex l Iulianus ff. de exceptione rei iudicatæ, vbi dicitur *Iulianus lib. 3. Digeſtorum reſpōdet exceptionem rei iudicatæ obſtare quoties eadem quæſtio inter eaſdem perſonas reuocatur*. Tertio facit textus in l. ſi quis, in principio ff. eodem titulo, ibi *ſi quis cum totum petijſſet, partem petat, exceptio rei iudicatæ nocet*.

6 Quarto hæc ſententia probatur ex l. fi. C. de re iud. cuius hæc ſunt verba *geſta quæ ſunt tranſlata in publica monumenta, habere volumus perpetuā firmitatem, neque enim perire debet publica fides*.

7 Quinto, nam valet argumentum de teſtibus ad inſtrumenta l. in exercendis C. de fide inſtrumentorum, ſed teſtium depoſitiones in vna inſtantia factæ, fidē faciunt in alia c. cauſam quæ extra de teſtibus, ergo acta facta in vno iudicio, fidem faciunt in alio quo ad eaſdē perſonas. Quam ſententiam, & opinionem vt veriorem defendit Dec. in d. l. 2. nu. 44. & nu. 53. cum ſequentibus vbi plures hanc ſententiam tenentes refert.

8 Neque obſtant fundamenta pro contraria adducta, nam ad primum de textu in d. l. cum mortua ff. iudicatum ſolui, cui variæ aſſignātur ſolutiones, breuiter reſpondendum eſt, acta iudicialia in vno iudicio ſeu inſtantia facta, ea per empta, derire etiam, & probationem non inducere, quatenus illa acta reſpiciunt ordinem iudicij, non tamen quo ad alios effectus v3. quo ad vitiū litigioſi proceſſus in fidem quæ naſcitur ex litis conteſtatione: nam quo ad hos, & ſimiles effectus, etiā in alia inſtātia fidem faciunt, quo ad eaſdem perſonas vt in ſpetie text. in l. more C. de rei vendicat. iuncta l. ſi poſt acceptum ff. eodem, & ita probant Alc. nu. 71. & Dec. 53. & Cag. 132. in d. l. 2. quo modo reſpondendum eſt ad tex. in d. l. 1. C. de præſcrip. longi temporis, cui moderni reſpondent adhibita illa deſtinctione, nempe quod reſpectu perſonarum litigantium faciant fidem, & probationem acta primę inſtātiæ; reſpectu verò rei, ſuper qua litigatur non inducant probationem, & ſic alienatio valeat.

9 Minus obſtat text. in d. l. eum qui ff. iudicatum ſolui, nā loquitur de fideiuſſore, qui ſtricte obligatur, & ideo nimirum ſi obligatio facta in prima inſtantia non noceat in ſecunda vt ibi dicitur, fideiuſſor etenim ſe obligauit iudicatum ſoluere in illa inſtātia, vnde ſi agatur poſtea in ſecunda, illi nō nocet ex l. idem quæritur §. qui impleto ff. locati l. Labeo la ſeconda §. fin. ff. de arbitris, & eſt communis opinio ſecundum Viuianum lib. 2. communi opinionum concl. 210. Ant. Gab. lib. 3. communium contra cōmunes tit. de fid. conc. 3. maxime cum per appellationem extinguatur prima inſtantia, in qua iudicatum ſolui promiſerat fideiuſſor l. 1. §. fin. ff. ad turpil. l. 2. §. fin. ff. de pęnis, l. furti in principio ff. de his, qui notantur infamia.

10 Denique non obſtat text. in l. qui ſpadonem §. qui abſolutus ff. de excuſationibus tutorum, nam cum diuerſę conſiderentur cauſæ, propter quas excuſari quis poſſit a tutela, vel cura, de quibus in tit. ff. C. & inſt. eodem, poteſt euenire, quod tempore, quo fuit quis a tutela abſolutus,

vigeat cauſa excuſationis, quæ ex poſt facto non vigeat, veluti in caſu leg. 2. §. remittit ff. eodem vbi remittit a tutela vel cura liberorum multitudo, & poteſt eſſe, quod licet fuerit abſolutus propter hanc cauſam, ex poſt facto ceſſet, vt in dicta l. 2. §. oportet, & ita nimirum ſi ex poſt facto etiam ſi liberos viuos nō habet tutelā ſuſcipere cogatur, et ſic acta facta in vno iudicio non probāt in alio quo ad eaſdem perſonas ibi.

SVMMARIVM

1 *Fructus illi dicuntur, qui deductis neceſſarijs vel vtilibus expenſis quærendorum, colligendorum, cōſeruandorumque fructuum cauſa factis, remanent.*
2 *Impenſæ factæ pro cuſtodiendis fructibus pendentibus an ſint neceſſariæ, & ſic deducendæ?*
3 *Iuſtę impenſæ ſunt deducendæ.*
4 *Fructus rei pignoratæ non pertinent ad creditorem illam poſſidentem.*
5 *Expenſæ factæ in ædificando in ſolo alieno, cedunt ſolo.*
6 *Creditor expenſas facit in re communi, ſi illas facit in re pignoris ſibi data pro recolligendis fructibus ex ea.*
7 *Fructus vere non dicuntur, niſi deductis expenſis factis pro recolligendis, conſeruandis, & tuendis eis.*
8 *Ponderatur tex. in l. ſi ita §. ſi. ff. de fundo inſtructo.*
9 *Quæ dicantur expenſæ factæ fructuum quærendorum colligendorum, tuendorum, & conſeruandorum cauſa.*
10 *Interpretatio tex. in l. cum quæreretur §. prædijs ff. de lega. 3.*
11 *Creditor tenetur reſtituere debitori fructus perceptos, & quos percipere poterat ex re pignorata.*
12 *Interpretatur tex. in l. ſumptus ff. de rei vindic.*

Impenſæ factæ pro cuſtodiendis, & tuendis fructibus pendentibus, an ſint tanquam neceſſarię deducendę.

QVÆSTIO. XXXVII.

1 FRuctus dictante naturali ratione, illi intelliguntur, qui deductis neceſſarijs, vel vtilibus moderatis expenſis quærendorum, colligendorum, conſeruandorumq; fructuum cauſa factis, remanent vt probant vltra Abb. & Bero. a numer. 106. in cap. 1. de vſur. Bart. in l. ſi non ſortem §. ſi certum ff. de condit. indeb. Henricus Canic. de vſur. cap. 5. numer. 8. & 9. & ita fructus ex re pignorata perceptos, computandos eſſe in ſortem principalem deductis expenſis dicitur in d. cap. 1. & ſimilibus. Impenſæ autem huiuſmodi debent eſſe neceſſariæ, vt optime aduertit gl. ibi ver. impenſis arg. tex. in l. in ſumma C. de pignorib. vbi impenſæ neceſſariæ, quas fecit creditor circa rem pignoratam, augere dicuntur ſummam debiti, adeo quod rem pignoratā poterit creditor retinere, nō dū ratione debiti principalis, ſed etiam ratione impenſarum neceſſariarū quoniam illæ augēt debitū.

2 Maior tamen dubitatio eſt an impenſę factę pro cuſtodiendis fructibus pendentibus imponēdo, ſ. Cuſtodem, & Saltuarium dicantur neceſſariç, & conſequēter ſint deducendę? & deducendas non eſſe, nec fructus minuere tenuit Bart. in l. cum quæreretur in §. prædijs ff. de leg. 3. cuius opinio, & ſententia ex ſequentibus probatur.

3 Primo ex tex. in l. 1. C. de fruct. & litiū expenſis, pro cuius inductione aduertas, quod in d. l. 1. probatur iuſtas impenſas deducendas eſſe ex fructibus. ſed iuſtæ impenſæ ſunt quæ fiunt gratia quærendorū fructuum, non autē tuendorū, & cuſtodiēdorū, vt probatur ex d. l. cū quęreretur §. ſi. ff. de leg. 3. ergo impenſæ factę in ponendo cuſtodem, & ſaltuarium non ſunt neceſſariç, nec ex fructibus deducendæ.

4 Secundo nā creditor rē pignoratā poſſidens ſcit, vel ſcire debet fructus illos non

ad

ad ipſum, ſed ad debitorem pertinere iuxta regulam text. in l. 1. l. 2. l. fin. C. de pignoratit. act. l. fin. C. de partu pignorum, nec rem pignoratam, quam poſſidet ſuam eſſe, nec tanquam dominum illam poſſidere, ſed nomine debitoris veri illius rei domini iuxta l. pignori ff. de vſucap. & l. quæcunq; §. 1. ff. de public. in rem act. l. pignus C. de pignoratit. act. Sed ſic eſt, quod expendens ſcienter in rem alienam, nec impenſas deducere, nec petere poteſt ergo nec factas pro recolligendis, nec pro cuſtodiendis fructibus creditor deducere ex eis poterit.

5 Quod autem expendens ſcienter in rem alienam, impenſas deducere ex ea non poſſit, probat imperator in §. ex diuerſo in fin. inſt. de rer. diuiſ. vbi conſtituit, quod ſi in alieno ſolo quis ædificauerit, ædificium, & expenſas in eo factas petere, ſeu vindicare non poſſit, quia domino ſoli cedunt, ergo ita, & eodem modo dicendum eſt in caſu noſtræ quæſtionis, vt ſcilicet creditor repetere non poſſit expenſas factas in pignore ſibi dato, cum ſciat in aliena re eſſe factas. Tertiò pro hac Bart. ſententia facit, nam licet creditor bona fide prædium ſibi in pignus conſtitutum poſſideat, nihilominus ſumptus, & expenſas à ſe in eo factas petere non poteſt vt expreſſe probat text. in l. ſumptus ff. de rei vindicat. Quarto, & vltimo facit doctrina Corne. conſ. 214. nu. 2. dicentis in re communi expenſas factas neminem deducere ſeu petere poſſe, ſed creditor in recolligendis aut cuſtodiendis fructibus collectis, vel non collectis expenſas faciens, vtique illas facit in re communi ergo illas deducere, aut repetere non poterit.

6 Quod autem expenſas faciat in re communi probatur ex finalibus verbis §. his verbis l. prætor ff. de bonis auctorit. iud. poſſ. ibi *quia hic quoq; creditor commune non alienum negotium geſſiſſe videtur.* expenſę enim in re pignorata factę non ſolum concernunt vtilitatem veri illius domini, ad quem fructus pertinent ex ea percepti, & qui percipi poſſ. vt in l. 1. & 2. C. de pignorat. act. & in l. 2. C. de partu pignor. Sed etiam creditoris qui ſperat ex ipſis fructibus conſequi ſuum creditum, per compenſationem illorum cum ſorte principali ſecundum regulam cap. 1. de vſuris, & ſimilium. Quam quidem ſententiam, & opinionem, licet his non adductis fundamentis, & rationibus defendit Bart. in d. l. cum quęreretur §. prædijs ff. de legat. 3.

7 Sed contraria ſententia nempe expenſas factas in re pignorata a creditore pro recolligendis, & cuſtodiendis fructibus, deducendas eſſe longe verior eſt, quæ ex ſequentibus probatur. Primo nam fructus quidem non dicuntur, niſi deductis expenſis l. fructus ff. ſol. matrim. l. ſi à domino §. fructus ff. de petit. hæred. l. 1. C. de fruct. & lit. expenſ. c. vobis 12. q. 2. non ſolum factis pro recolligendis fructibus, ſed etiam pro conſeruandis, & tuendis vt eſt notab. glo. in d. l. 1. C. de fruct. & lit. expenſ. iuncta d. l. ſi à domino in fin. ff. de petit. hæred. ergo ad hoc vt reſtituantur fructus rei pignoratæ, vel cōputentur, in ſortem, neceſſario deduci debent expenſæ factæ in tuendis fructibus adhuc pendentibus.

8 Secundo hæc ſententia probatur ex l. ſi ita §. fin. ff. de fundo inſtructo, vbi ſi legetur fundus in ſtructus, ne dum in legato continetur cuſtos villæ perpetuus, ſed etiam ſaltuarius, qui adhibetur vt agrum cuſtodiat, ne illius aliquid occupent vicini, aut alij agricultores.

9 Tertio facit text. in d. l. ſi à domino in fin. ff. de petitione hæred. vbi I. C. Paulus in hæc verba, *fructus intelliguntur deductis expenſis, quæ quærendorum, colligendorum conſeruandorumque eorum gratia fiunt.* Sed fructuum quærendorum cauſa fiunt expenſæ prout declarat text. in l. inſtrumenta ff. de fundo iſtructo. Colligendorum cauſa dicuntur fieri impēſæ ſecūdū declarationē gl. in d. §. fructus; conſeruandorum autem gratia dicuntur impenſæ quæ fiunt, ne dum pro conducendis granarijs in quibus fructus cuſtodiuntur, vt in l. quæſitum §. conſeruandi ff. de fundo inſtructo, ſed etiam in retinendo ſaltuarium, & cuſtodem, qui cuſtodiendo conſeruare dicitur fructus in d. l. quæſitum § ſaltuarium iuncta d. l. ſi ita in fin. ff. de fundo inſtr. ergo neceſſario dicendum eſt expenſas factas nō ſolum pro conſeruandis, & recolligendis fructibus rei pignoratæ; ſed etiam pro eis tuendis imponendo ſaltuarium, & cuſtodem deducendas eſſe ex fructibus illius. Quam ſententiam vt veriorem tenuit, & defendit Bal. in d. l. 1. C. de fruct. & lit. expenſ. col. 2. & ſingularem eſſe dicit Rom ſingul. 332. Bero. vbi ſupra nu. 96. cum pluribus relatis

relatis à Barboſa in l.diuortio §.fi.ff. ſoluto matrim.

10 Nec obſtant in contrarium adducta, nam Bero. in cap.1.de vſur. num.96. pro concordia vtriuſq; opinionis reſpondet opinionem Bart. procedere quando impenſæ factæ fuerant pro cuſtodiendis fructibus ad tempus, nam talis cuſtodia pertinet ad creditorem, qui poſſidet; contraria vero procedat in impēſis factis pro cuſtodiendis fructibus perpetuo quæ ad dominum rei pignoratæ, hoc eſt ad debitorem pertinent, ex ſententia Alex. in l.fi. ff. de impenſis in reb. dotal. factis per tex. ibi. Vel aliter reſpondendum eſt; nempè ad primum de tex. in d. l. cum quæreretur §.prædijs ff.de leg.3. reſpondendum eſt ideò ibi non comprehendi in prædijs legatis, saltuarium, quia ſolum fuerant legata prædia, & quæ eorum prædiorum colendorum cauſa empta parataq; eſſent: Vnde cum saltuarius non veniat nomine eorum, qui colendorum prędiorum cauſa parata ſunt, vt ibi dicitur, ideo legato illo non comprehenduntur, ſed comprehenduntur in caſu noſtro ex his, quæ latè diximus ſupra in tertio fundamento.

11 Nec obſtat ſecundum de text. in d.§.ex diuerſo inſt.de rerum diuiſione, nam ideo non poſſunt vindicari expenſæ factæ in ædificio facto in ſolo alieno: quia cum sciret, vel ſcire deberet ſuum non eſſe, voluntate eius præſumuntur donatæ domino ſoli, vt ibi dicitur, at vero in caſu noſtro non poteſt pręſumi donatio expenſarum, quia non præſumitur quando poteſt vero ſimiliter ſub eſſe alia cauſa iuxta l.ſi cum aurum ff. de ſolut. l.cum de indebito ff.de ſolut. vnde cum creditor teneatur reſtituere debitori fructus perceptos, & quos percipere poterit ex re pignorata, vt in d.l.2.C.de partu pign. cum ſimil. iuncta l.creditor. 2. C. de pignoratitia actione. Rectè ſequitur præſumptionem donationis ceſſare, & ſic deducendas eſſe expenſas ex ipſis fructibus ex noſtro tex. & ſimil.

12 Nec obſtat 3.de l.ſumptus ff.de rei vindic. nam tex. non negat deduci poſſe expenſas de fructibus, ſed dicit quod ſi non fuerint deductæ, non poſſint peti, niſi per exceptionem doli mali, vt conſtat ex litera text.

Deniq; non obſtat vltimum, nam breuiter reſpondendum eſt veram non eſſe doctrinam Cornei ſupra dicentis expenſas factas in re communi neminem deducere, ſeu petere poſſe: cum contrarium expreſsè cautum ſit in d. §. his verbis ibi. *Generaliter etiam dicendum eſt quidquid impendit in rem, ſi modo ſine dolo malo impendit, petere eum poſſe*. Ex quibus expreſsè deducitur creditorem deducere, ſeu non deductas expenſas factas, nō ſolum in recolligendis, ſed etiam in cuſtodiendis fructibus rei pignoratæ petere poſſe ex d.c.1.& ſimilibus, iūctis his, quę ſupra proximè diximus pro vera huius quæſtionis reſolutione.

SVMMARIVM.

1 *Clerici, & moniales religionum militarium officiorum Ciuilium incapaces ſunt.*

2 *Appellatione clericorum parochialis Eccleſiæ, non veniunt Clerici Collegiatæ.*

3 *Statutum ſtricti iuris, & in ſtricta ſignificatione accipiendum.*

4 *Statutum prohibitiuum debet ita interpretari, vt minimum quidem lædat.*

5 *Diſpoſitio odioſa concepta erga religioſos, non comprehendit niſi eos, qui ſecundum proprietatem vocabuli, & verborum religioſi dicuntur.*

6 *Statutorum verba ita debent interpretari, vt aliquid operentur.*

7 *Verba ſunt intelligenda ſecundum communem loquendi vſum, & ea dicitur propria ſignificatio.*

8 *Etiam in odioſis fit extenſio ad caſum, qui largè ſumpto vocabulo comprehenditur ſub expreſſo.*

9 *Equites Hieroſolymitani non poſſunt ad officia ciuilia aſſumi ſtante ſtatuto, quod religioſi ad illa non aſſumantur, aliorum autem ordinum militarium equites poſſunt.*

10 *Interpretatur text. in l.2. ff. de his qui not. infamia.*

Stan-

Stante ſtatuto quod religioſi non aſſumãtur ad aliquod officium ciuile, an poſsint ad illud admitti profeſsi in aliqua religione militari?

QVAESTIO XXXVIII.

1 MAxima dubitatio eſt an ſtante ſtatuto quod religioſi non aſſumãtur ad aliquod officium communitatis, poſſit admitti ad illud profeſſus in aliqua religione militari? Ad cuius quæſtionis intelligentiam præmitto quæſtionem noſtram non eſſe tractandam de clericis, & monialibus harum religionum militarium: cum tales proculdubio officiorum ciuilium ſint incapaces, vt per tot. tit. ne clerici, vel monach. ſed de ſecularibus profeſſis in huiuſmodi religionibus. Quo ſuppoſito videtur dicendum tale ſtatutum non comprehendere huiuſmodi religioſos militares, & ſic rectè poſſe aſſumi ad aliquod officium ciuitatis ex ſequentibus.

2 Primo ex tex. in c. ſtatutum de electione lib. 6. vbi ſtatutum de clericis Eccleſiarum parochialium, non comprehẽdit clericos collegiatæ Eccleſiæ: quia ij appellatione illorum nõ continentur ſecundum ſtrictam verbi ſignificationem, ergo nec equites militares contineri poſſunt in prædicto ſtatuto, ſiquidem non ſunt propriè ſimpliciter, & abſolutè religioſi, vt ſupra probaui 1. p. quæſt. 10.

3 Secũdo nã ſtatutũ hoc eſt ſtricti iuris, & in ſtricta ſignif. accipiendũ iuxta tex. in c. cum dilecti, de conſuet. & c. in noſtra de iur. iur. ſed equites militares nõ cõprehẽduntur ſub ſtricta ſignificatione verbi *religioſi*: cum non emittant tria illa ſolemnia vota ſimpliciter, & abſolutè, vt ſupra prima parte d. q. 19. probaui, ergo non cõprehenduntur ſub tali ſtatuto.

4 Tertio, nam ſtatutum hoc eſt prohibitorium, & iuris communis correctiuum cum eos excludat, qui alias non erant legibus excepti, ſed tale ſtatutum prohibitiuum debet ita interpretari, vt minimũ quidem lædat. per reg. odia in 6. ergo non comprehendit equites militares.

5 Quarto, & vltimo, nam certiſſimi, & indubitati iuris principiũ eſt in materia aſtra diſpoſitionẽ odioſam conceptã erga religioſos, non cõprehendere, niſi eos, qui ſecundũ proprietatẽ verborũ, & ex ſtricta ſignificatione vocabuli religioſi dicuntur ex ſent. Abb. in rub. de regul. ſed equites militares nõ ſunt verè, & propriè religioſi abſolutè, ergo dicendũ eſt non comprehendi ſub dicto ſtatuto, & conſequẽter ad officia ciuitatis aſſumi poſſe, cuius ſentẽtiæ fuit Abb. vbi ſup. nu. fi. verſ. ego dubito.

6 Sed contrarium ex diametro reſpondit Anchar. in d. rub. nu. fi. v3. equites militares cõprehendi ſub tali ſtatuto, & ſic non poſſe ad aliquod officiũ cõmunitatis aſſumi, quæ probatur ex seqq. fundamentis. Primo, nam ſtatutorũ verba ita ſunt accipienda, vt aliquid operẽtur, vt probat Io. And. & Petr. de Anchar. & Abb. ibi nu. fi. ex tex. in l. 3. §. hęc autẽ verba ff. de negot. geſt. ſed ſi hoc ſtatutũ non cõprehenderet equites militares, nihil operaretur vltra ius cõmune, quo clerici, & Monachi ſunt prohibiti officia ſecularia exercere, vt in d. tit. ne clerici, vel Monachi. ergo, vt aliquid operetur debet de eis etiã intelligi?

7 Secundo, nam verba ſunt intelligenda ſecundũ cõmunem loquẽdi modũ l. librorũ §. quod tamẽ Caſsius ff. de leg. 3. l. labeo ff. de ſuppell. leg. l. cum de lanionis §. aſinã ff. de fundo inſtr. & ea ſignificatio dicitur propria l. anniculus ff. de verb. ſignif. cap. quamuis extra eod. tit. ſed vſus, & vulgaris cõmuniſq; modus loquendi obtinuit, vt tales equites dicantur religioſi, ergo neceſſario comprehendentur ſub diſpoſitione ſtatuti.

8 Tertiò, & vltimo hæc Anchar. ſententia probatur, nam certiſsimum eſt huiuſmodi equites ſaltim largè ſumpto vocabulo comprehendi ſub nomine religioſorum: cum emittant tria illa ſubſtantialia vota licet non ſimpliciter, & abſolutè. Sed etiam in odioſis fit extenſio ad caſum, qui largè ſumpto vocabulo comprehenditur ſub expreſſo, vt ſuperius probaui ex l. 2. §. exercitum ff. de his qui not. infam. ergo dicendum eſt equites militares comprehendi, ſub ſtatuto loquente de religioſis, & conſequenter non poſſe aſſumi ad aliquod communitatis officium.

9 Inqua opinionum contrarietate exiſtimo diſtinguendum inter huiuſmodi ęquites, vt Hieroſolymitani comprǽhendātur ſub tali ſtatuto ſi quidem fratres;& religioſi ſint vt ſupra probauimus lib.1.Canonicarum quæſtionum d.quæſt.10. cum ſimpliciter emittant in ſuæ religionis profeſſione tria illa ſollemnia vota, & in his aliquid operetur ſtatutum hoc;profeſſi autem in ordinibus S. Iacobi Alcantarę, & Calatrabę non compręhendantur ſub eo, ſed poſſint magiſtratum gerere, & ad alia officia ciuitatis aſſumi prout quotidie, & vbiq;.aſſumūtur: iſti.n.cum non ſint vere & ſimpliciter religioſi non comprǽhenduntur ſub ſtatuto odioſo ex iuribus,& rationibus ſupra adductis.

Nec in contrarium, quid quam obſtāt fundamenta proxime adducta,nam ad primum breuiter reſpondetur quod ſufficit ad hoc, vt ſtatutū illud aliquid operetur, ꝙ ſub eo cōprǽhendātur fratres Hieroſolymitani qui alias a iure nō erant ſpecialiter excluſi ab officijs ciuilibus. Minus obſtat ſecundū,pro cuius ſolutione, cōſtitue hanc diſtinctionem, nam aut ex vſu communi loquendi verba ſumuntur ſecundum propriam ſignificationē aut extra,ſi ſecundum eam etiam in ſtatutis communis vſus plurimum valet ex ſupradictis in 2.argumento;ſi extra eam,nihil operatur ex Abbatis ſententia in cap.1.num.37.de iudic. vnde in quæſt. noſtra operatur ne ſit inutile ſtatutum quoad æquites Hieroſolymitanos, qui ſecundum propriam ſignificationem ſunt religioſi veri, non autem operatur quo ad alios:quia extra propriam ſignificationē ſunt religioſi, & ſic non compræhenduntur ſub ſtatuto.

10 Denique non obſtat tertium, & vltimum fundamentum de text. in dicta l. 2. §. exercitum ff. de his qui not. infam. cui breuiter reſpondendū eſt, ideo ibi extendi diſpoſitionem odioſam ad caſum in ea non compręhenſum,niſi large ſumpto vocabulo:quia ex parte odioſę diſpoſitionis verſabatur ius publicum, & reipublicæ fauor,ne delicta maneant impunita,iuxta l. ita vulneratus ff.ad l.aquil. c. vt fame de ſententia excom.at in caſu noſtro non ſolum non verſatur fauor reipublicæ ex parte odij, ſed potius odium maximum cum ab officijs ciuitatis excluderentur viri nobiles ſi in dicto ſtatuto compræhenderentur,vnde dicendum eſt nullo modo ſub eo compræhendi.

SVMMARIVM.

1 *Legatum ſub conditione* ſi hæres hæreditatem adierit, *relictum,an ſit conditionale,vel purum?*

2 *Dictio ſi conditionem importat, & conditio eſt futurus euentus, in quem diſpoſitio ſuſpenditur.*

3 *Si teſtator dicat* lego titio centum ſi alter ex his hæreditatem adierit, *erit conditionale,legatum.*

4 *Expraſſio eorum, quæ tacite inſunt, nihil operatur.*

5 *Legatum accipere nemo inuitus cogitur.*

6 *Non mutat conditionem quod in inſtrumento fideiuſſionis duorum, plurium ue dicatur quod ſinguli inſolidum teneantur.*

7 *Legata, & fideicommiſſa non debentur, niſi adſit hæres, qui eſt caput teſtamenti.*

8 *Dictio* ſi *aliquando ponitur pro* quia.

9 *Illa dicitur conditio neceſſaria, quæ proprie non eſt conditio.*

10 *Si plures ſint hæredes inſtituti, non eſt tacite neceſſarium, vt omnes adeant hæreditatem, niſi ſint hæredes neceſſarij.*

11 *Satutum diſponens id quod ius commune, non dicitur ſtatutum, ſed ius commune.*

12 *Interpretatur text.in l.ſi ita §.illi ſi volet ff.de leg.1.*

Legatum ita relictum [Quiſquis mihi ex ſupraſcriptis hæres erit,ab eo lego Titio centum; vel ſi hæres Seius erit, vel hæreditatē meam adierit,] an ſit condionale?

QVÆSTIO XXXIX.

PLuribus circunductam difficultatibus video quæſtionem iſtam licet fuerit Deciſa à I.C.in l.hæc verba 3. ff. de lega. 1. ex quo non purum, ſed conditionale eſſe huiuſmodi legatum reſpondendum videtur.

2 Pri-

2 Primo nam dictio ſi, de qua in noſtra quæſtione, conditionem facit l. ſi Titio in principio ff. quando dies leg. vel fideicom miſ. cedat l. qui promiſit ff. de condit. indeb. *qui promiſit* (inquit Celſus) *ſi aliquid à ſe factum ſit, vel cum aliquid factum ſit, ſe dare decem, ſi priusquam id factum fuerit, quod promiſit, dederit, nō videbitur feciſſe quod promiſit, atq; ideo repetere poteſt: ſub conditione enim promiſerat quæ eſt futurus euētus, in quem diſpoſitio ſuſpenditur*, vt definit Bart. in rubr. de condit. & demonſtrat. quem ſequuntur communiter DD. omnes teſte Spino in ſpeculo teſtam. gloſ. 14. princip. num. 4. & 5. atq; ita cum ante illius euentum ſoluerit, iure optimo repetere poſſe tanquam indebite ſolutum reſpondit Celſus in d. l. qui promiſit promiſſum enim conditionale interim non debetur pendente conditione l. legata ff. de condit. & demonſtr. l. cedere diem ff. de verborum ſignif. igitur ſi dictio ſi conditionem importat, vt probatum remanet, neceſſario dicendum eſt in ſpecie noſtræ quæſtionis legatum conditionale eſſe.

3 Secundo, nam quando teſtator inſtituit duos, vel plures hæredes, & ita dicit in teſtam. *lego Titio cētū, ſi alter ex his adeat hæreditatem*: illud legatum conditionale eſt, vt probat expreſſe I. C. in d. l. ſi Titio in fi. ff. quan. dies legati cedat ibi *ſi tamen duos hæredes inſtituam, & ſi alter ex his adeat hæreditatem, alicui legem, ab omnibus hæredibus non erit pro ſuperuacuo, hæc conditio, ſed in portione quidem cohæredis valebit*, igitur idem dicendum erat in noſtra quæſtione, in cuius ſpecie plures inſtitutos fuiſſe ſupponimus in illis verbis, *quiſquis mihi ex ſupraſcriptis hæres erit*, & ſub conditione ſi hæres erit Seius, vel ſi hæreditatem adierit legatum relictum fuit.

4 Tertio, & vltimo (vt alia fundamenta omnittam,) nam ſi propter aliquam rationem huiuſmodi legatum conditionale non eſſet, ea præcipua, & indubitabili; quia expræſſio eorum, quæ tacite inſunt, nihil operatur, vt infra dicam. Sed hæc ratio tanquam iuris diſpoſitioni expræſſe contraria, ſubſtinenda non eſt, igitur dicēdum eſt legatum, de quo in noſtra quæſtione agitur, conditionale eſſe.

5 Diſcurſus hic legitimus eſt: maiorem enim propoſitionem probant cōmuniter omnes ſcribentes in l. 3. ff. de leg. 1. & conſtat veram eſſe ex ſummario ipſius text. minorē aūt probat expreſſe text. in l. ſi ita 68. §. illi ſi volet ff. hoc tit. vbi I. C. Caius in hæc verba, *illi ſi volet ſticum do, conditionale eſt legatum, & non aliter ad hæredem tranſit, quam ſi legatarius voluerit, quamuis alias quod ſine adiectione (ſi volet) legatum ſit ad hæredē legatarij tranſmittatur: aliud enim iuris eſt ſi quid tacite continetur, aliud ſi verbis exprimatur*. Ecce vbi expræſſe conſtitutum extat expræſſionem eorum, quæ tacite inſunt, aliquid operari, .ſ. vt diſpoſitio illa ſit conditionalis, tacite enim inerat in illo legato, *ſi volet dictus legatarius*: nam de iure nemo inuitus cogi poteſt legatum accipere, licet ſint aliqui, qui hæreditatem adire etiam inuiti cogantur, vt ſerui proprij ſ. neceſſarius, & filius filia nepos neptis ve, & ſimiles de iure ciuili licet ſucceſſit de iure prætorio, vt in §. ſui aūt, & neceſſarij verſ. neceſſarij vero inſt. de hęr. qual. & dif. l. neceſſarijs ff. de acq. hæred. l. ſed & ſi ſub condit. ff. de hæred. qual. & dif. l. ex parte ff. de acq. hæred. igitur merito dicēdū eſt legatū de quo in q. noſt. conditionale eſſe.

6 Verū his difficultatibus, & dubitandi rationibus non obſtantibus, dicendum eſt huiuſmodi legatum conditionale nō eſſe exequentibus. Primo ex ratione l. non recte C. de fideiuſſ. & mandat. vbi Impp. conſtituunt nihil mutare conditionē, & conſtitutionē iuris, ꝙ in inſtrumēto fideiuſſionis duorum plurium ve appoſitum fuerit vt ſinguli inſolidum teneantur, nam & cū id non adijcitur. ſinguli tamen inſolidum tenentur. Quam rationem amplexus fuit Iaſ. in d. l. 3. n. 3. & Bar. in principio: quia idem eſſet etiam conditione non appoſita ex doctrina gl. verbo cōditionale in d. l. 3. ergo idē dicendū eſt in caſu noſtræ quæſt.

7 Secundo nam hæredis inſtitutio adeo neceſſaria eſt in teſtamētis, vt ea non facta inutile reddatur teſtamentum l. 1. ff. de hęred. inſt. l. inter cętera ff. delib. & poſt §. ante hæredis inſt. de leg. l. fin. de iure codic. §. in primis inſt. de fideicom. hæred. & aditio hæreditatis neceſſario requiratur, vt legata debeantur ſiue ex teſtam. ſiue ab inteſt. l. ſi nemo ff. de teſtamentaria tut. iūcta definit. legati a Iuſt. propoſita in §. 1. hoc tit. ibi *legatū itaque eſt donatio quædam à defuncto relicta, ab hærede præſtanda*. ſed expræſſio eorum, quę tacite inſunt, nihil operatur in d. l. non recte, ergo prædictum, legatum ſeu fidecōmiſſum conditionale

nale non eſt, & per cõſequens ad hæredes legatarij trãſmitti rectè poſſe dicendũ eſt. Expreſsio.n.in ſtatu conditionum, quę de neceſſitate inſunt, facit vt habeant figurã conditionum quo ad verba; non autẽ quo ad vim, & effectũ, vt elegãter notat Iaſ. in d.l.3.n.5.ex l.Cornelius ad fi.ſup. de hęr. inſt. Tertio, & vlt. facit tex. expreſsus, qui pro huius quæſtionis reſolutione fuit factus in l. hęc verba 3.ff.de leg.1.vbi ordinarij interpretes notant, & comprobant hanc ſententiam.

8 Qua opinione, vt veriori retenta, venio ad reſolutionẽ difficultatũ pro contraria ſupra propoſitarũ. Prima difficultas fuit de illa dictione, *ſi* quæ conditionẽ importat, vt probaui ex d.l. ſi Titio ff. quando dies legati cedat, & d.l qui promiſit ff. de condit.indeb. quibus reſpondet Bar. in d. l.3.nu.1. quod quando per dictionẽ, *ſi* additur aliquid, qđ de neceſsitate requiritur, tunc conditionẽ non importat: quia ponitur, *ſi* pro *quia*, vt in d.l.3. quãdo autem additur aliquid quod habet ſe adeſſe, & non eſſe, tunc illa dictio, *ſi* conditionẽ importat, vt in dictis legibus. Pro qua ſolutione faciunt dicta per Caluinũ in Lexicon iuris verb. *ſi*. Ant. Nebriſſen. in vocabulario vtriuſque iuris verſic. *ſi* & Calepinum in dictionario verb. *ſi* ubi plurima adducit exempla ad denotandum huiuſmodi dictionem ſæpènumero pro *quia* accipi.

9 Vel ſecundo reſponderi poteſt etiã ex doctr. Bar. in l.1.ff.de condit.& demonſt. dicentis quod quãdo dictio, *ſi* reſpicit uerbum futuri temporis, & ille futurus euentus omninò eſt certus, non facit conditionem, ut in d.l.3. illa .n. dicitur conditio neceſſario, quę propriè non eſt cõditio, vt in l. in illa §. ſi ff. dę verb. oblig. l. ſi pupillus §. qui ſub conditione ff. de nouat. cum igitur illa dictio, *ſi* de qua in d.l.3. futurũ euentum reſpiciat, illumq; neceſſario certum, vt probauimus ſupra num.7. dicendum eſt conditionem non facere, & ſic purum non vero condictionale fuiſſe legatum, de quo hic.

10 Ad ſecundam de tex. in l. ſi Titio in fi. ff. quando dies legati cedat breuiter reſpondendum eſt ex mente Bart. in d.l.3. num. 1. & Ripę num. 4. in ſpecie illius textus plures fuiſſe hæredes inſtitutos, vt conſtat ex illis verbis *ſi tamen duos hæredes inſtituam* conditionem què fuiſſe conceptam hoc modo ſi alter ex his adeat hæreditatem, quo caſu legatum conditionale efficitur: quia non ineſt tacitè neceſſario, vt omnes teneantur hæreditatem adire, niſi ſint hæredes neceſſarij, vt in d. §. neceſſarius iuncto §. sui autem, & neceſſarij inſtit. de hæred. qual. & diff. l. neceſſarijs l. ex parte ff. de acquirenda hæreditate. Et ſic quolibet eorum hæreditatem adeunte, conditio adimpletur, & legatum debetur. quod ſecus eſt in caſu noſtræ quæſtionis, cum in eo tacitè neceſſario in eſſet hæredem inſtitutum hęreditatem adire debere ad hoc, vt legatum à teſtatore relictum, à legatario præſtaretur, & ſic non efficitur conditionalę per illa verba ſupra latè adducta.

11 Si tamen aliquis ſubtiliter huic ſolutioni obiecerit dicens eandem militare rationem in d. l.3. quæ in d.l. ſi Titio: cum duo, vel plures etiam hæredes hic prout ibi inſtitutos fuiſſe conſtet ex illis verbis *quiſquis mihi ex ſupraſcriptis hæres erit* Legatumque relictum ſub eadem conditione ſcilicet *ſi Seius hæreditatem adierit*. Et ſic idem ius ſtatuendum eſſe arg. vulg. l. illud ff. ad leg. Aquil. cum vulgatis, & per conſequens conditionale eſſe legatum hic, prout ibi conditionale pronunciatur. Breuiter illi ſatisfaciam, aduertendo quod conditio illa, de qua in d.l.3. eſt conditio iuris prout ſupra latiſſimè probauimus, quæ quidem prolata ab homine, intelligitur ſecundum diſpoſitionem iuris l. quæro § inter locatorem, ff. locati l. quidam conſilium ff. dę verborum obligationib. ſic ſtatutum diſponens id, quod ius commune, non dicitur eſſe ſtatutum, ſed ius commune. notat. gloſ. verb. cum ſint in cap. 1. de conſtitut. in 6. Bart. & alij in l. 1. in principio ff. ad leg. Falcid. & text. in capit. Paſtoralis de fide inſtrument. & in capit. ex parte de verborum ſignificat. Vnde cum ex diſpoſitione legis ſit conſtitutum, vt ſi teſtator inſtituat duos, vel plures hęredes, & legatum reliquit ab vno eorum ſub hac conditione, & ſi alter ex his adeat hæreditatem, illo non adeunte, legatum debeatur á cohærede, quia portio hæredis repudiantis illi accreſcit cum onere ſuo, vt conſtat ex textu expreſſo in l. ſi Titio, & Mæuio §. Iulianus ff. de leg.2. merito reſpondit I. C. in dicta leg.3. legatum conditionale non eſſe: quia licet ſint duo, vel plures hæredes inſtituti, & legatum relictum ſub il-

la

la conditione, ſi Seius hæres erit, vel hæreditatem adierit, tacitè ex iuris diſpoſitione inerat legatum à cohęredibus eſſe præſtandum, vt in ſpetie d.l. ſi Titio, & Męuio, & ſic expreſſio illorum, quæ tacitè inſunt, nihil operatur. Quod quidem ſecus eſt in ſpetie d.l. ſi Titio ff. quādo dies leg. cedat, in qua legatum ab omnibus hæredibus fuit relictum ſub illa conditione ſi aliter ex his adeat hæreditatem, quo caſu cum tacitè non inſit de iuris neceſsitate, vt illud legatum debeatur etiamſi cōditio illa non fuiſſet apposita, ex teſtatoris voluntate, & diſpoſitione, redditur cōditionale legatum, cuius euentus ſuspenditur quouſque conſtet de aditione hęreditatis alterius ex duobus hæredibus inſtitutis, & ſi alter adierit hęreditatem, legatū pręſtabitur ex portione cohæredis, quam interpretationem deduco ex doctrina Bart. in d.l. 3. nu. 1. Iaſ. 16. cum duobus seqq. & ex verbis illius, & d.l. ſi Titio, & ex l. in conditionibus §. 1. de condit. & demonſt. vbi cum plures fuerint hæredes inſtituti, ab vno, legatum relictum ſub conditione ſi hæres erit, fuit à I.C. reſponſum legatū illud conditionale non eſſe; cum tacitè in eſſet de neceſsitate iuris ab eo non eſſe præſtandum legatum, niſi hæres eſſet, & in l. ſi quis cum teſtamentum nullum, & ibi Bal. ff. de iure codic. Imol. Fulgoſ. & Paulus de Caſtro. in l. ex duobus §. 1. ff. de vulg. & pup. & in l. ſi in teſtamento. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti.

12 Denique ad vltimam dubitandi rationem de tex. in ſi ita §. illi ſi volet ff. de leg. 1. breuiter reſpondeo quod ibi non inerat tacitè cōditio illa ſi volet legatarius, nam etiam ſi nō velit poterit habere legatum, puta ſi ignoret, vt expreſsè conſtitutum extat in l. cum pater §. ſurdo ff. de leg. 2. ibi *nam ignorantes adſtringuntur fideicommiſſo, quibus ignorantibus emolumentū ex teſtamento quæritur*, & ita verba illa *ſi volet* conditionem importat, quæ ſuſpendit actum quouſque legatarius certus ſit de legato ſibi relicto, & vel illud acceptare velit, vel non. quam solutionem aſſignauit Bar. hic nu. 3. in fi. & veriſsimam eſſe iudico ex d.l. cum pater §. ſurdo ff. de legat. 2.

SVMMARIVM.

1 *Pactum eſt duorum, pluriumue in idem placitum, & conſenſus.*
2 *Vbicunq; requiritur in actu aliquo ſpontaneus, ſeu liber conſenſus, ſi interueniat metus, an valeat actus?*
3 *Promiſſio dotis metu facta non inducit obligationem.*
4 *Vbicunque pro ſolemnitate qualitas aliqua requiritur, ea deficiente corruit actus.*
5 *Pactum metu celebratum, pactum eſt, licet poſtea reſcindatur actione quod metus cauſa.*
6 *Exceptio ſupponit actionem.*
7 *Reſciſſio actus ſupponit validitatē illius.*
8 *Duplex eſt metus, probabilis, qui excuſat, & non probabilis, qui nō excuſat, & qualis ſit metus probabilis; qualis vero non probabilis.*
9 *Regulariter quod metu fit, mero iure valet, & voluntas coacta voluntas eſt.*
10 *Matrimonium metu celebratum, eſt ipſo iure nullum.*
11 *Quando metus dat cauſam contractui bonæ fidei, contractus eſt ipſo iure nullus; ſecus eſt in contractibus ſtricti iuris.*
12 *Diffinitio pacti comprehendit pacta, tam bonæ fidei, quam ſtricti iuris.*
13 *Metus, vel dolus excludit auxilium legis.*
14 *Verba* placitum, & conſenſus *poſita in diffinitione pacti ſupra num. 1. ponuntur ſubſtantiuè.*
15 *Dictio* et, *quandoq; ponitur pro* id eſt.

Pactum metu factum, an ſit ipſo iure nullum, vel reſcindatur actione quod metus cauſa?

QVÆSTIO XL.

1 PActum ſecundum veram illius diffinitionem à I.C. traditam in l. 1. ff. de pact. eſt duorum, pluriumuè in idem placitum, & conſenſus, cuius diffinitionis ſingula verba explicui in amplisſimo Neapolitano Studio dum

publicè interpretabar annis præteritis rubricam C.de pactis, & ibi dixi in pacti diffinitione apponi verba illa *placitum, & conſenſus*, ideſt *placitus conſenſus, ſeu ſpontaneus conſenſus* ſecundum doctrinam gloſ.& Bart. in l.1.in princ.ff.de iuſtit. & iure, & in l.1. ff. de tutel. & ſequuntur Abb. Bero. & Fely.in c.1. nu.5. & 10.extra de reſcriptis.Vnde ſecundum eorum ſentētiam non ponuntur, iuxta illa,vt diuerſa; ſed vt intelligamus spontaneum debere eſſe cōſenſum,vt ſit pactum, & ad excludendos contractus metus cauſa factos,vt nō comprehendantur ſub diffinitione noſtra: quia non eſſent pacta,cū eſsēt ipſo iure nulla, vt probatur ex ſeqq.

2 Primo,nam vbicumq; requiritur in actu spontaneus,ſeu liber conſenſus, ſi interueniat metus,non valet actus c.cum locum extra de ſponſalibus,ſed in pactis requiritur spontaneus conſenſus,vt colligitur ex diffinitione noſtra ibi,*in idem placitum, & conſenſus*, ergo.

3 Secundo facit tex. in l.ſi mulier §.ſi dos ff.quod metus cauſa,vbi promiſsionē dotis metu factam obligationem non inducere tanquam nullam probatur.

4 Tertio nā actus, in quo qualitas aliqua pro solemnitate requiritur,ea deficiente, corruit actus l. cū ij §. ſi prætor ff.de trāſact. ſed in cōtractibus requiritur pro ſolēnitate spontaneus,& placitus cōſenſus, vt ī diffinitione,ergo ea qualitate deficiēte,pactū erit nullū,ex quibus conſtat verā eſſe opino.Bar.& ſeq.ſup.aſſerentiū verbū *placitū, & conſenſum*,apponi tāquā ſubſtātiuū,& adiectiuū,vt ſit placit,cōſenſus.

5 Sed hęc sentētia,& opinio difficilis redditur ex eo, nam pactū, & ſi non interueniat placitus cōſenſus,ſed coactus,adhuc tamen pactū eſt,licet reſcindatur actione quod metus cauſa. ergo nō apponitur verbū illud ad excludenda pacta metu facta. Quod autē pactū metu factum, pactū ſit, & valeat quouſque reſcindatur actione quod met.cauſa probatur. Primo ex tex. in l.1.ff. quod met cauſa vbi qđ met. cau. geſtū eſt,ratū non habebo. Denotat nō ipſo iure eſſe nullū tale pactū, ſed in futurū actione,qđ met. cauſa reſcindendū fore.

6 Secundo,nā exceptio actionē supponit l.2 ff. de except. ſed cōpetit exceptio ſiuè res metu facta ſit pfecta, ſiuè impfecta l. metum 9.§.ſed quod prætor ff.quod met. cau. ergo pactum etiam metu factum mero iure valet.

7 Tertio,& vltimo,nā qui reſcindit actū, ſupponit validitatem illius l. hac in factū ff. quæ in fraud. cred l. ſi ſciens ff.de contrahenda empt. c. ad diſſoluendum extra de deſponſ. in pub. ſed actus metu factus reſcindi debet c.Abb. extra de his quæ vi met.ve cauſa fiunt.ergo pactum etiam nō placito ſenſu factum, valet mero iure.

8 Ex quibus hanc ſententiam veriorē eſſe iudico,vt pacta metu facta, valeant mero iure,licet ex poſt facto reſcindātur actione quod metus cauſa ex iuribus, & rationibus proximè adductis. Eſt tamē obiter pro tyronibus animaduertendum duplicē eſse metū,alium probabilē,alium vero improbabilē, metus probabilis eſt,qui cadit in conſtantem virum,qui eum excuſat veluti ſtatus ſubuerſio,ſtuprum, verbera, cruciatū corporis,vincula carceris, & ſimiles l.iſti quidem l.nec timorem ff.de eo quod metu cau. l. interpoſitas C. de tranſact. Non probabilis metus eſt, qui cadit in hominem puſillanimem,miſerū, & nō conſtantē,qui non timenda timet,qui nec excuſat, nec comprehenditur ſub edicto prætoris,de quo in tit.ff.quod met. cau. l. metū ff.de eo quod met.cauſa licet quoad peccatū nullus nec probabilis,nec improbabilis metus excuſet iux.c.ſacris extra de his,quę vi met.ve cau.fiūt c.ita ne 32.q.5.

9 Quib.ita prænotatis,nō obſtāt fundamēta supra pro cōtraria sent. adducta;nā pro pfecta t.difficultatis reſolutione,& vtriuſque opinionis concordia cōſtituo quod licet regulariter loquēdo qđ metu ſit,mero iure valeat,per Iudicē tamen irritatur aut per actionē ſi res perfecta ſit,aut per exceptionē ſi ſit imperfecta,vt in d.§.ſed quod prętor d.l.metū ff.quod met.cau.voluntas .n.agentis depręhēditur,quāuis coacta l. ſi mulier §.ſi metu ff.eo.quę ſufficit,vt actus valeat ſm̄ Hoſt. in sū. tit. de his q̄ vi nu.6.

10 Nec obſtat tex. in d. c.cū locū extra de ſponſal. nam loquitur de matrimonio, in quo de neceſſitate requiritur spontaneus conſenſus c. gemma c. requiſiuit extra de sponſal.l.2.C.de inutilib.ſtip.& ita metu celebratū, eſt ipſo iure nullū, nec opus eſt vt reſcindatur actione,qđ met.cauſa c.veniēs,& c.cōſultationi ex.eod.tit. de ſponſal.at vero in alijs actibus regulariter non requiritur pro forma ſpontaneus conſenſus, ſed conſenſus tantum, & ita valent licet ex poſt facto reſcindantur,vt in iur. ſupra adductis, & infra proximè pro reſolutione ad tertium dicam.

11 Nec

11 Nec obſtat tex. in l. ſi mulier §. ſi dos ff. quod met. cau. vbi dicitur dotem metu promiſſam nullam eſſe. Cui difficultati gl. ibi reſpondet ſpeciale eſſe in dote ſicut in matrimonio, vt metus dās cauſam contractui, reddat nullum eum ipſo iure, vt ibi, & in d. c. cū locū, & in d. l. 2. C. de inutil. ſtip. ſed nullam differentiæ rationem reddit gl. quare alij aliter reſpondent, ꝙ quando metus dat cauſam contractui bonęfidei, contractus ſit ipſo iure nullus, ſecus autem in contractibus ſtricti iuris, vt docet Bart. in d. §. ſi dos, & in l. & eleganter n. 4. ff. eodem, & licet nullam aſſignet differentiæ rationem; ea tamen reddi poteſt, quod in contractibus bonæ fidei, qui conſenſu celebrantur, principio Inſt. de oblig. ex conſenſu, maior conſenſus exuberantia requiritur quam in contractibꝰ ſtricti iuris, licet in eis etiam requiratur conſenſus ex noſtra pactorum generali diffinitione, & ita nimirum, ſi pactum, ſeù cōtractus bonęfidei nullum ſit ipſo iure dolo, aut metu celebratus. in d. l. ſi mulier §. ſi dos l. & eleganter ff. de dolo l. 3. ff. pro ſoc. At vero in contractibus ſtricti iuris dolus, aut metus non reddit actum ipſo iure nullū, licet reſcindatur ope exceptionis, aut actione, quod met. cau. quia ad hoc, vt in eis actus valeat, ſufficit contrahentium cōſenſus quantumuis coactus, cum etiam conſenſus ſit, vt in l. dolum C. de inutil. ſtip. l. ſi quis cū aliter ff. de verbor. oblig. l. cum donationis C. de tranſact.

12 Sed hęc ſolutio licet in ſe vera ſit; non tamen à Bart. fuit admiſſa in d. §. ſi dos, & merito cum in noſtra diffinitione generaliter pactū tam bonæ fidei, quā ſtricti iur. diffiniatur, nec diuerſa pacti bonæ fidei, & pacti ſtricti iur. in iure reperitur ſcripta diffinitio. verum ſi in cōtractibus ſtricti iur. liberum, & ſpontaneū conſenſum requiri ſupponamus, & ſic eſſe ipſo iure nullum dolo aut metu celebratum, vt in d. §. ſi dos, & ſimilibus, idem & in contractibus ſtricti iuris dicēdum eſſe fateamur neceſſe eſt.

13 Quare idem Bart. aliter reſpondet dicens maximam eſſe differentiam inter pacta veſtita, & pacta nuda; nam ſi pacta veſtita dolo aut metu celebrentur, valent in ſpecto iure ciuili, ſed reſcinduntur per prætorem beneficio eius edicti de quo in d. tit. quod met. cauſa. Pacta autem nuda, quæ nuda remanent, tamen propter auxilium legis actionem producunt, vt in l. legitima ff. de pactis per metum facta sūt ipſo iure nulla. vt in d. §. ſi dos, & in l. ad exactionem C. de dot. promiſſione, quia metus vel dolus excludit auxilium legis, & ſic actionem, vnde cum excludāt actionem, & remaneat, quod reſcindatur, & ita ſunt nulla ipſo iure. Sed nec hæc ſolutio applicari poteſt difficultati ſupra propoſitæ, contra definitionē noſtram, cum ex ea ſequeretur non definiri in ea niſi pacta veſtita tantū, aut pacta nuda tantum, ſed hic difiniuntur pacta omnia, ergo non debet conſtitui differentia inter veſtita, & nuda, quoad hoc, vt nulla ſint ipſo iure vel reſcindantur dolo, aut metu facta.

14 Quare hac Bart. ſolutione ommiſſa exiſtimo veriorem eſſe quam ſupra aſſignauimus de differentia inter contractus bonę fidei, & ſtricti iuris. Nec obſtat quod pacta bonæ fidei, & ſtricti iuris in noſtra difinitione comprehēdantur, & ita quoad hoc eiſdem iuris regulis iudicandæ ſunt: nam reſpondeo quod verbum illud, *placitum, & conſenſus* non probat ſpontaneum, pro forma, & ſolemnitate conſenſum requiri. quare dicendum eſt cum Doctiſſimo Fortunio Garzia in repet. l. 1. de pactis n. 55. verbum *placitum* non eſſe intelligendum de placito libero omnino, ſed regulato atq: rationi ſubiecto; ita vt cōſēſus debeat eſſe non purus, & ſimplex, ſed reſpectiuus, & ſic pactum valere etiamſi, nō ſit mere ſpontaneum, quo modo interpretatur verbum illud Bart. in l. Lutius ff. de fideicōmiſſ. liber. & ſic placitum, & conſenſus reponuntur in noſtra diſſinitione non vt diuerſa tanquam adiectiuè, & ſubſtantuè, ſed vtraq; ſubſtantiuè, quia placitum, & conſenſus idem ſignificāt, & ſic vnum ineſt alio iuſta l. ſi idē C. de teſtament. vnde improbanda erit doctrina gl. fi. in d. l. 1. ff. de pactis.

15 Nec obſtat, quod copulatiua *et*, ponatur inter diuerſa, vt in rub. ff. de iuris, & facti Ignor. nam etiam ponitur pro *ideſt* ſecundum ſubiectam materiam iuxta doctrinam gloſ. in l. 1. ff. de tranſact. & gloſ. 1. in rub. de flum. gl. 2. in l. conſentaneum C. quomodo, & quando iudex, & in noſtra diffinitione, vbi ponitur placitum, ideſt couſenſus, maxime cum verbum *placet* conſenſum inducat.

Finis Secundæ Partis.

DIVER-

DIVERSARVM QVAESTIONVM IVRIS.

Pars Tertia.

CRIMINALIVM QVAESTIONVM.

Liber ſingularis.

SVMMARIVM.

1 *Ex quocunq; delicto læduntur Principes, Magiſtratus, & pars offenſa.*
2 *Quæ requirantur ad hoc, vt dicatur crimen læſæ Maieſtatis?*
3 *Si aliquid contra Regis Conſiliarios, in eorumq; iniuriam fiat, læſæ Maieſtat. crimen committitur.*
4 *Si quis* Cardinalem *occidat, aut aliquid in eum moliatur, incidit in crimen læſæ Maieſt.*
5 *Ad hoc vt crimen hoc committatur, requiritur, quod is, qui aliquid in Principem machinatur, ſit illi ſubditus.*
6 *Crimen læſæ Maieſt. committit, qui ſciês contra Principem ſuam machinationem fieri, non reuelauerit, & qua pœna puniatur?*
7 *Iure* Ciuili*, qua pœna puniãtur, qui crimen læſæ Maieſt. committunt?*
8 *Licet crimina morte extinguantur regulariter; in hoc tamen fiſcus bona etiam mortui ab hæredibus repetere poterit.*
9 *Qui crimen læſæ Maieſt. committit, fructus ſuorum bonorum non facit ſuos a die commiſſi delicti.*
10 *Licet regulariter filius ex delicto patris puniendus non ſit; tamen in huius criminis deteſtationem, filij illud committentis in perpetuam cadunt infamiam, & ſucceſſione priuantur.*
11 *In filijs ſuſceptis, aut conceptis ante commiſſum crimen, hæc pœna locum non habet.*
12 *De filijs dictum, an habeat locum in filiabus quo ad huius criminis pœnam?*
13 *Huius criminis rei duriſſimo mortis ſupplicio puniuntur.*
14 Iure Pontificio*, quomodo puniãtur huius criminis rei?*
15 *Iure Regio Hiſpano quæ ſit impoſita in huius criminis Reos pœna?*
16 *Iure Regni Neapolis hoc crimen, quomodo puniatur? & quid in ſtatu Mediolani obſeruetur?*

Le-

Læſæ Maieſtatis crimen quibus modis committatur? & quomodo puniatur?

QVÆSTIO I.

1 LICET ex quocunq; delicto lędantur Principes, Magiſtratus, & pars ipſa offenſa l. ſi quis in tantum l.meminerint C. vnde vi l. ſi quis ad ſe fundum C.ad l.Iul.de vi.docent Canoniſtæ in cap. 1. de reſtitutione ſpoliat.quia tamen Princeps non lęditur principaliter,ſed ſecundario, non quodcunq; crimen appellatur Læſæ Maieſtatis,ſed illud dumtaxat, in quo ipſe,vel reſpublica principaliter læditur,vt in exemplis l. 1. & 3.cum ſequentibus ad l.Iul.Maieſtatis l,quiſquis C. eod. plura exempla tradunt Ang. Aret.de maleficijs verſ.(che hà tradito la ſua patria) in principio Clar.d.lib.5.§.læſæ Maieſt nu. 1. Boſ. in pract. hoc tit a num.2. Foll.in praxi verſ. *Item quod cõmiſit crimen læſæ Maieſtatis* per totum Laudenſis in tit. de hoc crimine q. 12.& ſequentibus Pet. Greg.lib.33.c.3.& lib.35.c.1.

2 Immo requiritur quod principi iniuria fiat tanquam ſuperiori, puta machinando aliquid contra eius vitam, vel ſtatum: nam ſi cum vxore eius adulterium committatur, aut furtum ei fiat, quia hæ iniuriæ ipſi tanquam priuato fiunt, non committitur crimen lęſę Maieſtatis,vt in ſpecie docent Bart. in extrauag. qui ſint rebelles verbo (*rebelles*) Boſſius vbi ſupra nu.3.& 4.

3 Hincq; fit,quod ſi aliquid contra Conſiliarios Regis, in eorumq;iniuriam fiat, quia membra corporis ipſius Principis eſſe intelliguntur, lęſæ Maieſtatis crimen committitur text. in l. quiſquis in principio ad l. Iul. Maieſtatis, quod intelligendum eſt de his Conſiliarijs, qui aſſiſtunt Principi, & ſupręmo eius conſil. Boſ. vbi ſupra num.5.Clar.dicto §. læſę Maieſtatis num.5.

4 Hinc etiam hoc crimen non ſolum contra Principem temporalem,ſed etiam contra Papam committitur cap. in primis §.de perſona 2.quæſt.1.ſi quis Cardinalem occidat, aut aliquid in eum moliatur,incidit in hoc crimen,text.elegans in cap.felicis de pœnis in 6.docet Gigas in tit.de hoc crimine q.5.Clar.vbi ſupra nu. 4. quia Cardinales reputantur membra Pontificis docent Hoſtienſ. in c. antiqua nu.5.de priuilegijs.

5 Requiritur præterea, vt hoc crimen committatur,quod is,qui aliquid in Principem machinatur,ei ſubditus ſit text. in clement.paſtoral.vbi gloſ. verbo non ſufficit de re iud. dicunt communem Rolan. conſ.4.nu.5.Clar.vbi ſupra numer.6,Boſ. num.80.ex quo inferunt quod cum clericus per ſacri ordinis ſuſceptionem eximatur a poteſtate, & iuriſdictione Principis temporalis,licet aliquid in eum moliatur in hoc crimen non incidet, notat glo. magna in d.clem. paſtoral. verbo nota, & ibi Imolà,& Card.Boſ.num.86,Clar.num.7. Diaz cap.119.& ibi Salcedo litera B infinitos refert Foll.in d.verſ. num.95. & licet aliqui cõtrarium dixerint, ego tamen verum eſſe agnoſco quod præcitati docẽt non poſſe Iudicẽ, aut Principem ſecularem propter hoc crimen clericum capere aut punire antequam ſibi à Iudice Eccleſiaſtico remittatur, etſi de facto aliquando Principes ſeculares contrarium fecerint, pro vt Florentiæ Archiepiſcopum quemdam fuiſſe ſuſpenſum teſtatur Clar. d.num. 7. & Metinæ ſuſpenſus fuit Epiſcopus Zamorenſis tempore Hiſpanicę rebellionis.

6 Committitur etiam hoc crimen ſi ſciẽs machinationem non reuelauit dict.l.quiſquis §.penultimo, idq; vſq; adeo verum eſſe intelligit Bar.in l. vtrum ad l. Pomp. de parricidijs,vt licet regulariter non teneatur quis delictum accuſare, quod legitime probari non poteſt,l.noſtris C.de calumniatoribus tamen in hoc crimine proditionem etiam improbabilem tenebitur reuelare, ne incidat in crimen repetitum Idem Bartol. in l. 1. §. occiſorum ad ſyll. Abb.in cap.1. numer. 9. de reſtitutione ſpoliat.in l,vt vim numer.31.& ibi Curt. nu. 60. de iuſtitia, & iure,& in praxi ſeruari teſtatur Decius in cap.1.num. 7. de officio delegati Boſ.vbi ſupra num.48.ſed ego puto hanc Bart. traditionem eſſe falſam,cum is qui hoc crimen defert,ſi legitimę

me non probauerit, tormentis ſubijcien-
dus ſit l. 3.C. ad l. Iul. Maieſtatis. nullus
autem tenetur ſe periculo aut carceris iu
go exponere l. fi.C.de accuſat.l.neminem
& ibi gl.C.de infamib.& ita contra Bart.
docuerunt Felin.in cap. de cętero nu. 17.
de re iud. Decius vbi ſupra, & Boſ. d. nu.
48.Hyppolitus ſingulari 164.Foller.dict.
verſ.num. 102.Capicius deciſ.130.nu.65.
deciſ.Pedemont.80. num. 2. & ſequenti-
bus.dicunt magis communem Cagnolus
in reg.culpa caret num.12. Alciat. in l. 4.
§.Cato notabili 4. de verb.& facit gl. in
clem. volentes §.notari verbo valeant de
hæreticis.Sed quamuis,qui non reuelauit
mortis pœna puniendus non ſit, vt dixi,
tamen arbitrio iudicis puniendus erit,
quia reuelando ſaltim potuit delictum
euitare, vt tradit d. deciſio Pedemontana
80.nu.6. & confirmatur ex traditis á Me
noch. caſu 355.nu.fi.

7 Punitur autem ſeueriſſime hoc crimen
committens iure ciuili. Primo enim li-
cet hodie bona ad mortem damnatorum
non applicentur fiſco auth. bona damna-
torum C.de bonis proſcriptorum; tamen
in hoc crimine bonis omnibus priuantur
d.l. quisquis auth. vt nulli iudicum §. fin.
collatione 9. & hæc bonorum priuatio in
curritur iſpo iure a die commiſſi crimi-
nis, vt conſtat ex l. fi. C. eod. vnde ab eo
die cenſetur ei ſublata bonorum admini-
ſtratio,& dominium in fiſcum eſſe trāsla-
tum l. commiſſa de publicanis, & vectiga
libus. quo fit, vt res quælibet ab eo poſt cri
men alienata, à fiſco poſſit vendicari pre-
tio ipſi emptori minime ſoluto prout ex
reg.l.2. C.de furtis docent Bart. in l. poſt
contractum col.4.de donat. & ibi Anibal.
2. part. num. 360. Simanc. cap. 9. num.
21. Couar. in 4. 2. part. cap. 6. §. 8. nu-
mer.8.

8 Hinc etiam fit, vt licet crimina extin-
guantur morte regulariter l.1. & 2. Cod.
ſi reus vel accuſator. cap. admonere 33.
quæſt. 2. cap. cauſam quæ el. 2. qui filij
ſint legitimi, vbi gl. tamen etiam ſi is qui
hoc crimen commiſſit, iam deceſſerit, po
terit fiſcus bona eius ab hæredibus repete-
re gloſ. ſingularis in l.3.§. quod autem,
quod quiſque iuris, facit tex.in c.2. de pręſ
criptionibus in 6.in cap. accuſator §. pe-
nultimo iuncto c. cum ſecundum Apoſt.
de hæreticis eod. tit.ſequuntur plures re-
lati à Cou.d.§.8.nu.6.

9 Hinc etiam fructus à die commiſſi cri
minis ſuos non facit gl. notanda in auth.
de inceſtis nuptijs §. 1. verbo *imminere*,
quam ſequuntur DD.Communiter.Am
mittit autem omnia bona,quæ eo tempo-
re habuit; futura enim non publicantur
tex. in l.ſi mādauero 22.§.is cuius bona ff.
mādati. Vnde in publicatione nō veniūt
bona, quæ ex ſubſtitutione perueniunt l.
ex facto §.fi. de vulg.neque ſi filius hoc cri
men committat,& eius publicentur bona
comprehendetur ipſius legitima, ſi pater
tempore ſententiæ viuat.docent Alexan.
conſ. 39. vol.1. Couar.lib. 2. variarum
cap.8. ſub num.8.verſ. ſic delinquente,
& quamuis huius criminis rei ſint priuati
ipſo iure dominio, & adminiſtratione bo
norum; licite tamē ea bona retinent,quo
uſque feratur ſententia declaratoria, tex.
in d. cap. cum ſecundum leges, & nos di-
ximus ſupra cap.14.& facit gl. ſingularis
in cap. fraternitas 12. q. 2. communi-
ter recepta ex Couarr. dict. §. 8. num.10.
verſ.prima ratio.

10 Secundo punitur,nam licet regulari-
ter filius ex delicto patris puniendus non
ſit l. crimen 26. de pęnis l. 1. C. ne filius
pro patre cap. crimen 1.q. 4. tamen in hu
ius criminis deteſtationem, & propter
rationes ab Imperatore expreſſas, & aliā
quam adducit Mercerius lib.2. opinionū
cap. 14. filij committentis hoc crimen in
perpetua viuent infamia, bonis priuati,
& incapaces ſucceſſionis paternæ, & ma-
ternæ d. l. quisquis §. filij: & hanc pœnā
eſſe iuſtam eleganter defendunt Couarr.
lib. 2. variarum c.8.per totum Siman.tit.
9. & 29. Petr. Greg. lib.35. cap. 1. num.
25. cum ſequentibus contra Coraſ.in leg.
qui liberos num. 62. de ritu nup. & licet
conſtitutionem d. §. filij fuiſſe ſublatam
per l.ſanc.C.de pœnis doceāt Budeus in
l. 1.ad l.Iul. Maieſtatis, & Igneus in leg.
fin.ad Sillan.contrarium tamen eſt verius
vt annotauit, gloſ. marginalis in d.§.filij
Sed tamen quia odioſa eſt, ſemper in du-
bijs erit reſtringenda.

11 Vnde exiſtimo in filijs ſuſceptis aut cō
ceptis ante cōmiſſum crimen,hanc pœnā
locū non habere, arg.l.ſi cohortalis C.de
cohortalibus lib. 12.l.ſi quis de curio la
3. Cod. de decurionibus lib.10.l. fin.Co-
dic.de his qui ſponte munera eodem lib.
& ita tenuit gloſ. in leg. diuo Marco de
quæſtionibus Zinus, Petrus, & Ang.in

dict.l. quiſquis Caſtrens. lib. 2. de iuſta hęret.pun.c.ſi. Gom. 3. thom.variarum cap. 2. num. 16. Couar. lib. 2. variarum cap. 18 num. 5. verſ. ſecunda. plures refert Gratian. reg. 55. num. 24. Clarus d. §. læſæ Maieſtatis num. 12. Boſ. vbi ſupra num. 138. & apud nos hæc ſententia approbatur in l. 6. tit. 27. part. 2. l. final. titul. 31. part. 7. l. 3. titul. 9. lib. 4. ordin. ideoque erit practicanda licet in puncto iuris contraria verior ſit, vt teſtantur Gomez. & Couar. vbi ſupra Gregor. in dict. l. 7. verbo *ſus hijos*, gloſ. in cap. ſi quis §. filij 6. quæſt. 1. Salyc. & Albericus in d. l. quiſquis, & plures, quos refert Gratian. d. num. 24. eandemque diſtinctionē in filijs hæreticorum admittendam eſſe cenſeo cum Calderino titul. de hæretic. conſ. 3. Pręposito in cap. quo iure 8. diſtinctione col. penult. Tiraquel. de iure Primogenitorum quæſt. 31. num. 4. Siman. d. titul. 29. num. 4 Clar d. lib. 5. §. hæreticis num. 16. licet Couar. d. lib. 2. c. 8. num. 5. & Gratian. d. reg. 55. num. 15. & plures ab eis relati, contrarium teneant; exiſtimo tamen hanc pœnam naturales etiam filios comprehendere, licet in poteſtate patris non ſint, vt docent Zinus in d. cap. quiſquis. Claudius in l. ex facto §. ſi quis rogatus numer. 11. ad trebellia. Clar. d. §. lęſæ Maieſtatis num. 11. Vnde non ſatis mihi probatur Accurſ. ſententia in d. l. quiſquis §. emancipationes gloſ. 1. exiſtimantis hanc pœnam ad emancipatos filios non pertinere, quem ſequitur Petr. Cregor. dict. capitul. 1. numero 23.

12 Item licet hæc pœna non ſolum locū habeat patre delinquente; verum, & matre, vt docet Acur. in d. l. quisquis verbo, *minus*, ſequuntur Angel. de maleficijs, verſ. (*che ha tradito*) num. 12. Marſil. conſ. 58. poſt numerum 8. tamen in perſona filiarum non procedit, his enim aſſignanda dos eſt ex bonis ipſius patris d. l. quiſquis §. ad filias, vbi omnes. Et quāuis filij omnibus priuentur bonis, tamen ſi clerici ſint, non priuantur beneficijs, ex gloſ. ſing. in cap. ſatis peruerſum 56. diſtinctione. Pro qua facere videtur textus in cap non imputantur 1. quæſt. 4. qui ſecundum veram interpretationem nihil facit: quia dum loquitur de officio, & beneficio Eccleſiæ, intelligendus eſt de ſuffragijs, & eorum Communione, Sacramētis, & eorum perceptione: quia ſi intelligeretur de beneficijs Eccleſiaſticis, male Gratianus ex Auguſt. deduxiſſet filium propter delictum patris his beneficijs eſſe priuandum: cum ſolum Auguſt. dixiſſet pro peccatis parentum filios ſpirituali pęna non eſſe plectendos: priuatio enim beneficij eccleſiaſtici, non eſt ſpiritualis pœna, ſed temporalis, ita agnouit Couar. d. lib. 2. cap. 8. numer. 6. verbo cæterum.

13 Tertio puniuntur huius criminis rei mortis duriſſimo ſupplicio l. 3. ad l. Iul. Maieſtatis l. quiſquis in principio Codic. eodem §. 1. inſt. de publicis iud. docent Clar. d. §. læſę Maieſtat. numer. 8. Boſius vbi ſupra num. 131. quam pœnam à multis Principibus, varièquè fuiſſe impoſitā refert Petr. Gregor. d. lib. 35. cap. 1. à numer. 9. hodie vero ita imponi ſolet, quod in fruſtra ſcindantur, vt refert Clar. dict. num. 8. & nobiles poſſunt ſuſpendj, non obſtante priuilegio nobilitatis, ſecundum Bal. in cap. cum quidam de iureiurand. Hyppol. ſingul. 16. quin, ciuitates eidem ſubiacere pęnæ propter rebellionē & multas fuiſſe ſciſſas, & deletas refert Petr. Gregor. d. cap 1. num. 19. & 20. & id Cartaginæ contingiſſe probat Conſultus in l. ſi vſusfructus, quibus modis vſusfructus. ibi *& aratrum in ea inducatur*, nam ſicut in condendis vrbibus ſolebant antiqui iunctis bobus tauro, & bacca aratro ſurcum facere, intra quem opidum muniebant, ædificabantque, & inde vrbes dicebantur ab vrbando, vrbare enim eſt aratro diffinire l. pupillus 239. §. vrbs de verborum ſignificatione, ſic & idem mos in eiſdem euertendis obſeruabatur, vt declarat Lælius Rodigidius lib. 14. lectionum antiquarum capitul. 5. & conſtat ex Horatio lib. 1. carminum *imprimeretque muris hoſtile aratrum*, & Cicerone in phylippica 1. ibi, *vt vexillum tolleret, & aratrum circum duceret*

14 Pontificum autem iure laici excommunicantur, & relicto ſæculo, monaſterium, vt perpetuo peniteant, ingredi debent; clerici vero degradandi ſunt. capitul. ſi quis laicus 22. quæſtio. 5. Verum, quia duplex degradatio eſt, verbalis, & actualis capitulo degradatio de pœnis in 6. ſæpius in practica dubitatur, de qua degradatione

ſit

Digitized by Google

ſit accipiendus text. in dict. capitulo ſi quis laicus, & verior ſententia eſt de verbali degradatione, ideſt de depoſitione ab ordine, & beneficio, non vero de actuali eſſe intelligendum, Diaz in practica dict. capitul. 119. Curtius Iunior. conſil. 159. numer. 1. Villalobos in communibus opinionibus littera B. numero 99. Quæ ſententia confirmatur ex ſinodo Toletana 16. à 16. Epiſcopis celebrata anno Domini 693. quam referunt Bern. Diaz vbi ſupra Petrus Gregor. lib. 35. cap. 2. numero 9. vbi patres ſecundum veterum canonum ſtatuta Silueſtrum Toletanę Sedis præſulem, ſolum loco, & honore priuarunt, eo quod Flauius Egicam tunc caſtellæ Regem non tantum priuare Regno, ſed cum alijs complicibus interimere definiuit. Ex quibus apparet falſam eſſe opinionem Abbatis in cap. at ſi clerici col. ſi. de Iudicijs exiſtimantis clericum pro hoc crimine degradatum, tradendum eſſe curiæ ſęculari. Quem ſequitur Petr. Gregor. dict. numer. 9. ex cap. nouimus 27. de verborum ſignificatione. Sed ille tex. nihil facit, cum loquatur de clericis degradatis propter crimen falſi, traditio autem facienda non eſt, niſi ea ſpecifice exprimatur, & ita in propoſito contra Abb. docuerunt Barba. in dict. cap. at ſi clerici in fin. Clar. d. lib. 5. §. fin. q. 36. num 27.

25 Regio vero iure plures caſus recenſentur, in quibus hoc crimen committitur l. 1. tit. 2. part. 7. l. 1. titul. 7. lib. 8. ord. l. 1. titul. 5. lib. 8. recop. & iuris ciuilis pęnæ aperte confirmantur, & omnia eius bona confiſcantur l. 2. titul. 7. lib. 8. ordin. leg. 2. titul. 5. lib. 8. recopil. excepta tamen vxoris dote, & dimidia parte bonorum acquiſitorum conſtante matrimonio leg. 10. titul. 9. lib. 5. recopilat. deinde eius filij perpetua notantur infamia, ſucceſſione, & bonis priuati, l. 2. titul. 2. part. 7. vbi elegantiſſime Gregor. Lopez Didac. Per. in dict. l. 1. ordina. & tandem vltima mortis pœna plectitur, quæ ita imponenda eſt, vt prius ad caudam equi per terram trahatur, deinde furca ſuſpendatur. cap. 12. titul. 13. lib. 8. ordin. & licet ex Doctrina Bald. vbi ſupra hæc furcarum pœna etiam in nobilibus eſſet practicanda, quia tamen deformis eſt, & infima, vt eleganter traddit Tiraquell. in titul. de nobilitate capitul. 20. numero 106. Didac. Per. in dict. leg. 10. verbo (y enfurquendo) apud nos etiam pro hoc delicto nobiles non ſuſpendi, ſed retro decapitari teſtatur Couarr. lib. 2. variarum capitul. 9. numero 4. Didacus Perez in dict. l. 1. & tanquam proditoris inſignia delenda ſunt, l. eorum qui de pœnis. notat Romanus ſingulari 4. & apud nos expreſſum eſt eius ędes diruendas eſſe in l. 6. titul. 13. leg. final. titul. 19. l. 6. titul. 27. part. 2. quæ pœna ita practicatur, quod diruto ædificio, ſal aſpergitur. docet Gregor. Lopez in l. 2. verbo (camara del Rey) titul. 2. part. 7. Parladorus rerum quotidianarum capitulo 21. huius quę conſuetudinis rationem explicat.

16 Pœnas autem huius criminis reis de iure huius Regni impoſitas hic non refero: quia lato calamo eas proſequuntur noſtri, Moſcat. in practica criminali titul. de crimine læſę Maieſtat. 2. numero 35. & Foller. in ſua practica in verſ. item quod commiſſit crimen læſę Maieſtat. per tot. & in fragmentis à num. 59. & Afflict. in conſtitut. Comes Baro miles, de his qui in Regno guerram mouerint, & de præſalijs puniendis, quorum doctrinam hic tibi referrem niſi ſcirem te illorum operibus tanquam vtilibus, & omuino neceſſarijs non carere.

In ſtatu vero Mediolanenſi obſeruatur ius commune, vt conſtat ex his quæ late cumulat Iulius Clarus in lib. 5. receptarum ſententiar. §. læſę Maieſtatis à numero 8. & Baiar. in addit. ad eumdem, vbi quadraginta modos quibus hoc crimen committitur, refert à numero 2.

SVMMARIVM.

1 *Quod cunque homicidium olim vocabatur parricidium.*

2 *Parricidium non ſolum cõmittitur quãdo filius legitimus, & naturalis patrem, aut matrem occidit; ſed etiam quando Spurius, & Baſtardus: quia vere, & hic filius eſt, & ille pater.*

3 *Licet olim parricidij pœna ſolum plecteretur occidens aſcendentem in infinitum; hodie tamen extẽditur illius pœna ad quemcunque deſcendentem, aut tranſuerſalem vſque ad quartum gradum.*

4 *Quæ ſit huius delicti pœna de Iure Ciuili?*

5 *Quæ ſit impoſita pœna à Iure Canonico pro delicto parricidij?*

6 *Iure Regni Hiſpaniæ, Neapolis, & ſtatus Mediolani quomodo puniatur?*

Parricidium quid ſit, & quomodo puniatur?

QVÆSTIO II.

1 PArricidium dicebatur olim quodcunq; ſimplex homicidiũ quaſi paris hominis cidium, vt ex Plutarc. docet Petrus Gregor. lib. 36. Sintag. cap. 24. hodie autẽ alia, & veriori vocabuli, ethymologia attenta, parricidium dicitur homicidium commiſſum in perſonam parentum, vt infra proxime dicam num. 2. & 3. dicitur enim quaſi parentis cidium.

2 Ex qua vocabuli, ethimologia primo deduces non ſolum filium, qui patrem legitimum, & naturalem occidit, parricidam eſſe; ſed etiam eum, qui Spurius, & Baſtardus eſt: cum vere, & hic filius ſit hos accuſare iuncta doctrina Bart. ibi in §. fin. de accuſat. & in ſpetie probant Bal. in c. naturales nu. 12. ſi de feudo fuerit controuerſia inter Dom. & Agn. Vaſſ. Alex. in l. ex facto §. ſi quis rogatus nu. 43 ff. ad trebell. Fort. Gar. in tract. de vltimo fine illatione 2. Iul. Clar. in §. parricidium nu. 2. Baiard. in additionibus ad Clar. num. 5. quia conſideratur ſubſtantia, & non qualitas filiationis.

3 Secundo deduces, quod licet olim occidens aſcendentem in infinitum pęna parricidij plecteretur, vt docet gl. verbo pœna in l. 1. ff. ad leg. Pomp. de parricid. & verbo ſuſtinebit in §. alia inſt. de pub. iud. non tamen occidens filios, ſi quidem iure eos trucidare poterat l. in ſuis ff. de liber. & poſth. poſtea iure nouiori fuit in parẽtes extenſa pœna iſtius delicti, vt in l. 1. C. de his qui paren. quinimo ad occidentẽ fratrem, ſororem, vel alium quemlibet tranſuerſalem vſq; ad quartum gradum extenſa fuit l. 1. ff. de leg. Pomp. de parricid. & ex alijs probat Ant. Gom. 3. tom. variarum cap. 3. nu. 3. qui delicti iſtius pœnam, & qualitatem eius, competere contra occidentem vxorẽ, vel maritum probat ibi ex d. l. 1. de parricid. & ex authoritate diuina, qua cauetur, *propter hanc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ.*

Et licet Plaza in tract. de delictis c. 22. nu. 30. & 31. exiſtimet idem obtinere in ſponſis de futuro ex l. ſciendum ff. ad leg. Pomp. de parricid. quam ita ipſe intelligit; mihi illius intellectus diſplicet ex eo, quod licet l. C. ibi, & in l. ſequenti ſponſam contineri dicat; non poteſt intelligi de ſponſa de futuro, in quam ſponſus ius non habet ante cõiugalem conſenſum de præſenti, vt infra probabimus q. 4. num. 5. nec extendi poteſt, vt idem Plaza volebat ad occidentem magiſtratum, vel iudicem, ex glo. in auth. vt iudices ſine quoquo ſuffragio §. illud, quia loco parentum ſunt ex doct. glo. fin. in l. liberto ff. de obſequijs parent. & patro. præſt. quia omne ſimile non eſt idem, vt docet Iul. Clar. d. lib. 5. q. 83. nu. 15. & ſimilia dicuntur, quorum diuerſi ſunt termini; vna tamen eſt ratio l. fi. C. de collat. & probat Dec. conſil. 328. nu. 4. vnde non parricida, ſed homicida dicetur diſcipulus magiſtrum, vel inferior iudicem occidens.

4 Hoc autem immane crimen committentes, nec Solonis, nec Romuli legibus aliqua certa pœna tenebãtur: quia non ſperabant Legiſlatores aliquem parricidam futurum, ſed cum anno ab Vrbe condita ſexcenteſimo, Lutius Hoſtius primus omnium patre occiſo, patricidium commiſerit,

rit, indecepit ſeueriſſime vendicari delictum iſtud, quod tripliciter ſecundum perſonarum, & proximitatis diſtinctionem iure ciuili punitur; aut l. Cornelia de ſicar. quæ, & caput habebat de parricidijs l. 3. §. legis ff. ad l. Corn. de ſiccar. aut l. Pomp. de parricid. cuius pœna capitalis eſt l. pœna verſ. qui alias ff. ad l. Pomp. de parricid. aut tandem more maiorum, ſecundum quē virghis ſanguineis verberatus, culeo inſutus cū cane, gallo gallinaceo, vipera, & ſymia in flumen, vel mare profundum proijciebatur, vt explicant Cicero in oratione pro Roſ. Iaſ. in l. ius ciuile nu. 28. de iuſt. & iur. Cou. in clem. ſi furioſus 2. p. in initio nu. 12. & probat expreſſe text. in l. penul. ff. de parricidijs l. vnic. C. de his qui parentes, vel liberos occiderunt §. alia inſtit. de pub. iud.

5 De iure Pontificio ſtatuta fuit in Concilio Vuormacien. c. 30. cuius verba referuntur in c. latorē 33. q. 2. pœnitentia decem annorum iuxta formam d. c. latorem, ſeu trium tantum iuxta c. fi. extra de his, qui filios occiderunt, vel perpetua in monaſterio clauſura iuxta c. 1. eiuſdē tit. hoc tamen procedit in foro pœnitentiali tantum; nam in contentioſo ſi laici ſint parricidæ ſubiecti Summo Pontifici, tradděntur iudici ſeculari, vt in eos pœnam iuris communis imponat; ſi vero clerici ſint, deponentur ab ordine, & beneficio, & in monaſteriū perpetuo detrudětur, vt contra plures reſoluit Soccin. in d. c. 1. & Bernardus Diaz in pract. criminali canonica c 96. in fin.

6 Regio autem iure Hiſpano pœna more maiorum á l. ciuili introducta, de qua ſupra nu. 4. approbata eſt in l. 12. tit. 8. parti 7. & ita quotidie practicatur; hac tamen limitatione quod priuſquam parricida mittatur in culeum, extrangulatur, vt refert Ant. Gom. ſupra nu. 3.

De iure autem Regni Neapolis nulla certa, ſeu determinata reperitur ſtatuta pœna: & ideo remanet ſub diſpoſitione iuris communis arg. l. ſi quidem de liberis, & poſth. ſed Muſcat. in ſua pract. crim. in tit. de pœna homicidij cum mandato num. 39. refert ſe vidiſſe decapitare quemdam capuanum parricidam in publico foro Neapolis, & poſtea fuiſſe mandatum obſeruari ſolemnitates d. l. penul. ff. de parricid. & l. vnic. C. de his qui parentes; non tamē fuiſſe exequutum ob benignitatem, & indulgentiam excellentiſſimi tunc temporis Proregis. Ex quibus conſtat eādem eſſe in huius delicti pęna practicam Regni Hiſpaniæ Neapolis, & ſtatus Mediolani, vt docet Clar. in dicto §. parricid. numer. 5. & Iur. Com. vt ex ſupradictis conſtat.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum tres debet habere comites veritatem, iudicium, & iuſtitiam.*

2 *Periurium eſt mendacium iuramento firmatum.*

3 *In periurio requiritur dolus, & animus fallendi, aſſerendo, & confirmando iuramento mendacium.*

4 *Qui verum iurat, putans eſſe falſum, peierare dicitur.*

5 *Periurÿ crimen grauiſſimum eſt, & quibus criminibus comparetur?*

6 *Interpratatur textus in l. 2. Cod. de reb. Cred. & iur. iur. & in l. nam ſufficit ff. de dolo.*

7 *In periurio nemini damnoſo pœna temporalis non procedit.*

8 *In iuramento iudiciali litis deciſorio, quod defertur a parte parti, non imponitur pœna temporalis periuro, & quare?*

9 *In iuramēto calumniæ ad excludendam malitiam praſtito, non procedit pœna temporalis; ſecus vero in iuramento calumniæ praſtito pro veritate dicenda.*

10 *In cauſis criminalibus ſi reus reſpondendo poſitionibus, & articulis actoris, vel fiſci deierauerit, pœna temporali non punitur.*

11 *Quæ ſit pœna periurÿ de iure ciuili?*

12 *Quæ ſit periurÿ pœna de iure Pontificio?*

13 *Quæ ſit periurÿ pœna de iure Regio Hiſpano, Neapolit. & Mediol.*

14 *Forma praſtandi fidem, quæ inter Hiſpanos nobiles obſeruatur, quæ dicitur Homagium, non inducit periurim.*

15 *Periurÿ pœna venit imponenda quando principaliter agitur de periurÿ crimine; ſecus ſi incidenter.*

16 *Periurÿ crimen eſt mixti fori.*

Per-

Digitized by Google

Periurium quid ſit, & quæ illius pœna?

QVÆSTIO III.

1 IVramentum, vt licitum ſit, tres debet habere comites, veritatem, iudicium, & iuſtitiam, quibus deficientibus, non iuramentum, ſed periuriũ erit, iuxta illud Hierem. c. 4. relatum in c. & ſi Chriſtus de iure iur. & in c. animaduertendum 22. q. 2. & notant D. Thom. 2. 2. q. 89. art. 3. & ibi Aragon: Sot. lib. 8. de iuſt. & iur. q. 1. art. 3. Nau. in Manu. c. 12. nu. 3. Cou. in c. quamuis pactum 1. p. §. 6. nu. 4. Azor. 1. tom. inſtit. moral. lib. 10. c. 1. verſ. 5. quæritur; ſed ſi deficiet iudicium, quia temerariè, & indiſcretè iuratur, vel iuſtitia; quia iuratur illicitum, licet ſemper indiſtinctè peccatum committitur, aliquando mortale, & aliquando veniale c. qui Sacramento 22. q. 4. C. verum de iur. iurand. non tamen propriè dicitur periurium, ſed tunc demum quando deficit veritas in iuramento, ita D. Tho. 2. 2. q. 98. art. 1. impropriè tamen periurium dicitur, vt elegãter notat Diu. Thom. vbi proximè. & in 3. sent. diſt. 39. art. 4. iuxta quam diſtinctionẽ intelligendus eſt text. in d. c. animaduertendum in final. verbis.

2 Vnde propriè periurium eſt mendaciũ iuramento firmatum, ex ſententia D. Th. & omnium Theolog. in 3. ſentent. diſt. 39. Bal. in l. fi. C. de reb. cred. & iur. Boer. deciſ. 305. & Detian. conſ. 48. nu. 30. vol. 3. indeq; inter varias iurandi formulas, quibus vtebantur Romani, quas referunt Iure Conſulti in l. 3. §. fi. cum legibus ſeq. & in l. per ſalutem de iure iur. Duar. in trac. de iure iur. Petr. Greg. in lib. 5. c. 8. à nu. 4. (cuilibet enim licebat. propriũ aliquod, & peculiare genus iuris iurandi eligere iux. l. non erit 5. §. Diuus ibi *Diuus Pius iure iur. quod propria ſuperſtitione iuratum eſt: ſtandum reſcripſit*) ea frequentior erat, vt iuraturus per Iouem, lapidem ſilicem tenẽs, his vteretur verbis, *ſi ſciens fallo, qui me deſpicit, ſalua vrbe, æreq; bonis eÿciat, vt ego hunc lapidem*, vt docet Briſ. lib. 8 de formul. pag. 811. & innuiſſe videtur cõſ. in l. qui iuraſſe 26. de iur. iur. ibi *quia ſciens fallere non videatur*, vt aduertunt Cuiat. lib. 1. obſer. c. 21. Rebar. lib. 5. variarum c. 5. in fi. & colligitur ex tex. in c. ecce dico 22. q. 5. ibi *qui per lapidem falſum iurat, periurus eſt*. ideſt qui per Iouem iurat: (lapidem enim falſum eum appellat, quia lapidem tenẽs per Iouem iurabat) vt rectè agnouit Tiraq. in annotat. ad Alex. ab Alex. c. 10. litera X. contra gloſ. verſ. lapidem in d. c. ecce.

3 Nec ſufficit vt periurus quis dicatur, & ei pœna infra dicenda imponatur, quod mendacium iuramẽto confirmauerit: requiritur enim animus fallendi in eo iuxta tex. in c. Beatus, & in cap. ne quis 22. q. 2. vnde abſq; dolo periurium committi nõ poteſt. vt docet Bal. in l. obſeruare §. proficiſci col. 3. ff. de offic. proconſ. receptus communiter ex Iaſ. in l. videamus nu. 7. ff. de in lit. iur. & Iul. Clar. in §. periurium nu. 9. Ex quo qui falſum iurat putans eſſe verum, licet mendacium iuramento confirmet, erit immunis à culpa: quia deficit dolus arg. c. 1. extra de ſcrutinio in ord. fa. niſi ignorantia eſſet craſſa, & ſupina iuris, vel facti: tunc enim peccaret arg. l. nec ſupina l. regula §. ſed facti ff. de iur. & facti ign. l. ea quæ ff. de contr. emptione, ſed vtroque caſu excuſatur à pœna, licet nõ à peccato. ex tex. in c. homines 22. q. 2.

4 Quo fit, vt à contrario qui verum iurat putans eſſe falſum: quia animus fallendi habuit, dicatur periurius in d. c. homines. Sicut & ille, qui contra promiſſionem iuratam venit, vt in c. quærelã extra de iur. iur. & l. ſi quis maior C. de tranſact. & ibi notat Bal. & communis.

5 Cum igitur in periurio Deus adducatur in teſtem, & in Iudicem falſitatis l. fi. §. quod ſi actor in fi. C. de iur. iur. propter cal. dando. ac proinde Deus ipſe principaliter offendatur, grauiſſimũ eſſe crimẽ iſtud ait gl. verſ. deierauit in c. 2. de re iud. in 6. imo homicidio, & ſodomiæ comparatur in auth. vt non luxurientur homines contra naturam, nec iurent per capillos Dei, & his omnibus eſſe grauius probat tex. in c. ille qui hominẽ 22. q. 5. Diu. Th. quolibeto 1. art. 18. Card. in clem. 1. §. fi. q. 14. de ſponſ. Abb. in c. ſicut de teſtib. Ripa in c. 2. nu. 2. de reſcriptis. Detia. conſil. 48. num. 30. vol. 3. licet contradicat gl. in d. c. ille, qđ debet intelligi quo ad peccatum; non tamen quo ad malum, quod dicitur a nocẽdo, vt optimè interpretantur

tur

Digitized by Google

tur Archid.& Turrecrem. in c.duo mala 13. diſt. ita intelligentes textum illum.

6 Neq; obſtat tex. in l.2.C. de reb. cred. & iur. iur. & in l. nam ſufficit ff. de dolo, vbi periurij pœna nulla videtur in foro iudiciali. Nam omiſsis varijs interpretationibus quas referunt Accurſ. & DD. Vtrobiq; Padilla in l. ſi quis maior C. de tranſact. Cou. in c.quamuis pactum 1.p.§.7.nu.2. Men. de arbitr. caſu 319. à nu.4. Iul.Clar.in d.§.fi.q.45. Duar.lib.2.diſpu. c.37. Cuia. lib.2. obſeruationum c.19.& lib.8.c.7.reſoluendum eſt, illorum iurium deciſionem obtinere in aliquibus caſibus, in quibus ſpecialiter pro periurio pœna temporalis non imponitur.

7 Primus eſt in periurio nemini damnoſo, vt quando quis iurat nõ comedere carnes, vel ieiunare, vel abſtinere à ludo, quo caſu licet comedendo carnes, non ieiunãdo, vel ludendo, peccatũ incurrat proprio iuramẽto cõtraueniẽs; non tamen incurrit pęnam temporalem, vt docet gl.& cõmunis in d.l.2.Coua. Menoch.& alij vbi ſup. Iaſ.in l.ſi duo patroni §.fi.ff.de iur.iu.

8 Secundus caſus eſt in iuramento iudiciali litis deciſorio, quod defertur à parte parti, de quo loquitur tex.in l.quod ſi deferente ff.de dolo, & in l.actori C. de reb. cred.& iur.iur.cuius violatio ſolum Deũ habet vltorem, vt in d.l.2.& probat gl. fi. in c.quæcunque 6.q.1.recepta communiter ex Boer.deciſ.305.nu.4.

Neq; obſtat huiuſmodi periurium valdè nociuum eſſe parti aduerſę: quia reſpõdet Vulp.in l.quod ſi deferente ff.de dolo partis conuentione remiſſum eſſe, tacitè enim remittere cenſetur, qui parti iuramentum defert. Nec item obſtat tex. in l. Si duo patroni §.fi.de iur iur. vbi dicitur, quod ſi quis iurauerit in re pecuniaria dare ſe non oportere, & peierauerit, vel dari ſibi oportere, fuſtibus caſtigandus eſt: quia reſpondendum eſt, quod quando per Deũ pars, cui delatum fuit iuramentum, iurauit, tunc cum Deum ipſum habeat vltorẽ, vt in d.l.2.pęna temporali non punitur; quando vero per Principem quis iurat, ab ipſo Principe pęna temporali punitur, vt in d.§.fi.quem ita intelligendum eſſe conſtat ex illis verbis, *ſi quis iurauerit per genium Principis*, & ita notarunt Rob. lib.2. ſententiarum c.20.& Rebar. lib.2. variarum cap. 3.

9 Tertius caſus eſt in iuramento calumniæ ad excludendum malitiam præſtito: tunc enim quamuis contra veritatem iuretur actionem, vel exceptionem, vel recuſationem non eſſe malitioſam, periurij pœna temporalis locum non habet gloſ. verbo religione in principio inſtitut.de pœna temere litig. recepta communiter ex Bald.conſil.299.lib.5.Rebuff.de pacif. poſſeſs.nu.219.Couar.d.§.7.num.7.Menoch. vbi ſupra num.28. Quod ſi periurium committatur in iuramento calumniæ, quod appellatur de veritate dicenda, per quod poſitionibus reſpondetur, propter magnum ipſius partis præiudicium ſeuerè puniendum erit, vt reſoluunt Auend. de exequendis mandatis 2.p.c.27. num.17.Couar. Menoch. & alij ſupra.

10 Licet in cauſis criminalibus eorum doctrina non procedat, in quibus, & ſi reus reſpondendo inquiſitioni, aut poſitionibus deierauerit, puniendus non eſt: nemo enim tenetur ſe ipſum prodere cap. quis aliquando verſ. non tibi dico, de penitentia diſtinct.1.vbi Gratianus in hæc verba *non tibi dico vt te prodas in publicum, nec vt te apud alios accuſes*. & cuilibet licet qualitercunque ſanguinem ſuum redimere, textus elegans in l.1.ff.de bonis eorum, qui ante ſententiam, vel mortem, ibi *nam ignoſcendum cenſuerunt ei, qui ſanguinem ſuum qualiter redemptum voluit*: quin imò excuſaretur à culpa reus, qui antequam ſibi manifeſtentur inditia, quæ ſunt contra eum, etiam exacto iuramento veritatem cælaret, vt docent Diu.Thom 2.2.quæſt.69.artic.1.& Soto de ratione tegendi, & detegendi ſecretum, membro ſecundo, quæſt. 7.

Cui reſolutioni non obſtat textus in l. fin. de crimine ſtellionatus, cuius hæc ſunt verba, *de periurio ſi ſua pignora eſſe quis in inſtrumento iurauit, crimen ſtellionatus ſit: & ideo ad tempus exulat*: quia licet gloſ. ibi Cuiac. & Rebard. vbi ſupra tentauerint relegationem, de qua ibi, criminis, non periurij pœnam eſſe; eos tamen rectè repræhendit Menoch. dicto cap. 319. numero 11. Quare verius dicendum eſt periurium, de quo ibi, nec eſſe de calumnia, nec iudiciale, nec in cauſa criminali; ſed extraiudiciale, & in contractu pignoris adhibito ad decipiendum creditorem, quo caſu non negamus periuros debitis afficiendos eſſe pœnis, ut ibi.

11 Pęna

11 Pœna autē periurij multiplex eſt: nam iure ciuili primo efficitur infamis periurus; ſcribit enim Cicero lib. 2. de legibus in hæc verba *periurij pœna; diuina exitium ciuilis dedecus*, & probatur in d.l.ſi quis maior Cod.de tranſact.quæ pœna ſolum eſt practicanda in eos, qui ſuper iuramēto promiſſorio de futuro deierauerint, in quo caſu loquitur d.l.ſi quis maior; ſecus autem ſi periurium eſſet aſſertorium de præterito, vel de præſenti, vt ex l.Lucius ff. his qui notantur infamia docet ibi gloſ.& in cap.quicunq; 6.q. 1. D.Thom. 2.2.quæſt.98.art.3.ad.3.Bar.Bal.Salyc.& communis in d.l.ſi quis maior.Cou.d.§.7. numer.4. licet contradicat Padilla in d.l. ſi quis maior nu.19.

Ex qua prima pœna oritur ſecunda; nam cum infamibus portæ dignitatum patere non debeant reg.infamibus in 6.l. 2.C.de dignitatibus lib.12. periurij omni priuantur honore, & dignitate l.quoties C.de dignitatibus lib.12.Item in hoc periurio promiſſorio periurus pœnam contractus ſoluit, & actionem, omneque conuentionis cōmodum ammittit d.l. ſi quis maior vbi DD.communiter annotarunt; quomodo accipienda eſt doctrina glo.verbo cauſa in cap.paruuli 22.quæſt.5.exiſtimantis periurum non admitti ad agendum, recepta ex Iaſ. in d.l.ſi duo patroni §.fin. num.2.Caſſaneo d.§.12.num.30.intelligenda enim eſt ſi agat ex contractu, ſuper quo commiſſit periurium; non alias, vt docuit Alex.in d.l.ſi quis maior col.fin. Abb. in cap. intelleximus in fine de iudicijs Ripa in cap.2.nu.4.de reſcrip.

Denique periurus de iure ciuili corporali pœna fuſtigationis punietur, vt in d. l.ſi duo patroni §.fin.de iur. iur. ſed hanc pęnam hodie in vſu non eſſe, ſed periuros mitrari docuit Ang in d.§ fin.& ibi Iaſ.n. fin. Decian.conſ.48.num.30.vol.3. Petr. Greg.d.lib.5.cap.11.num.2.quam mitræ pęnam, cum infamia ſit, ortum habuiſſe exiſtimauit Ang.à d.§.fin. ibi, *& ei ſuper indici*. Sed Iaſ.ibi recte aduertit text. illum venire à remotis: ea enim verba veterem Romanorum morem in ſumendis ſupplitijs deſignant: cum enim damnatis pęnas imponerent, in loco ſupplicij conſpicuo titulum affigebant, qui cauſam ſupplicij contineret, vt eo populus breuiter admonitus, pœnæ à reo expetitæ rationē intelligeret. Vnde ea ratione impoſitam fuiſſe inſcriptionem cruci Chriſti Saluatoris noſtri aduertit Alc.lib.4. diſput. ca. 2. vnde in illis verbis, *& ei ſuper indici* ſolum ſignificauit Vlpian. periuro fuſtibus caſtigato inſcriptionem eſſe ponendam in loco ſupplicij, qua indicaretur reum ob temerarium ius iurandum plecti. Qui vero periuriū cōmiſerit ſuper iuramēto aſſertorio de præſenti, vel de præterito; quia ſtellionatus crimē commiſit l.fi.de crimine ſtellionatus extraordinariè arbitrio iudicis punietur l. 2. ff. eodem tit.iudex autem ad exilium vſq; arbitrabitur, vt in d.l.fin.

12 Pontificio autem iure in foro pœnitentiali puniuntur periuri ieiunio quadraginta dierum in pane, & aqua c. cuicunq; 6.quæſt.1.eademq; pœnitentia, quæ adulteris, & homicidis imponitur cap.prædicandum 22.quæſt.1. In foro autem iudiciali grauius puniuntur: amplius enim non admittuntur ad iurandum d. ca. quicunque cap.paruuli 22.quæſt.5.cap. teſtimonium cap. ſicut de teſt.gloſ.in l.3.§.lege Iulia de teſtibus.Quod non ſolum procedit in ſibi fauorabilibus, puta quod eis non deferatur iuramentum in defectum probationis, iuxta legem admonendi de iur.iur.l.in bonæ fidei C.eodem, vel quod eius iuratoriæ cautioni non ſtetur, vt tradit Iaſ.in l.1.ff qui Satiſd.Cog & Maſcar de probat.concluſ.1158.num.2.ſed etiam in odioſis; non enim admittitur ad teſtificandum gloſ. verbo adulterij in cap. per tuas de ſimonia, & dicit communem Albericus in d. l. Lutius num. 3. habebitq; locum hæc pœna etiam ſi non ſit per ſententiam de periurio condemnatus, vt docuit Bald. in l. ſi veteris C.de fid.inſtrum. receptus communiter ex Petr. Gregor.d.cap. 11.nu.4.licet contradicat Auiles in capitulis prætorum cap.48. verbo punition. numer. 7. Item ſunt hoc iure pontificio periurij infames ſicut iure ciuili diximus eſſe num. præcedenti cap. infames c. quicunq; 6. quæſt. 1.cap.ſi quis conuictus 22. quæſt.5.glo.verbo periurij in cap. quærelam de iur.iur.vbi Abb. & cōmunis adhibita tamen diſtinct. iuris ciuilis ſupra tradita ex Abb. ibi, & ſentit deciſ. Rotæ 1. nume. 2.de iur.iur.in antiquis. Ex qua pœna oritur alia quod ſcilicet Collatio beneficij facta clerico periuro, eſt ipſo iure nulla, vt ex ca. accedens de accuſat.docuerunt Innoc.in c. conſtitutus de appellat. Dec. in cap. dilecti col. 2. de excep. Petr. Greg.d.c.11.num.4. Ego autem pœnam

iſtam

adhibita diſtinctione imponerem: cum enim periurus ſolum notetur infamia canonica gloſ. in dicto cap. quicumque, quæ facti eſt, & pœnitentia tollitur, & regula illa collationem factam infami nullam eſſe ipſo iure, ſolum obtineat in infamia iuris; non vero facti, vt docuit Abbas in cap. inter dilectos num. 6. de exceſſibus prælatorum, & in cap. ſuper eo de electione Nauar. in cap. ſi quando colum. 52. de reſcriptis. Exiſtimarem tunc eſſe collationem nullam ipſo iure, cum fieret periuro iam per ſententiam condemnato: tunc enim incipit teneri infamia ciuili, ac proinde inficiatur ipſo iure ei facta collatio, vt in ſpetie docuerunt Rebuff. de pacif. poſſeſs. num. 221. Couar. in dicto cap. quamuis pactum primæ partis §. 3. num. 3. Bern. Diaz in practica cap. 92. num. 4. & ibi Salcedo litera C.

Denique Clerici periuri priuantur beneficijs, & deponuntur ab ordine cap, præsbyter 81. diſtinctione cap. querelam cap. cum quidam de iur. iurand. & in hoc conueniunt omnes. Diſputant autem, an hæc priuatio beneficij incurratur ipſo iure; an vero requiratur ſententia condemnatoria? & verius eſt periurum non priuari ipſo iure, ſed per ſententiam ex dicto cap. quærelam, & ex cap. 2. de reſcriptis cap. peruenit de fideiuſs. & docent Abb. & communis in dicto cap. quærelam Bernard. Diaz in dicto cap. 92. à num. 3. Menoch. d. caſu 319. num. 4. & Couar. d. §. 7. num. 3. licet contrarium velit Barba. in d. cap. 2. & in d. cap. cum non ab homine de iuditijs, cuius fundamentis Ripa reſpondit in d. cap. 2. de reſcriptis.

Neque exiſtimet aliquis inutilem eſſe huius quæſtionis reſolutionem; maximum enim producit effectum propter acquiſitionem fructuum, & liberam renunciationem vſque ad ſententiam: quamuis enim putauerit Dominicus conſil. 105. colum. 2. poſſe ſuperiorem non admittere renunciationem factam à periuro quouſque cauſa terminetur; contrarium tamen verius eſt ex ſuperiori ratione, vt optimè conſiderauit Salcedo, vbi ſupra.

13 Regio vero iure Hiſpano periuri notantur infamia leg. 26. titulo 11. part. 3. leg. 2. titul. 5. part. 7. vnde ſi periurium fiat ſuper iuramento iudiciali delato à parte parti; licet de iure partitarum eſſet impunibile ex d. l. 26. hodie tamen punitur pœna 600. marapetinorum l. 2. titul. 6. l. 10. titul. 19. lib. 8. ordinand. l. 2. titul. 17. lib. 8. recopilat. quas hoc caſu accipiendas eſſe teſtantur Villalobos in antino. iur. litera P. num. 11. & Hol. in concord. antin. Lup. num. 28.

Et hoc caſu actor falſum iurans, cauſam amittit; reus vero habetur pro confeſſo. vt in l. 42. cap. 12. pragmat. Regum Catholic. quam refert Perez in l. 1. verbo poſitiones titul. 4. lib. 3. ordin. quod ſi periurium committatur ſuper iuramento promiſſorio, in pœnam priuatur periurus ordinibus, bonis Regiæ Cameræ applicandis l. 1. titul. 6. lib. 8. ordin. l. 1. titul. 17. lib. 8. recopilat. Si vero periurium ſit aſſertorium, arbitrio Iudicis iuxta damnum, & offenſam proximo illatam, & perſonæ qualitem punietur.

De iure autem Regni Neapolis extat Conſtitutio vnica ſub rubrica de periurijs, cuius hæc ſunt verba *vos, qui ſcienter periurant in iudicijs, aut extra iudicia, detruncationem manus volumus ſubſtinere: niſi ipſorum periurium in crimen læſæ Maieſtatis inciderit, in quo iura vetera dictorum Principum inſtituta ſeruamus.* Ex quibus conſtat periurium committentes in iuditio, vel extra ſcienter, manus amputatione plecti, & licet vigore duorum rituum Magnæ Curiæ quorum vnus incipit, *item nota, quod ille*, alter vero *item ſeruat ipſa Curia quod ſi aliquis*, contra eum, contra quem præſentatum, & liquidatum eſt inſtrumentum, procedatur ad mutilationem manus. Hodie tamen in periurijs, quæ extra iuditium committuntur in contractibus, non practicantur, vt refert Foller. in ſua practic. crimin. in fragmentis num. 203.

De iure vero ſtatus Mediolani nulla certa, seù determinata inuenitur pœna, & ideo per neceſſariam conſequentiam iuris communis pœnam practicari dicendum eſt, & colligitur ex his, quæ tradit Iulius Clarus lib. 5. ſentent. §. periurium num. 2. & Baiard. in additionibus, num. 6.

14 Erit tamen aduertendum, quod licet apud Hiſpanos in vſu adhuc vigeat quædam forma præſtandi fidem, præcipuè inter

Digitized by Google

ter nobiles, quæ latine homagium dicitur vt in cap. fin. de regulis iuris; tamen, etſi ſi quis homagio contrauenerit, non dicitur periurus, nec ſupra relatis pœnis afficietur, vt docuit eleganter Gregor. in l. 26. titul. 11. par. 3. verbo *ò le ficiere* Padilla in dicta leg. ſi quis maior num. 36. ratio eſt in promptu: quia ad committendum periurij crimen, requiritur neceſſario quod præcedat iuramentum; ad iuramenti autem ſubſtantiam, quod Deus adducatur in teſtem c. & ſi Chriſtus, vbi gloſ. de iur. iur. cum igitur in homagio nihil per Deum, vel Deo iuretur, vt conſtat ex eius forma, quam tradit text. in l. 4. tit. 26. par. 4. l. 25. titul. 16. par. 3. rectè dicimus non committi perinrium. Neque obſtat text. in d. l. 26. par. vbi ſi quis homagio contrauenerit, appellatur periurus: quia lex illa intelligenda eſt referendo ſingula ſingulis, quod vbi interuenit iuramentum, ſit pœna periurij; vbi vero homagium, ſola infamia, vt in l. 2. titul. 5. par. 7. ad quam ſe refert d. l. 26.

15 Secundo aduertas ſupradictas pœnas ſolum eo caſu imponendas, quo agitur principaliter de periurij crimine, id eſt per accuſationem; ſecus vero ſi incidenter, veluti excipiendo contra teſtes, vt colligitur ex text. in cap. 2. in fin. de ordine cognitionum cap. 1. de except. & declarat Auiles. in cap. præt. cap. 48. verbo *otras vezes* num. 2. 3. par.

16 Tertio aduertas laicos periuros non ſolum poſſe á Iudice ſeculari puniri, vt in cap. debet 23. quæſt. 4. ſed etiam á Iudice Eccleſiaſtico, vt in cap. 9. de iudicijs: eſt enim crimen mixti fori, vt docent Io. Andr. in cap. licet mulieres de iur. iuran. in 6. Auend. vbi ſupra num. 1. Couar. in 4. 2. par. num. 20. cap. 6. eſtque communis ſecundum Suarez in communibus opinionibus verbo periurium num. 95.

SVMMARIVM.

1 *Inceſtus vnde dicatur, & quare ita appellatur?*
2 *Quando, & à quibus inceſtus committatur?*
3 *Ex copula etiam illicita contrahitur affinitas inter contrahentes, & eorum conſanguineos.*
4 *Affinitas ex illicita fornicatione contracta, ſolum impedit matrimonium cum conſanguinea in primo, vel in ſecundo gradu.*
5 *Ex ſponſalibus ante copulam non oritur impedimentum affinitatis.*
6 *Impedimentum publicæ honeſtatis ad primum gradum reſtringitur.*
7 *Inceſtus crimen eſt adulterio grauius, & adulterij pœna à iure ciuili ſtatuta vindicatur, & quid ſit de iure Codicis?*
8 *Quæ veniat imponenda pœna pro inceſtus crimine de iure canonico.*
9 *Quæ ſit ſtatuta pœna de iure Regio Hiſpan. Neapol. & Mediolan.*
10 *Quibus modis excuſetur quis ab huius delicti pœna.*

Inceſtus quid ſit, vnde dicatur, quomodo committatur, & qua pęna puniatur?

QVAESTIO IIII.

1 CEſtus erat cingulum Veneris, quo antiquitus nuptiarum ſolemnia celebrabantur. vnde coniunctio quę legibus, aut moribus contrahi prohibetur, inceſtus appellatur, quia in his nuptijs non adeſt ceſtus hoc eſt cingulum illud Veneris, ita Couar. in 4. 2. par. cap. 6. §. 8. nu. 1. Petr. Greg. lib. 9. Syntag. cap. 11. & lib. 36. cap. 7.

2 Licet autem quælibet interdicta coniunctio inceſtus poſſit prædicta ratione appellari l. ſororis, ff. de ritu nuptiarum l. ſi adulterium §. 1. ff. ad legem Iuliam de adulterijs, quia tamen grauior prohibitio eſt inter affines, & conſanguineos inceſtum accipimus in quæſtione iſta pro coitu inter ſanguine coniunctos, leg. final. ff. de ritu nuptiarum leg. vltima ff. de

Digitized by Google

ff. de condictione ob cauſam cap. lex. verſ. inceſtus 36. quæſt. 1. docent Couar. & Pet. Greg. vbi ſupra, & Iul. Clar. lib. 5. ſenten. §. inceſtus nu. 1. inter eos tamen qui aſcendunt, vel deſcendunt in infinitum, coniunctio eſt prohibita ex Couar. d. cap. 6. §. 6. nu. 11. ideoque ſi coeant, inceſtum committunt l. fin. de ritu nuptiarum. Inter Collaterales vero vſque ad quartum gradum (hæc erit regula generalis quod is committit inceſtum) qui iure prohibente cum ea, cum qua coiuit, matrimonium contrahere non poteſt ſine Pontificis diſpenſatione, vt reſoluit Couar. d. §. 8. nu. 1 conſtat autem in 4. conſanguinitatis gradu nuptias eſſe prohibitas ſine diſpenſatione cap. non debet de conſanguinitate, & affinitate. ergo inter affines, & conſanguineos, & Collaterales, vſque ad quartũ gradum inceſtus committitur.

3 Vnde deducitur quod cum etiam ex copula etiam illicita contrahatur affinitas inter contrahentes, & eorum conſanguineos cap. diſcretionem de eo qui cogno. conſang. vxoris ſuæ, cap. in lit. de teſtibus cap. 2. de conſanguinitate, & affinitate docet gloſ. verbo prohibendum in l. 1. de concubinis ſequitur Couar. vbi ſupra cap. 6. §. 7. nu. 3. Paleotus de notis, & ſpurijs cap. 7. licet contradicat Corraſ. lib. 1. Miſſellaneorum cap. 3. nu. 22. Si quis coierit cum conſanguinea eius intra quartũ gradum, cum qua antea fuerat fornicatus, committit inceſtum, vt contra Hyppolitum ſingulari 254. & Dec. conſ. 268. vol. 2. docent Bernard. Diaz in pract. cap. 84. num. 3. & ibi Salcedo lit. D. & Couar. d. c. 6. §. 8. num. 3.

4 Secundo deducitur quod cum noua Concilij Trident. Conſtitutione ſeſſ. 24. cap. 4. de reformat. matrim. affinitas ex illicita fornicatione contracta, ſolum impediat matrimonium cum conſanguinea in primo, vel in ſecundo gradu; ſi quis coierit cum conſanguinea eius in tertio gradu, cum qua antea coierat, non committit inceſtum: cum ſolum hoc crimen committatur inter affines, vel conſanguineos matrimonium contrahere prohibitos, vt ſupra diximus. Neque obſtat decretum Concilij, quod ſolum loquitur quo ad dirimendum matrimonium iam contractũ, ac proinde videtur prohibitionem contrahendi non auferre, quia Pij V. motu proprio, ſub die 26. Nouembris anno 1566. relato inter motus proprios pagin. 52. declaratum fuit affinitatem ex fornicatione in tertio, vel quarto gradu non ſolum non dirimere, verum, neque impedire.

5 Tertio deducitur quod ſi vera eſſet Diui Thomæ ſent. in 4. diſtinct. 41. quæſt. 1. art. 1. exiſtimantis ex ſponſalibus de præſenti etiam ante copulam oriri affinitatẽ, quem ſequitur Florentinus in ſumma 3. par. tit. 1. c. 11. ſequeretur inceſtum committere eum, qui ſponſalia contraxit cum Berta, & poſtmodum eius cõſanguineam cognouit, licet Bertam non cognouerit, ſed hoc non eſt dicendum, quia ex ſponſalibus ante copulam non oritur impedimentum affinitatis, ſed tantum iuſtitiæ publicæ honeſtatis, vt docent Abbas, & Præpoſitus in cap. ſponſam de ſponſalibus Syluеſt. in ſumma verbo matrimoniũ 8. §. 14. Couar. dicto cap. 6. §. 7. num. 3. vnde in prędicto caſu non punietur inceſtus pœna, ſed Iudici arbitraria, vt ex glo. verbo eos in clem. vnica de conſang. & affin. docet Couar. vbi ſupra §. 8. nu. 4.

6 Hodie vero hoc impedimentum publicè honeſtatis ex Conc. Trident. ſeſſ. 24. cap. 3. de reformat. matrim. ad primum gradum reſtrictum eſt, quod nouiſſime à Pio V. primo die Iulij anno 1586. declaratum fuit procedere in impedimento ex ſponſalibus de futuro, ſecus ex matrimonio de præſenti, de quo nihil innouauit Concilium, vt habetur inter motus proprios pag. 191.

Hoc igitur inceſtus crimen cum ſit adulterio grauius, cap. adult. 32. quæſt. 7. licet apud aliquas nationes fuerit impunitum, vt refert Alex. ab Alex. lib. 1. dierum gen. cap. 2. & 24. Tiraquel. in l. 7. connubiali à num. 30. iure ciuili ea pœna vindicatur, qua adulterium l. ſi adulterium cum inceſtu, vbi glo. Bart. & DD. & in l. inter liberas de adulterijs docent Couar. d. §. 8. nu. 2. Clar. in d. §. inceſtus n. 2. quod intelligendum eſt quando ſine figura matrimonij, conſanguinei, vel affines coeunt; ſecus autem foret ſi contracto matrimonio, inceſtum cõmitterent: aliquam enim haberent excuſationẽ arg. l. ſi. de condict. ſine cauſa. Vnde ſi inceſtum matrimoniũ contrahant, alijs afficiuntur pęnis, primo enim donationes propter nuptias, & quod ab alterius liberalitate in alterum procedit, vt indigno, indigne vè ſublatum, fiſco vindicatur l. 4. l. ſi quis inceſti, Cod. de inceſtis nuptijs. Nouiori

vero iure omnibus priuantur bonis ipſo iure, & nobiles omni dignitate ſpoliati in exilium mittuntur, humiles vero flagellantur auth. de inceſtis nuptijs §. 1. auth. inceſtas nuptias C. de inceſtis nuptijs docent Couar. Clar. vbi ſupra Dec. in l. certum nu. 7. C. vnde legitimi Crotus in rub. ff. ſolut. matrim. num. 49.

8 Iure verò canonico laicus ſi ſit coniugatus primo punitur ita, quod priuatur perpetuo, vt nó poſſit ab vxore, cuius cóſanguineam cognouit, debitum petere, & vxore mortua non poteſt cum alia matrimonium contrahere c. 1. & 2. c. ſi quis cum matre 35. q. 2. Alphonſus a vera cruce in ſpeculo coniugiorum 1. par. art. 27. Secundo excõmunicatur, ita Paulus Grilandus in tract. de pęnis omnifariam coitus q. 33. Clericus autem deponendus eſt ab ordine, & beneficio gl. in c. non debet 30. q. 1. gl. 1. iuncto text. in c. lator q. 7. docent Bern. Diaz. d. c. 84. in princip. & ibi Salcedo Couar. d. §. 8. nu. 3. Clar. d. §. inceſtus num. 2. Quod ſi in figura matrimonij committatur, ſunt excommunicati ipſo iure Clem. vnica de conſang. & affin. poſſunt tamen ab Epiſcopo abſolui, vt notat ibi gl. verbo obtinere recepta cõmuniter ex Cardinali in clem. Monaſterium verſ. ſi quis num. 4. de rebus Eccleſiæ, quod intelligendum eſt quando ſcienter contraxerunt, vel prætermiſſis denũciationibus, quæ hodie deſiderantur ex Cõc. Trid. ſeſſ. 24. c. 1. quibus caſibus hodie ex eod. Concilio d. ſeſſ. 24. c. 5. ſeparandi ſunt ſine vlla ſpe diſpenſationis. Cæterum ſi ignoranter contraxerint, & præmiſſis dictis denunciationibus excommunicationem nõ incurrunt, & facilius, gratiſq; cum eis diſpenſabitur.

9 Iure autem Regio Hiſpano inceſtus in figura matrimonij commiſſus, eãdem pęnam habet, quam iure ciuili imponi diximus in d. Auth. inceſtas nuptias ex l. 3. tit. 8. par. 7. Si vero ſine matrimonio committatur, viro, & fęminæ adulterij pœna imponitur, de qua infra in q. ſeq. & bonorum dimidia pars fiſco applicanda erit l. 5. tit. 15. lib. 8. ordinamẽti l. 7. tit. 20. lib. 8. recopil. Cæterum quia nouioribus regni illius legibus ea adulterij pęna immutata fuit, neq; alia certa conſtituta, vt conſtat ex l. 81. Tauri. Pęna quoq; inceſtus incerta eſt, & Iudici arbitraria, vt tradit Ant. Gom. in d. l. 80. Tauri num. 15. Auend. reſponſo 7. num. 3. Et ideo imponenda erit attenta gradus proximitate, & qualitate perſonæ: nobiles enim pecunia mulctari, & in exilium mitti ſolent; plebei vero fuſtigari, & ad triremes mitti; ſi vero committatur inter conſanguineos in primo gradu, vt frater cum ſorore, pater cum filia, aut filius cum matre, non dubitarem mortis pœnam imponere cum Boer. deciſ. 318. Pet. Greg. lib. 36. Sintag. c. 7. nu. 7. Quæ omnia obſeruãtur de iure huius Regni, vt conſtat ex his, quæ tradidit Foller. in ſua practic. crimin. 6. par. num. 8. & 9. Et licet nulla ſit de iure ſtatus Mediolani ſtatuta pœna, diuerſimode tamen huiuſmodi crimen Senatum Mediolani, punire feciſſe refert Clar. in d. §. inceſtus nu. 2. aliquando enim pro inceſtu cũ fratre ſuo fuſtigatur ſoror, & ſocera, quę carnaliter ſe cõmiſcuit cum genero ſuo, aliquãdo filiam ſuã violans, furcis ſuſpenditur. itaq; in nihilo differt practica Mediolan. & Neap. à iuris communis diſpoſitione quo ad huius criminis pœnam imponendam.

10 Erit tandem aduertendum excuſari ab inceſtus pœna eum, qui ignorans conſanguinitatis, vel affinitatis coniunctionem, commiſit inceſtum l. qui contra C. de inceſtis nuptijs, & probant Bart. & Ang. in d. l. ſi adulterium cũ inceſtu Alciat. lib. 5. de verb. ſignific. pag. 34. Clar. nu. 9. vbi de commun. teſtatur, imò ignorantia etiam iuris cũ lata culpa excuſaret contrahentes inceſtas nuptias à confiſcatione bonorum vt tradit ex Bar. & alijs Couar. vbi ſupra in d. §. 8. num. 18.

S V M M A R I V M.

1 *Crimina omnia ex tertij iniuria, & præiuditio æſtimanda ſunt.*
2 *Adulterium quid ſit?*
3 *Coniugatus an committat adulterium ſi accedat ad ſolutam?*
4 *Si deſponſata per verba de præſenti fornicetur, adulterium committit.*
5 *Sponſa de futuro an committat adulterium ſi alteri accedat?*
6 *Adulterij vindicatio, an ſit iure naturę?*
7 *Adulterij pęna, quæ ſit de iure ciuili, & quæ in ea imponenda obſeruare debet Iudex?*
8 *Adulterij pęna, quæ ſit de iure canonico?*
9 *Adulterium quomodo puniatur de iure Hiſpano Neap. & Mediol.?*
10 *Quid liceat marito vxorem cum adultero capienti?*

Adul-

Adulterium quid ſit, à quibus committatur, & quæ ſit illius pęna?

QVÆSTIO V.

1 CRimina omnia ex tertij iniuria, & præiuditio ęſtiman la eſſe docet diuus Thom. 2. 2. quęſtio. 73. art. 3. Soto lib. 5. de iuſt. & iur. quæſt. 10. artic. 5. ideoq; cum ex adulterio maxima irrogetur iniuria marito, ipſiuſq; coniugis parentibus, vt ex pluribus, traddit Tiraquell. ad leg. connub. gl. 1. l. 13. num. 26. Merito adulterium atrociſſimum eſſe delictū ſcripſit Accurſ. in l auxilium §. in delictis verbo atrocioribus ff. de minoribus, & in eius deteſtationem omnibus delictis grauius appellatur in cap. quod in omnibus 32. quæſt. 2. licet re vera adulterio grauius ſit homicidium cap. ſi quod 33. q. 2.

2 Eſt autem adulterium alterius Thori, ideſt matrimonij violatio cap. lex illa verſiculo adulterium 36. q. 1. Hoſtien. in ſumma tit. de adulterijs nu. 1. Couar. in 4. 1. pat. cap. 1. num. 8. Petr. Greg. lib. 36. Sintag. cap. 6. num 2. indeque ſolum cum coniugata committitur l. 6. §. lex ff. ad legem Iul. de adult. l. inter ſtuprum ff. de verborum ſignificatione.

3 Ex quo primò conſtat coniugatum ſi accedat ad ſolutam, adulterium non committere, cum non violet alterius Thorum, ac proinde non poſſe ab vxore accuſari l. 1. C. de adult. vbi notant Accurſ. Zinus & alij Tiraquell. vbi ſupra l. 1. n. 42. Couar. in 4. 2. par. c. 7. §. 6. nu. 5. lex enim Iulia, quæ accuſationem induxit adulterij, ſolū marito accuſandi conceſſit facultatem, vt conſtat ex verbis eiuſdem legis relatis a Briſonio ad legem Iuliam de adulterijs in princ. Roſſino lib. 8. antiquitatum cap. 24. ergo vxoribus eam ademiſſe videtur l. cum prætor ff. de iudicijs quinimo neque ciuiliter ex adulterio mariti ad Thori ſeparationem agere licet vxori, vt conſtat ex l. 1. de repudijs in C. Theodoſiano. Quod iure Ciuili obtinuit; nam Pontificio hoc immutatum eſt. Committitur enim adulterium a viro etiam cum ſoluta cap. nemo ſibi 32. quæſt. 4. c. ille 32. q. 5. c. tranſmiſſæ de eo qui cognouit conſanguineam cap. intelleximus de adulterijs, & ideo licet non poſſit ab vxore criminaliter accuſari cap. apud miſericordem 32. q. 1. poterit tamen ciuiliter ad Thori ſeparationem. textus ſic intelligendus in cap. præcepit, & in cap. Chriſtiana 32. q. 5. docent communiter canoniſtę in cap. tuæ de procuratoribus Soccin. à nu. 11. in cap. maritis de adulterijs & Couarr. vbi ſupra.

Quinimo maritum ciuiliter agentem de Adulterio ad Thori ſeparationem, excludit vxor, ſi mariti adulterium obiecerit, & probauerit, c. ſignificaſti de diuortijs d. cap. intelleximus. imò facto iam diuortio, ſi maritus fornicetur, cogitur vxorem admittere text. ſingularis ſecundum Abb. ibi in cap. ex litteris de diuortijs, & ita practicandum eſſe defendit Couar. in 4. 2. part. cap. 7. §. 6. num. 5. Clar. in §. adulterium num. 17.

4 Secundo ex eadem diffinitione conſtat quod cum vinculum, quod eſt inter deſpōſatos, per verba de prę́ſenti, matrimonium ſit, cap. ſufficiat c. cum initiatur 27. quæſt. 2. ſi deſponſata fornicetur, committit adulterium cap. diſcretionem de eo qui cognouit conſanguineam, & ideo poterit a ſponſo de adulterio accuſare, vt docet gloſ. & ibi Innoc. in d. cap. diſcretionem Bart. Alber. & Ang. in l. ſi vxor §. diui de adulterijs Petr. Gregor. d. cap. 6. num. 2. Appellatione enim vxoris etiā propriiſſimè continetur ſponſa de præsēti l. cui 15. iuncta l. medius ff. de cond. & demonſtrat. docet gl. in §. penult. inſtit. de excuſat. tutor.

5 Quid autem dicendum ſit in ſponſa de futuro ſatis controuertitur a Couarr. in 4. 1. par. cap. 1. num. 6. & Sarmiento lib. 1 ſelect. cap. 5. ſed ego verius eſſe exiſtimo attenta prædicta diffinitione, adulterium non committi, vt docet gloſ. verbo mæchus in cap. quidam deſponſauit 27. q. 2. contra gloſ. verbo ſponſam in c. quemadmodum de iureiuran. non enim violatur alterius Thorum, cum non competat ius ſponſo accedendi ad ſponſam de futuro ante coniugalem conſenſum expreſſum, vel tacitum: ideoque non poterit criminaliter de adulterio accuſari.

Neq; obſtant text. in l. ſi vxor 13. §. diui & §. ſi minor de adulterijs, & in l. ſi propter 7. C. eodem, quia licet loquantur in ſponſa de futuro; tamen ea accuſatio

pro-

procedit ibi ex reſcripto Imperatoris; nõ quia coitus adulterinus fit, ſed quia atrox iniuria arrogatur ſponſo l. item apud labeonem §. ſponſum de iniurijs, quod autẽ attinet ad Thori ſeparationem, contrariũ admittitur: quia ſi ſponſa de futuro fornicetur, non fit diuortium: quia non dum erat matrimonium cap. ad diſſoluendũ de de ſponſ. impub. ſed non cogitur vir eam in vxorem ducere, vt in cap. quemadmodum cum alijs de iureiur.

6 Eſt autem ad eo graue delictum iſtud, quod eius vindicatio etiam a iure naturali originem trahere videatur: pleraque enim animalia etiam rationis inertia ſi adulteria ſenſerint, tota vi in pœnam cõſurgere legimus, vt de Leone apud Plinium lib. 8. cap. 16. & de Elefante, apud Elianum. lib. 2. de hiſtoria animalium cap. 15. & de Porſilione lib. 3. cap. 43. Vnde vniuerſę mundi nationes adulterij crimẽ acerbiſſimis pœnis vindicarunt, vt refert Alex. ab Alex. lib. 4. dierum genialiũ cap. 1. & ibi Tiraq. in annotat. idem Tiraquell. in l. 13. conubiali à num. 6. Petrus Gregorius lib. 36. cap. 6. à num. 21. exceptis nomadibus, qui communes habent vxores, & filios, & Zitis, quibus præter enſem, & ziatum vxores, & liberi communes ſunt teſte Alex. in d. c. 1.

7 Quod autem attinet ad ius ciuile. Prima huius criminis pœna eſt iure canonico, & Regio recepta, nempe dotis amiſſio, ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter de adulterio agatur l. Lutius, l. cum mulier ff. ſolut. matrimo. l. conſenſum §. virum, C. de repudijs l. ſi dotem C. de iure dotiũ l. fin. C. de adulterijs cap. plerumque de donationibus inter. Quæ etiam extenditur ad Arras ex doctrina gloſ. in d. cap. plerũque communiter recepta, & ad bona quę ſita conſtante matrimonio, quæ iure Hiſpano ſunt viro & vxori communia l. 4 titul. 4. lib. 4. ordinan. l. 5. tit. 9. lib. 5. recopilat. nec teneret conſuetudo huic pœnę contraria, cap. penult. de conſuet. docet Rebuff. 1. tomo ad conſtitutiones gallicas titul. de ſententijs prouiſ. nu. 16.

In qua pœna imponenda nonnulla obſeruabit iudex. Primo dotem marito plene, & in totum applicare, ſi liberi non extent ex eo matrimonio, ſi vero extẽt poſt mortem mariti bona illa ad filios pertinebunt, auth. vt liceat matri, & Auiæ § de adulterio col. 5. & probant Couar. vbi ſupra Rubeus in repetitione rub. de donat. §. 20. num. 1. Secundo obſeruabit iudex, huiuſmodi pœnam locum non habere, ſi mulier adultera maritum quoque adulterium cõmiſiſſe probauerit, quia cum paria delicta mutua compenſatione tollantur l. uiro atque vxori ff. ſoluto matrimo. dotem maritus retinere non poteſt, vt elegãter conſuluit Caſtrenſ. conſ. 128. quem ſequitur Rubeus d. §. 20. num. 3. Hyppolitus ſing. 234. & Petr. Gregor. lib. 9. cap. 22. nu. 15. & d. c. 6. nu. 14.

Alijs etiam pœnis iure ciuili adulterij crimen vindicari ſolet, nam Diuus Auguſtus Octauius legem tulit, quæ de adulterijs appellatur l. 1. ff. de adulterijs, per quam adempto marito, & cognatis, eo iure puniri adulteros relegatione conſtituit. deinde fuit hæc pœna ab alijs Imperat. aucta, nam Diuus Pius vel diui fratres eam capitalem fecerunt, & ſic adulteros deportari iuſſerunt poſteaquè Alex. Seuerus, Dioeletianus, Maximianus, & Conſtantinus Imperatores legibus latis, adulteros vltimo ſupplicio mortis damnandos eſſe ſanxerunt l. caſtitati l. quamuis C. ad l. Iuliam de adulterijs l. tranſigere C. de tranſact. Denique ſtatuit Iuſtinianus nouiſſimis conſtitutionibus, quod mulier ſi intra biennium eam maritus nõ ceperit, cogatur monachalem habitum ſuſcipere auth. Sed hodie C. de adulterijs; in marito autem etiam hoc iure nouiori, firma remanſit mortis pœna, vt ex pluribus reſoluit Martinus del Rio in d. l. tranſigere nu. 113.

8 Iure autem Pontificio ſi adulter laicus ſit (poteſt enim ſuper hoc crimine inquirere, & pro eo punire iudex eccleſiaſticus etiam laicos, quia mixti fori eſt, vt docent Abb. & alij in cap. 1. de officio ordin. Couar. vbi ſupra num. 20. Clar. in d §. adulterium num. 6.) poteſt ab Epiſcopo excommunicari cap. intelleximus, de adulterijs cap. conſulit, de appellatio. Adultera vero in monaſterium detrudetur cap. gaudemus de cõuerſione coniugatorum. Imo, & alia ignominioſa pœna adulteri afficiuntur, de qua in cap. benedicto 32. q. 1. ſin autem clericus adulteriũ committat, deponitur ab officio, & beneficio, & in monaſterium detruditur cap. ſi quis clericus 81. diſtinct. docet gloſ. in c. lator 2. q. 7. & DD. in cap. clericorum de vita & honeſtate clericorum Couar. d. §. 7. nu. 19.

9 Iure autem Regio Hiſpano nouiori

hæc

hæc inducta eſt pœna, vt adulter, & adultera in iudicio conuicti, ponantur in poteſtate mariti, vt de eis, & de ſuis bonis faciat, quod libuerit etiam occidendo l. 2. titul. 20. lib. 8. recop. l. 81. Tauri ac proinde poterit maritus mortem, & aliam quamlibet iniuriam, ſeu membri mutilationem adulteris inferre l. neque in ea 23. ff. de adulterijs; dum tamen vtrique adultero eadem pęna irrogetur: quamuis enim ex l. 2. tit. 15. lib. 8. ordinamenti potuiſſet maritus vxori parcere, & adulterum accuſare, vel è contra; hodie tamen ex l. 80. Tauri non audietur niſi vtrunque accuſauerit, quod in praxi ſeruatur ſi adulter laicus ſit: nam ſi clericus, poterit maritus ommiſſa accuſatione vxoris mæchum coram Eccleſiaſtico accuſare, quia dict. lex Regia non ligat perſonas ad Iudices Eccleſiaſticos ſubditas, vt recte aduertit Diaz vbi ſupra num. 7.

De iure vero huius Regni aliter punitur adultera, quia traditur viro, vt ipſi truncet naſum, & ſi vir noluerit naſum truncare, publice flagellabitur, vt in Conſtit. legum a ſperitate de adult. & lenoc. & ſic ſolum in adultero remanet hodie pœna mortis per dictam l. quamuis quæ per conſtitutionem Regni non immutatur, vt reſoluit Foller. in fragm. numero 197.

In ſtatu autem Mediolani hanc obſeruari praxim refert Clar. in §. adulterium num. 7 quod mulieres fruſtigantur, & in exilium arbitrarium mittuntur, firma in maſculo remanente iuris communis pœna. Sed quod maxime dolendum eſt iam hodie in maximum Chriſtianæ religionis contemptum, & reipublic. detrimentum, nec pęna a iure ciuili, nec a iure canonico, nec etiam municipali in vſu eſt, ſed pro adulterio imponitur pena pecuniaria, vnde nimirum ſi tot adulteria paſſim, & vbique committantur.

10 Hactenus tandem egimus de adulterij pœnis, quæ a Iudice irrogantur ſi crimen iſtud in iudicio deducatur. Nunc de alia pœna agendum eſt, quæ adulteris a marito ſine iudice irrogari poteſt. Conſtat enim iure antiquo Romanorum ex legibus duodecim tabularum permiſſum fuiſſe marito in adulterio depræhenſam vxorem, & adulterum occidere, vt referunt Octo. ad l. duodecim tabular. pag. 104. & Couar. in 4. 2. part. capit. 7. §. 7. in princ. lata autem a Diuo Pio l. Iulia de adulterijs hoc immutatum eſt: patribus enim, qui filias in poteſtate haberent conceſſum fuit domi ſuæ aut generi depræhenſum adulterum, & filiam propria auctoritate occidere l. patri cum duabus ſequentibus ff. de adulterijs, dum tamen vtrunque occidat l. nihil ff. eodem. Maritis autem ea poteſtas in totum adempta eſt in l. neque ff. de adulterijs, licet ſi occiderent, mitius punirentur l. ſi adulterium §. imperator de adulterijs. Fuit tamen illis permiſſum adulterum occidere ſi vilis perſona eſſet l. marito de adult. l. Gracchus C. eodẽ, nobilem autem per viginti horas retinere teſtandę eius rei cauſa l. capite quinto 25. ff. de adulterijs.

Noua vero conſtitutione Iuſtiniani ſine diſtinctione licet marito adulterum occidere, ſi propter ſuſpitionem prius eum ter admonuerit, ne cum vxore ſua ſecreto confabuletur, vt in auth. ſi quis ei C. de adulterijs, & probant Boſius in practica titul. de coitu dannato numer. 49. & titul. de homicidio numero 81. Menchaca controuerſiarum illuſtrium cap. 49. nu. 9.

Iure autem Regio Hiſpano nouiori licet marito ſine vlla diſtinctione adulterum, & vxorem propriam in adulterio depræhenſos occidere, dum tamen vtrumque occidat l. 82. Tauri l. 3. titul. 20. lib. 8. recop. Quod etiam procedit de iure huius Regni, vt conſtat ex conſtitutione ſi maritus de pœna vxoris in adulterio depræhenſæ, & ita practicari teſtantur Gomez in d. l. 80. num. 51. Clar. in §. adulterium numer. 11. & Baiardus ibi num. 46.

Requiritur autem, vt maritus adulterum, & vxorem occidendo, excuſetur omnino à pœna, quod inueniat eos non ſolũ in actibus pręparatorijs ad Venerem; ſed in ipſo actu venereo, vt eleganter notat Petr. Greg. lib. 36. cap. 6. num. 7. Couar. d. §. 7. numer. 3. & probat Vulpianus in l. quod ait lex §. de adulter. ibi *ſi in ipſa turpitudine*, & ibi *in ipſis rebus venereis*, & apertius in illis verbis grecis quę lantine hunc ſenſum habent *obſcena in obſcenis habentem*, vt tranſcribit Budeus ibi, & Couarru. vbi ſupra. vnde non excuſabitur maritus ſi occiſi inueniantur veſtiti, & in tali loco, in quo ſi viui reperirentur, non eſſet probatum adulterium. Secus tamen ſi reperian

tur

tur occiſi in lecto, vel alio loco ſecreto, & occulto, nudus cum nuda, vt notat Anton. Gomez. vbi ſupra numero 56. Vnde ſi maritus occiderit adulteros, aut eorum quemlibet non in fragãti delicto, & pro defenſione obijciat, & probet eoſdã adulteraſſe, licet non teneatur ordinaria pęna homicidij arg. l. nihil l. ſi adulteriũ §. Imperator ff. de adulterijs l. ſi quis in graui §. maritus ff. ad Sillanianum l. 1. §. fin. ff. ad leg. Corn. de Sic. leg. Diuus ff. ad legem Pompeiam de parricidijs; tamẽ exilij pœna ſaltim mulctandus erit ex d. l. Gracchus in fi.

Denique pro complemento huius quęſtionis erit maxime aduertendum, quod licet maritus occidendo vxorem adulteram non in adulterio deprehenſam, excuſetur à pœna ordinaria; non tamen excuſatur à culpa; peccat enim mortaliter cap. inter hæc vbi gloſ. cap. admonere 33. q. 2. & eſt communis opinio ex Silueſtro in ſumma verbo adulterium 1. quæſt. 2. Couarr. vbi ſupra num. 8. Soto de iuſtitia, & iure lib. 5. quæſt. 1. art. 3. Nauar. in man. cap. 15. nu. 3.

SVMMARIVM.

1 *Lenocinium vnde dicatur, & quot modis committatur?*
2 *Maritus qui adulterio vxoris conſentit, quomodo puniatur de iure canonico?*
3 *Iure ciuili, quæ ſit ſtatuta pœna maritis lenonibus adulterio conſentientibus?*
4 *Iure Regio Hiſpano Neapol. & Mediol. quomodo puniantur?*
5 *Lenocinium quod ab internuntio, italico ſermone* ruffiano, *Hiſpano* Alcaguete, *committitur, quomodo puniatur.*
6 *Matres, quæ accepta pecunia filias fornicandas vendunt, quomodo puniri debeant?*
7 *Qui lucrandi cauſa fœminas habent fornicarias, ſeù meretrices quomodo puniantur?*

Lenocinium vnde dicatur? quot modis committatur? & puniatur?

QVÆSTIO VI.

1 LEnocinium ab alliciendo dictum, quòd iuuenes ad ſtupra alliciat, varijs cõmittitur modis, vt notant gloſ. & DD. in l. 2. C. de adulterijs Petr. Greg. lib. 36. Sinth. cap. 11. Primo committitur lenocinium à marito, quia adulterio vxoris cõſentit d. l. 2. l. fine metu C. de adulterijs l. 2. § lenocinij l. mariti ff. eodem, quod longe grauius eſſe adulterio docet gloſ. in l. athletas §. qui lenocinium ff. de his qui notantur infamia: plura enim in huius criminis deteſtationem cumulant Benedict. in cap. Raynuntius de teſtam. verbo quidam num. 62. Rubeus in repetione capituli per veſtras 3. notabili §. 21. num. 23. Auiles in cap. pretorum cap. 47. verbo *manceba* num. 3. licet ego exiſtimem hoc lenocinij crimen non grauius ſed æquale eſſe cum adulterio ex leg. viro atque vxore ff. ſoluto matrimonio, vbi cum ageretur de adulterio vxoris, & lenocinij mariti, reſpondet Papin. *paria enim delicta mutua compenſatione ſoluuntur.*

Tunc autem dicitur maritus conſentire, ſi vel aliquid ab adultero accipiat d. l. 2. §. lenocinij l. mercalem C. de conditione ob turpem cauſam, vel ſi vxorem in adulterio deprehenſam retinuerit. d. §. lenocinij d. l. maritum l. auxilium §. finali ff. de minorib[9]. Turpe enim eſt marito carnale cõmertium habere cum vxore adultera, quæ non dum pęnituit cap. ſi vir de adulterijs cap. 1. cap. ſi quis 32. quæſt. 1. imo peccaret mortaliter maritus, ſi debitum redderet vxori publicæ adulteræ, niſi ſcandalum ab eo vitaretur, & correctio vxoris ſalua ſit. docet Caiet. in ſumma verbo matrimonialis vſus cap. 10. Couar. in 4. 2. part. cap. 7. §. 2. numer. 4. & hinc eſt, quod maritus eam carnaliter cognoſcẽs, quia leno eſt, efficitur ipſo iure irregularis, ac ſi a principio cum corrupta contraxiſſet tex. iuncta gl. in c. ſi cuius 1. diſtinct. licet gl. in auth. ſed hodie C. de adul-

adulterijs verbo *recipere* putauerit hodie
ex illo tex. poſſe maritum abſque ſuſpitio
ne lenocinij vxorem adulteram retinere,
quam ſequuntur Salycet. in d. l. ſiue metu,
Angelus in d. l. mariti; tamen contrarium
eſt verius, quia dicta authen. loquitur quã-
do vxor eſſet emendala, & corrupta, pro
vt etiam intelligitur tex. in c. inter opera
de ſponſalibus, & in ſpecie docet Follerr.
in pract. 1. p. 2. par. verbo, *item quod fuit
leno* nu. 27.

Itẽ videtur maritus adulterio cõſẽtire, ſi
vxoris adulteriũ diſſimulet, puta tacendo,
cum ſit in vicinio publicum; tunc enim
licet hoc ad pœnam ordinariam non ſuffi
ceret l. mariti §. quæſtum verſ. quod ſi pa
tiatur ff. de adulterijs; hodie tamen ſuffi-
ciet, vt pœna extraordinaria puniatur
vt docet Sali. in d. l. 2. & Foller. ſupra nu-
mero 26.

2 Puniuntur autem iure ciuili huiuſmo
di mariti lenones. Primo nam ab accuſan
do vxoris adulteriũ exceptione lenocinij
repelluntur l. cum mulier ff. ſoluto matri
monio. Quod tamen intelligendum eſt,
ſi exceptio apponatur ante quam vxoris
nomen receptum ſit inter reos l. ſi mari-
tus §. præſcriptiones ff. de adulterijs, po-
ſtea vero ſi apponatur, non repellitur ab
accuſando l. 2. §. ſi de publico eodem tit.

Sed licet ab accuſando excludatur ma-
ritus oppoſita exceptione lenocinij in tẽ-
pore, non eſt propterea impunitum adul-
terium d. §. ſi de publico: alij enim ad ac-
cuſandum admittuntur l. conſtanter ff. de
adulterijs.

Secundo infamiæ nota puniũtur l. 1. l.
athletas §. qui lenociniũ ff. de his qui not.
inf. Tertio pœna adulterij tenentur d. l.
2. d. l. mariti §. plectitur, quæ nouiori iure
in ſpecie fuit confirmata, dum pęna mor-
tis ſtatueretur in auth. de lenonibus §. præ
conizamus.

3 Regio vero iure Hiſpano mariti leno-
nes repelluntur ab accuſatione adulterij
l. 7. titul. 17. part. 7. neque ex eo alij ad ac
cuſandum adulterium admittuntur l. 2.
tit. 19. lib. 8. recop. Secundo incurrit infa
miam l. 4. tit. 6. part. 7. denique pęna mor
tis impoſita eſt in l. 2. tit. 22. p. 7. quæ nouiſ
ſimè Regia pragmatica anno 1575. quam
refert Salazar de vſu & conſuetudine c.
1. num. 91. ſublata eſt, & conſtitutum,
quod pro prima vice ad ignominiam pu-
blicam trahantur, & per decennium
ad triremes condemnentur, & pro ſecun
da flagellentur, & ad triremes perpetuo
condenantur, illa autẽ ignominia, ita fieri
ſolet, & fieri vidiſſe memini in Ciuitate
Valliſoletana: nã maritus ſuper aſino poſi
tus, ab vxore manipulo alliorum vulgo, *ri
ſtrade ajos* italico ſermone *inſerta d'agli*
flagellabatur. alibi autem aliter practica-
tur, nam maritus leno ęques ſuper boue
trahitur cum mitra, & collo cornibus cir
cundato, vt teſtantur Anton. Gomez.
in l. 80. Tauri num. 73. Auiles & Sala-
zar. ſupra.

Iure vero Regio Neapolis maritus le-
no pęna mortis punitur, ſecũdum Afflict.
in conſt. maritum lenocinij num. 2. quem
refert Foller. vbi ſupra num. 28. vxor au-
tem lena naſi truncatione punitur ex con
ſtitut. lenas de lenonibus.

In ſtatu vero eccleſiaſtico extat conſti-
tutio Pauli IV. & alia Sixti V. ſuper te-
meraria Thori ſeparatione, ac publicis
adulterijs, ſtupris, & lenocinijs, qua cauę
tur, quod pater, vel mater, vel maritus,
qui ſuæ filiæ virginis pudorem, aut pro-
priam vxorem alterius libidini traddide
rit, aut induxerit, vt ſtupra, & adulteria,
quæſtus, aut alia qua vis cauſa palam exer
ceat, pęna vltimi ſupplicij puniatur, ita
refert Iul. Clar. d. lib. 5. §. fi. quæſt. 68.
nu. 60.

5 Secundo committitur lenocinium à vi-
ro, vel fœmina cum muliere intercedenti-
bus, vt cum alio fornicetur, & hos appel-
lamus inter nuntios Italico ſermone, *Ruf
fiani*, Hiſpanico *Alcaguetes* l. palam §. le
nocinium ff. de ritu nupt. l. mariti §. plecti
tur ff. de adulterijs, & quamuis d. l. 1. &
2. part. videantur exigere, quod aliquid
pro mercede accipiant, tamen id expri-
munt: non quia neceſſarium, ſed quia fre-
quentius contingit. docet gl. verbo præſti
tum in d. §. lenocinium, nec ſolum ille
qui verbis, & interceſſione hoc deli-
ctum ſuadet, lenocinium committit,
ſed qui domum ſuam, vt adulterium, vel
ſtuprum fiat, ſciens præbuærit l. qui do-
mum ff. de adulterijs. etiam ſi gratis ami-
co concedat leg. & ſi amicis ff. eodem
titul. quod verum eſſe intelligo, quan-
do mulier, quæ in amici domo ſtupra-
tur, coniugata eſſet, virgo, vel vidua,
quò caſu loquitur dict. l. qui domum, &
dict. l. & ſi amicis; ſecus vero ſi eſſet
ſoluta: tunc enim cum hic acceſſus in-
ter ipſos non videatur punibilis, de
iure ciuili, nec is puniri debet, qui

Digitized by Google

domum gratis præbuerit ex doct. Bal. per text. ibi in l. cum ancillis nu. 58. C. de inceſt. nupt. ille vero qui domum ad id locauerit in diſtincte tenetur, vt docet Greg. Lopez in d. l. t. verbo *en ſu caſa*. Iure vero huius Regni maſculus ob lenocinium commiſſum in quamcunque fœminam, punitur pęna mortis naturalis ſecundum Afflict. in d. conſt. Lenas, quem refert Foller. vbi ſupra nu. 32. quorum doctrina probata extat per Regiam pragmaticam quæ incipit Ferdinandus Dei gratia, de lenonibus.

6 Matres quoque quæ accepta pecunia filias fornicandas vendunt, Lenæ dicuntur, & grauius ſunt puniendæ, pęna enim truncationis naris puniuntur de iure huius Regni, ex conſtit. Lenas de lenonibus, & conſt. matres, de pœna matris filiam publice proſtituentis, vbi Afflict. notat, & Foller. ſupra nu. 29. quin, & ſi nihil accipiant, ſed ſolum filiæ ſponte ſe proſtituenti conſentiant, arbitrio iudicis ſunt puniendæ, vt notat Afflict. in dicta conſt. matres. Excuſabitur etiam mater a pœna ordinaria in d. conſt. ſtatuta ſi id fecerit propter extremam paupertatem, quia non habebat vnde viueret, niſi quæſtum de filia feciſſet, vt in d. conſt. matres.

Non tamen ſilentio prętermittere poſſum praxi noſtræ Hiſpanię receptum eſſe, vt tam matres lenæ, quam alij internuncij, de quibus ſupra num. 5. ita puniantur, prout ego puniri vidi in ciuitate Salmantina, & quotidie puniuntur, videlicet, vt vncti mele, & plumis veſtiti cum infamiæ mitra flagellentur, vt docent Perez, & Salazar vbi ſupra. Aduertas autem, quod non ſolum internuncij hac pęna puniuntur, ſed etiam is arbitrio iudicis puniendus eſt, qui eorum opera vtitur l. 1. §. omnem l. ſed eſt quæſitum §. final. l. ita quod Labeonem l. ſi quis virgines ff. de iniurijs.

7 Tertio committitur lenocinium ab eis, qui lucri cauſa fœminas proſtribulo conſtitutas habent, qui italico ſermone *Smargiaſſo* Hiſpanico *Ruffianes* dicũtur l. palam §. lenocinium ff. de ritu nupt. Ad hoc autem, vt pœnis infra referendis puniantur iſti; requiritur, quod eas alijs proſtitui patiantur, & quod aliquid ab eiſdem mulieribus accipiant, ex eo lucro, quod turpiter ipſæ faciunt, vt conſtat ex auth. de lenonibus in princ. col. 2. docet Veluiſius in practica rub. de lenonibus n. 14. vnde apparet non ſolum eos hoc crimine teneri, qui meretrices in publica lupanaria ducunt, & reducunt; ſed etiam eos, qui alicuius artis, vel officij occaſione domi ſe proſtituẽtes, huiuſmodi fœminas habent, vt caupo, & ſtabularius l. palam §. ſi qua ff. de ritu nuptiarum l. Athletas §. ſiue autem ff. de his qu notantur infamia, quod adeo verum eſt, vt prædicti tabernarij, vel Caupones etiã ex eo ſolum teneantur, quod lenones apud ſe receptent ex d. auth. de lenonibus, & probat Foller. vbi ſupra nu. 39.

Puniuntur autem iſti lenones, qui dicuntur *Smargiaſſi*, iure ciuili infamiæ nota d. l. 1. d. l. athletas §. qui lenocinium, & pœnam mortis Iuſtinianum impoſuiſſe conſtat ex d. auth. de lenonibus §. præconizamus coll. 2. Regio autem iure Hiſpano ſi domini ancillas ſuas proſtitui faciant, vt lucrum inde conſequantur, priuantur dominio illarum, & ipſę fiunt liberæ l. 4. tit. 22. part. 4. quæ pœna iure quoque ciuili ſtatuta fuit in l. ſi lenones C. de Epiſc. Aud. lenones vero aliarum mulierum tenentur eas dotare, quod ſi nolint, aut non poſſint, morte puniendi ſunt, l. 2. tit. 22. part. 7. iure vero nouiſſimo ex l. 5. tit. 11. lib. 8. recop. pro prima vice trahuntur ad ignominiam, & per annos ſex condemnantur ad triremes, quod tempus ad decennium eſt extenſum in l. 10. eiuſdem tit. pro ſecunda vero publice flagellantur, & perpetuo remis ſeruire debent, & ita practicatur. Mulieres autem ipſæ, quæ lenones iſtos habent, verberibus publice cęduntur, & veſtes ammittunt d. l. 4. tit. 11. lib. 8. recop.

SVMMARIVM.

1 *Quis, & quando concubinarius dicatur?*
2 *Omni iure pro concubinatu graues ſunt impoſitæ pęnæ.*
3 *Iure Pontificio quæ veniat imponenda pœna concubinis.*
4 *Iudex Eccleſiaſticus contra concubinas procedere, & eas punire poteſt.*
5 *Clericus concubinarius qua pœna puniatur?*
6 *Quis dicatur notorius, & publicus concubinarius?*
7 *Quid obſeruari debeat ad hoc vt pœna à Concil. Trid. ſtatuta, imponatur clericis concubinarijs?*
8 *Iure Regio quomodo puniantur concubinarij?*

Quis,

Quis, & quando propriè concubinarius dicatur, & qua pęna puniatur?

QVÆSTIO VII.

1 QValiſcunque coitus etiã inter ſolutos iure prohibitus eſt, vt conſtat ex 6. decalogi præcepto, & ex c. meretrices 32. quæſt. 4. clem. ad noſtrã & ibi gl. verbo non eſt, de hæreticis Diuus Thom. 2.2. q. 154. art. 4. Couar. in 4. 1. p. cap. 4. nu. 8. Afflict. in conſt. 1. de hæreticis n. 23. tamen non quilibet acceſſus inter ſolutos, aut inter coniugatum, & ſolutã reddit ſtatim fornicantes concubinarios. Sed requiritur neceſſario, quod ſit fornicatio cõſulta, & per plures actus continuata, & diffamata in vicinio, vel populo, vt docent Ant. Gom. in l. 80. Tauri n. 12. & Auend. de exeq. mand. 2. p. c. 26. Ber. Diaz in pract. crim. can. c. 73. nu. 1.

Vnde licet in ipſa fornicatione in actu, aut in lecto, vir & mulier deprehendãtur, nõ poſſunt ex eo vti cõcubinarij puniri, niſi alias de concubinatu vincantur, vt ex tex. iuncta gl. in c. ex litterarũ, de eo qui duxit in matrimoniũ, quam polluit. docent Rubeus in repetitione capituli per veſtras nos. [illegible] Gom. vbi ſup. & Auiles in c. prætorũ c. 47. verbo manceua n. 1. cõcubina etenim propriè dicebatur, quæ cũ vxor nõ eſſet, cum aliquo tamen viuit, & in eius domo eſt, & moratur l. fi. ff. de diuort. l. Maſurius 194. ff. de verb. ſignif. gl. & DD. in l. pen. de concub. & hinc vxor à concubina ſolũ dignitate diſtinguebatur l. itẽ 49. §. 1. ff. de legatis tertio: vxor enim maritali affectu concubina concubitus affectione æſtimatur l. nuptias ff. de reg. iur l. 4. ff. de cõcubinis. Vnde vxores, quę abſq; dotalibus inſtrumentis, cęteriſq; ſolẽnitatibus a iure ciuili introductis, cõiugali tamen affectu ducuntur, concubinæ, in iure appellãtur c. omnibus 34. diſt. tex. ſic intelligẽdus in c. is qui nõ habet. eadem diſtinctione. cum igitur l. diuina in veteri teſtamento permiſſum eſſet antiquis patribus plures vxores habere, quæ præter priorẽ, quæ ſemper legitima fuit, domi vt ancillę retinebantur, ſępe dicuntur in ſacra ſcriptura concubinæ, & in hoc ſenſu verũ eſt concubinatum fuiſſe veteri lege diuina permiſſum.

Iure autẽ Cæſareo ſi plura concurrerent quæ proſequũtur Couar. in 4. 1. p. c. 4. n. 9. & Menoch. de arb. caſu 418. n. 20. permiſſus erat ſolutis concubinatus l. in concubinatu ff. de concubinis, & ibi Bart. & DD. Ludou. de Sardis in tract. de naturalibus liberis §. de concubinis n. 1. Paleot. de notis & ſpurijs c. 12. coniugatis autem ſemper vetitus fuit l. 1. C. de concubinis.

2 Hodie autem vtroq; iure quilibet concubinatus ꝓhibitus eſt c. 1. de filijs ſuſceptis c. audite 34. diſt. c. concubinę 32. q. 2. c. nemo 32. q. 4. Conc. Trid. ſeſſ. 24. de reform. matrim. c. 3. & ſeſſ. 25. c. 14. & ita omni iure pro cõcubinatu graues impoſitę ſunt pęnæ, vt proſequuntur Rubeus Menoch. Auiles, Gomezius, & Ber. Diaz ſupra.

3 In primis etenim iure Pontificio concubina clerici ſi filios habet, carceri eſt tradenda. c. fraternitatis 34. diſtinct. ſi vero liberos non habeat, efficitur ſerua eccleſiæ. c. quidam clerici 81. diſt. & ſi delictum publicum ſit, poteſt excommunicari c. ſi concubinæ de ſententia excom. & hodie quælibet concubina ſoluti, vel coniugati ex Conc. Trid. ſi ter admonita, non paruerit ex officio etiã nemine requirente, ab Epiſcopo eius arbitrio punienda eſt, & extra diœceſim, vel locum habitationis eijcienda ex Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 8.

4 Ex quibus infero poſſe iudicem eccleſiaſticũ contra cõcubinas procedere, ipſaſq; punire c. 2. de cohabitatione clericorũ gl. in c. eos 32. diſt. vbi Dominic. & Archid. Rubeus in repet. c. 1. de donat. inter. Secũdo notabili §. 2. n. 23. Rom. ſing. 658. ſiue concubina ſit publica, ſiue ſecreta, ex d. c. 8. Conc. Trid. & quia (cum clericus tacite ſit aſtrictus voto caſtitatis c. vn. de voto libro 6.) Mulier fornicatrix committit crimen inceſtus, & Sacrilegij c. virginibus 27. q. 1. at ſacrilegij crimen ad eccleſiã pertinet c. quiſquis 17. q. 4. merito igitur iudex eccleſiaſticus concubinam, tam publicam, quam occultam punire poterit, quidquid in contrarium velit Boſ. in pract. tit. de coitu damnato n. 18. & Imol. in c. 2, de foro competenti.

5 Clericus autem concubinarius hoc iure grauiſſimè punitur, vt conſtat ex triginta pęnis, quas cumulauit Rebuff. in cõcordata tit. de pub. concubinarijs verſ. prima eſt. & pręcipuè incurrit pœnam ſuſpenſio

nis a Iudice imponendam c.præsbiter 81. diſt.c.lator & ibi gl. 2. q. 7. efficitur infamis cap.infames 6. q.1.imò ſi ſit publicus concubinarius, ipſo iure ſuſpenſus remanet c. nullus c.præter 32.diſt.c.ſi.de coha. cleric.& mul.docent Hoſtienſ. in ſumma illius tit.verſ.qualiter imponatur,& Bernard. Diaz d.c.3. num.2.

6 Sed dubium eſt quis dicatur notorius concubinarius? cui dubitationi reſpondet Summus Pontifex in d.cap. fin. de cohab.Cler.& mul. illum eſſe notorium concubinarium, qui per ſententiam, seù per confeſſionem factam in iudicio, aut per euidentiam rei, quæ tergiuerſatione aliqua cęlari non poſſit, fuerit declaratus. Vnde plures affirmarunt, quod ſi notorius concubinarius celebrauerit, erit irregularis, ex c.1. de ſententia, & re iudicata lib.6.c.1. de sentent.excomm. eodem lib. cuius ſententiæ fuerunt Abb. in c. veſtra col.4. de cohab.cler.& mul. Diaz, vbi ſupra Silueſter in ſumma verbo concubinarius §.4. idem in clericis minorum ordinum admittentes. Sed ego illorum ſententiam non admitterem, cum irregularitas ſolum in caſibus à iure expreſſis inducatur, & nullibi pro concubinatu inueniatur expreſſa. Quod enim de ſuſpenſo dicitur in d.c.1.obtinet in ſuſpenſione, quæ à iure inducta eſt pro aliquo delicto in eius pœnam; hæc autem non in pœnam, sed ratione cuiuſdam honeſtatis à iure fuit ſtatuta. & ita tenent Innocent. & Io. Andr. in cap.ſi celebrat de cler. excomm. Nauarr. in cap. ſi quando except. 11. de reſcript. Salcedo in additionibus ad Diaz d.c.73. lit.C.

7 Nouiſſimè autem à Concil. Trid. ſeſſ. 25.cap.14. fuit præfixus ordo puniendi clericos concubinarios: ſi enim ter moniti non ſe abſtineant, pro prima vice tertia parte fructuum ſuorum beneficiorum priuantur, pro ſecunda omnes fructus beneficiorum amittentes, ab ipſorum adminiſtratione per tempus Epiſcopo arbitrarium, ſuſpenduntur, pro tertia ab officijs, & beneficijs priuantur, ac inhabiles redduntur ad alia de nouo obtinenda, & ſi adhuc non reſipuerint, ſunt excommunicandi. Monitiones autem quæ a Conc. Trident. exiguuntur, hodie a Prælatis non fiunt, sed his omiſſis ſtatim ad pœnarum impoſitionem procedunt: quia cum in Synodis communiter admoneantur clerici ne concubinas habeant, monitio iſta in Synodo facta, habet vim trinæ illius à Concil. requiſitæ, vt docet gloſ. not. in cap. ſi Epiſcopus 18.diſt. quam ſequuntur Io. Andr. in cap.2.ne Clerici, vel Monaci, Abb.in cap.ex literis de Conſtit. Rota deciſ. vlt.de dolo, & contumacia.

8 Iure vero Regio Hiſpano, coniugatus, qui habuerit concubinam ſolutam, condemnandus eſt in 1000. marapetinis ipſi concubinæ applicandis, ſi intra annum honeſtè viuat, alias tertia pars applicatur Iudici, alia Camerę Regis, alia accuſatori, aut cauſæ pię, l.5.titul.19.lib.8.recopilat. Si vero habuerit concubinam coniugatã, & admonitus Iudici non obedierit, amittit dimidiam partem bonorum Cameræ Regis applicandorum, & eandem pœnam patietur ſi relicta vxore, cum concubina habitauerit, l.6.titul.19.lib.8. recopilat. Ipſa autem concubina coniugati clerici, aut monachi, pro prima vice mulctatur pœna vnius marchi argenti, & exilio vnius anni, pro ſecunda eadem vnius marchi, & exilio duorum annorũ, pro tertia iterum incurrit pœnam vnius marchi, & exilium vnius, & publicè verberatur l.1. titul.19. lib.8. recopil. Ceſſabit autem hæc pœna ſi concubina non ſit publica ex Ant. Gomez.& Auiles.ſupra. ſecundo ceſſabit ſi concubina ſit coniugata ex text. in l.2.tit.19.lib.8. recopil. niſi eam clericus diſpenſauerit famulo, & domi retineat ex d. l.2. Epiſcopus tamen indiſtinctè poteſt contra Clericum procedere, etſi concubina ſit coniugata; dummtamen proceſſus fiat ſuppreſſo concubinę nomine, vt in alio propoſito reſoluit Diaz cap.2. num.6.

SVMMARIVM.

1 *Moniales Chriſtianæ religionis ſimiles ſunt Virginibus veſtalibus, quæ apud Romanos in ædibus Deæ Veſtæ ſacratis, in extincti luminis curam habebant.*

2 *Moniales corrumpentes, vno actu committunt quatuor delicta, inceſtum, ſacrilegium, ſtuprum, & adulterium.*

3 *Iure ciuili quomodo puniantur?*

4 *Iure Pontificio, quæ ſit huius delicti pœna?*

5 *Quomodo puniatur delictum iſtud de iure Regio?*

Monia-

Monialem corrumpens quomodo puniatur?

QVÆSTIO VIII.

1 MOniales Chriſtianæ religionis ſimiles ſunt Veſtalibus Virginibus in eo, quod apud Romanos in ædibus Veſtæ ſacratis, in extincti luminis curam habebāt, & virginitatem profitebantur, vt latè proſequuntur Aulus Gelius lib. 21. Noctium Athic. cap. 12. Alex. ab Alex. lib. 5. dierum genial. c. 12. & quemadmodum Veſtales ſi viri coitu pollutę arguerentur, ſub fouea humo ad portam Collinam viuæ defodiebantur, & ſtupratorem in Commitio cędebant Pontifices ad necem, vt docet Plutarc. in problemat. cap. 96. Alex. vbi ſupra Tiraq. ad leg. connub. par. 15. num. 120. ita, & Moniales corruptæ, & earum corruptores ſeueriſſimè ſunt puniendi.

2 Vno etenim actu (quod attinet ad accuſationem) quatuor delicta committunt inceſtum nempè cap. Virgines 27. diſtinc. ſacrilegiū cap. Virginibus 27. quęſt. 1. ſtuprū, & adulteriū c. ſi qua Monacharum 27. quæſt. 1. docent Abb. in c. at ſi Clerici col. 12. de iudit. & in cap. penult. not. 3. de purg. can. Hyppol. in l. vnica nu. 41. C. de raptoribus Bern. Diaz cap. 75. Clar. in §. fornicatio num. 17.

3 Vnde iure ciuili mortis pœna in dicta eſt contra ſtupratorem arg. leg. ſi adulterium cum inceſtu, de adulterijs l. caſtitatis C. eodem l. quamuis la ſegunda C. eod. & probat lex. ſi quis in hoc genus, & l. ſi quis non dicam C. de Epiſcopis, & cler. & eius bona applicantur monaſterio cui irrogatur iniuria auth. de Sanct. Epiſc. §. penult. & monialis ipſa in arctius monaſteriū, in quo ſecurius ſeruari poſſit, detrudenda eſt d. §. penult.

4 Pontificio autem iure Moniales, quæ ſe corrumpi patiūtur, ea pęna plectuntur vt perpetuo carceri includantur, c. impudicas 27. q. 1. Sed hodie aliter practicatur, aut enim in arctius monaſterium, aut in proprio, villo, quo profeſſę tantum vtuntur, priuatæ, in abiectis, & vilibus officijs perpetuo ſeruire damnantur, d. cap. Si qua Monacharum 27. quæſt. 1. ſiuè delictum in notitiam populi deuenerit, ſiuè non, ex generalitate tex. in c. ſi quis Epiſc. 27. quęſt. 1. docent Anania conſil. 1. col. 2. Bern. Diaz. d. cap. 75. num. 2. licet contradicat Turrecremata in d. c. ſi quis Epiſcopus, motus ex tex. in c. non debet 30. q. 1. Sed salua pace tanti viri contrarium verius eſt: nam text. ille imponit pœnam delicto longè diuerſo, & quod eſt grauius in conſideratione populi, quam in ſe ipſo, videlicet quod clericus immiſceatur mulieribus, quæ ei peccata confeſſæ ſunt: ex confeſſione enim non contrahitur cognatio ſpiritualis, & ſic non poteſt eſſe inceſtus, & ſi mulier non ſit virgo, vel nupta, non erit adulterium, vel ſtuprum, quod ſecus eſt in moniali, in qua vt diximus hęc omnia committuntur.

5 Denique iure Regio eadem pœna ſtupratores puniuntur, qua inceſtuoſos puniri diximus ſupra quæſt. 3. num. 9. ex l. 2. tit. 19. par. 7. ſed nouiori iure pœna mortis impoſita eſt l. 4. tit. 10. lib. 4. fori, & dimidia bonorum pars Regiæ Cameræ applicatur l. 9. titul. 20. lib. 8. recopil. non ex hoc ſublata ſatisfactione facienda monaſterio, cui iniuria fuit illata ex d. leg. 2. Quæ omnia procedunt de iure huius Regni, & Status Mediolani, cum nulla in contrarium ſit ſtatuta lex municipalis.

SVMMARIVM.

1 *Iure naturali, diuino, canonico, ciuili, & Regio interdictum eſt binas nuptias contrahere.*

2 *Inceſta matrimonia contrahentes, poſſunt tanquam ſuſpecti de hæreſi, ab inquiſitoribus puniri.*

3 *Binas nuptias contrahentes, quomodo puniantur de iure ciuili?*

4 *Quæ ſit pœna binas nuptias contrahentibus à iure canonico impoſita?*

5 *Iure Regio quomodo puniatur crimen iſtud?*

6 *Quomodo excuſari poſſit à pœna, binas nuptias contrahens?*

Si quis binas nuptias contrahat, quomo do puniatur?

QVÆSTIO IX.

1 CVM in matrimonij inſtitutione geneſis c. 2. a Deo ipſo fuerit dictum, *& erunt duo in carne vna* clare deducitur etiam ab ipſo Deo fuiſſe prohibitum duas, plures vè vxores,& vxoribus duos, plures vè maritos eodem tempore habere c.gaudemus §. quia vero de diuortijs c.ex parte,el ſegundo de conuerſione coniugatorum. Vnde conſtat quod, & ſi Indij, Traces, Egiptij Parthi, Medi,& aliæ innumeræ nationes, quarum meminerunt Alex. ab Alex. lib. 1.dierum genialium cap. 24. Tiraq.l. 1. connub. a num.20.Menoch.de arbitr. caſu 402.à nu.72.Petr.Greg.lib.6.c.2. a nu. 18.plures ſimul vxores habeant, tamen id naturali,diuino,Canonico,& Ciuili Iure interdictum eſt d. cap. gaudemus Concil. Trid.ſeſſ.24. Can.2. l. nemo C. de Iudęis l. 2. C. de inceſtis nupt. l.eum qui duas C. de adulter.docent,& proſequuntur Alex. conſ.165.vol.7.Abb.in cap.cum habere col.2.de eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per adult.Couar.in 4.2.par. §. 3. cap. 7. per totum Tiraq.& Menoch. ſupra. Licet enim Abraham geneſ.c.16. Iacob.cap.29.& 30.Elcana 1.Regum cap. 1.Moyſes Nume.cap.12. plures legantur vxores habuiſſe, id quidem contingit ex diuina diſpenſatione.& particulari reuelatione d.cap.gaudemus,& d.cap.ex part. ad ſobolem Deo gratam, propagandam cap.obijciuntur 32.quæſt.4.cum fœminis autem nullibi legitur diſpenſatum, propter prolis incertitudinem, vt docent Lupus de matrimonio, & legitimatione nu.20.& Couar.vbi ſupra nu.20.

2 Hæc autem inceſta matrimonia contrahentes,cum male videantur ſentire de Sacramento matrimonij, poſſunt tanquam ſuſpecti de hæreſi,ab inquiſitoribus puniri ex doct.Dominici in cap.accuſatus §.ſane de hæretic,in 6.Villadiego in tract de hæretica prauitate quæſt.9. Rubei d.§ 18.num.25.in repetitione cap.per veſtras Couar. vbi ſupra,ac proinde poterunt ſequentibus pœnis puniri.

3 Iure igitur ciuili infamia notantur l. 1. §.fin.l.quid ergo §.1.ff.de his qui not. inf. l.2.C. de inceſtis nuptijs, & incidunt in pœnam ſtupri l. eum qui duas C. ad l. Iul. de adult. quæ in honeſtis perſonis publicationis dimidiæ partis bonorum, & in humilibus corporis correctionē cum relegatione inducit §. item lex Iulia inſtit. de pub.iud.& ita intelligi debet d.l.eum qui duas, licet Menoch.d.caſu 420.num.103. contendat ea l. inductam fuiſſe pœnam mortis naturalis, contra eum, qui plures quam duas vxores, virgines, & nobiles per fraudem duxit, & Gramm. deciſ. 17. Boſ.d.nu.78.Rom.ſingular.537.Perez in l. 3.tit.1.lib.5.ordin verſiculo ſed iuxta præmiſſa, quod etiam locum habebit attento Iure Regni.

4 Pontificum autem iure ſunt excommunicandi cap. ſeculares 33. quæſt.2.& cum publica ignominia caluati ſeparandi cap. de benedicto 31.quæſt.1.ideſt capillis tonſis parũ ante,& retro ſcinduntur,vt interpretatur ibi gl.quam ſequntur DD. communiter,vt teſtatur Clar.d.nu.31.& ita communis eccleſiaſticus vſus habet, vt publica ignominia plectantur: in locum enim illius ſuccedit fuſtigatio, mitra, & ad triremes per tempus arbitrarium damnantur,vt teſtantur Perez in d.l.3.verſ.punitur præterea Velouiſus d.nu. 36. & ita iã vidim⁹ practicari,& præter ea ſi ab inquiſitoribus puniantur, ſimul cum hæreticis trahũtur ad publicum ſpectaculum, & licet abiurabant olim hęreſi de leui, vt refert Gom. d. c.40.nu.1.in fin.hodie vero de vehementi,vt notat Peña.p.3.comment.81.

5 Hiſpano vero iure antiquo partitarum in inſulam per quinquennium relegantur conſiſcatis omnibus bonis, quæ in eo loco habent, & nouo iure loco relegationis in inſulam, fit condemnatio ad triremes l. 7. tit. 1.lib.5.recop.iure fori ſi mulier nubat ſecundo viro, viuente primo, ponitur in poteſtate mariti, vt de eis, & eorum bonis faciat quod libuerit; dumtamen non occidat l. 2. tit.7.lib.4 fori.lege autẽ ordinam.præter has penas debet in fronte ſignari ferro candenti ad ſimilitudinem huius literæ Q. vt diſponit l.

3tit.

Digitized by Google

3.tit.1.lib.5.l.6.tit.15.lib.8.ord. l.5.tit.1. lib.5.recop. ſed Cou. Gom. Perez, & alij contendunt ſignum eſſe literæ b.quaſi bis contraxerit. Sed mihi verius videtur eſſe ſignum crucis: ita enim in vetuſtiſſimo harum legũ Cod.inueni,& ſe inueniſſe teſtatur Cou. quaſi denotet male ſenſiſſe de fide;, & præterea cõmittit crimen alhene, & ideo ammittit dimidiam partem bonorum l. 4. tit. 7. l. 8. tit.19.lib.8.ordin.l.6. tit.1.lib.5.recop.nouiſſimis vero pragmaticis, quia ſecundum iuris regulas facies hominis dishoneſtanda non eſt, l. ſi quis in metallum C. de pœnis l. 6.tit.31.part. 7.omnino videndi Perez in dict.l.3.Cuia. lib.7.obſeruat cap.1.Petr.Greg.lib.31.c. 35.& lib.35 c.1.n.35.eſt ſtatutũ, ꝙ in eius locũ trahantur ad publicam ignominiam, & præterea condemnentur ad triremes per decennium, vt refertur in l.8.tit.20. lib.8.recop.

6 Eſt autem aduertendum primo, quod ſi mulier cõmittat hoc delictum debet prædictis pœnis puniri, & poſtea ſi a marito accuſetur, imponentur pœnæ adulterij: quia ſunt duo delicta, alterum in contemptum Eccleſiæ, alterum in contemptum mariti.

Secundo aduertas huiuſmodi pœnas non habere locum contra eos, qui longo tempore maritos aut vxores expectarunt, ideoq; credebant deceſſiſſe l.miles §. mulier de adulterijs. Quod autem dicatur longum tempus dubitabatur, & Conſultus in l. vxores de diuortijs putauit eſſe quinquennium, Cõſtantinus in l. vxor C. de repudijs quadriennium, Iuſtin.poſtremo decennium ſtatuit in auth. de nuptijs §.nouimus. Sed hodie apud Chriſtianos etiam ſi plures anni elaberentur, non poteſt maritus cum aliã contrahere: quia debet eſſe certus de morte vxoris, vt idem Iuſtin. ſtatuit in auth. vt liceat matri §. ꝙ autem text:in c. in præſentia de ſponſalibus cap.dominus de ſecundis nupt. c.cum per bellicam 34. q. 2. l. 4.tit.9.part.4.l.6. tit. 15. lib. 8. ordin. quę autem probationes ſufficiant, vt dici poſſit vxor certa de morte mariti, eleganter reſoluunt Perez in d.l.9.in fin. Greg.in d.l.8.Couar.d.§.3. nu.3.Menoch.d.caſu 420.a nu.118.

SVMMARIVM.

1 *Romani veſte, & habitu dignitates quodammodo ſecernebant.*
2 *Qui alterius habitum aſſumit, delictum committit.*
3 *Fœmina, quæ in virili habitu deprehenditur, qua pœna puniatur?*
4 *Vir in fęminili habitu deprehenſus, quomodo puniatur?*
5 *Clericus fœminili habitu vtẽs, quomodo puniatur?*
6 *Qui fraudis, & falſitatis cauſa alterius habitum vſurpatur, grauem cœrctionem meretur.*
7 *Qui alterius habitum opprobrij, aut contemptus cauſa vſurpatur, iniuriarum actioni tenetur.*

Habitũ alterius geſtans, fraudis, falſitatis, opprobrij, aut contemptus cauſa, quomodo puniatur?

QVÆSTIO X.

1 PLACVIT Romanis veſtitu, & habitu dignitates quodammodo ſecernere: ideoq; veſtes habuerunt multiplicis differẽtiæ, l. veſtis 23. de auro, & arg. docet Vbolfandus lib. 2. comment. reip. Romanæ c.3.lib.8. Roſinus lib.5.antiquitatum ca. 31. cum ſequentibus Tiraq.l.3. Connubiali a nu.27.Petr.Greg.lib.9.cap. 19.nu.23.Latus Clauus dabatur Senatoribus: erat autem latus clauus tunica, quæ clauos, ideſt quaſi flores panno intextos, & in ſutos habebat, teſte Roſino vbi ſupra c.33.Trabea potiſſimum pręfectis prętorio, de qua Roſin.c.34.Latius d.lib.8.c. 5.Paludamentũ præcipue conſulibus, qui erat clamis imperatoria, teſtatur Roſin.d. c.31. toga prætexta, ideſt quæ purpuram in ora habebat, qua pueri vſque ad 17. annũ vtebantur. l.3.§.fin.de lib.exhiben. & erat cõmunis omnibus magiſtratibus, vt

vt ex Cicerone, & alijs docent Roſinus cap. 31. & Greg. vbi ſupra. Penala poſtremo omnibus promiſcuè concedebatur; erat autem veſtis, quam ſupra tunicam accipimus, & ea arcendis pluuijs vtebantur. authore Roſino d.c. 31. & c. 35. & tàm feminę, quã maſculi d. l. veſtis §. cõmunia habuitq; in animo Alex. Seuer. omnib. offitijs genus propriũ veſtiũ dare, & omnibus magiſtratibus, vt á veſtitu, & habitu diſcernerẽtur, vt refert Lãprid. in Alex. quin & matrum fam. meretricium, & ancillarum veſtes diſtinctas fuiſſe ex Vulpiano liquet in l. item apud labeonẽ §. ſi quis virgines de iniurijs quam veſtium diſtinctionem ab illis ſeculis petitam, adhuc apud nos ſeruari videmus: aliter enim mares, quam fœminæ, aliter Monachi, quam clerici, & nobiles, quam plebei, & ſcholaſtici quam Doctores ornãtur, & veſtiũtur.

2 Vnde qui alterius habitum aſſumpſerit, alienum vſurpat, & ideo ſine dubio delinquit, vt docet Tiraq. in d. l. 3. à n. 58. Brixienſis q. Dominicali 81. Rebuff. de priuilegijs ſcholariorum priuilegio 94. Greg. in l. 3. verſic. *veſtiduras* tit. 12. parte 5. Perez in tit. 18. lib. 8. ordin. pag. 352. Petrus Greg. lib. 39. c. 11. Bonus de Curtilli in tract. de nobilitate par. 3. à nu. 165. Plaza de delictis c. 5. Quare qui ioci cauſa, aut voluptatis, alterius habitum aſſumpſerit, vt faciunt Iſtriones puniri poterunt, quia contra iuris prohibitionem faciunt l. mime C. de Epiſcopali audientia.

3 Quare fęmina, quæ huius rei cauſa virilem habitum induit, Deo abhominabilis eſt, vt habetur Deuter. cap. 22. & ideo poteſt ab Epiſcopo excommunicari cap. ſi qua mulier 30. diſtinct. & ita in noſtro Regno Hiſpaniæ prohibitum fuit fœminis ſub pœna fuſtigationis ne eo habitu vterentur arg. leg. 1. C. de matrima lib. 11. & ſi in virili habitu deprælenditur mulier, virilem veſtem ammittit, & corporaliter punitur, vt habetur in lib. pragm. fol. 271. licet cauſa cuſtodiendæ pudicitiæ, vel alterius rei, licitè impunè eo habitu vtantur, vt de Sancta Eugenia, Sancta Marina, & alijs Sanctis Virginibus docent Tiraquel. in d. l. 3. verſic. ſi. Greg. d. verſic. *veſtiduras*.

4 Vir autem ſi mullebri ornatu vtatur, licet apud Romanos aliquando licuerit, l. inter veſtem ff. de auro, & argento legato, efficitur infamis ex ſententia Rainerij per text. ibi in l. veſtis §. communia ibi, *ſine reprahenſione* ff. eodem docet Rebuff. in l. mulieris col. 3. ff. de verb. ſignific. Et ideo iure canonico ludi, in quibus viri habitu fœmineo vtuntur, & fęminæ virili, prohibentur. in c. cum decorem de vita, & honeſtate clericorum.

5 Et ſi clericus his deſeruiat, ſi per annum id fecerit, vel ter admonitus non reſipuerit, ammittit omne priuilegium clericale cap. 1. de vita, & honeſtate Cler. in 6. ſunt enim infames l. 1. & 2. §. ait prætor ff. de his qui notantur infamia cap. 1. 4. quęſt. 1. ac proinde etiam poſt peractam pœnitentiam non poſſunt ad ordines ſine Pontificis diſpenſatione promoueri cap. 1. c. præterea. 51. diſtinct. docent Innoc. Butrius Abb. & Imol. in d. c. cum decorem, imò quamdiu in eo officio durant, ab Euchariſtia prohibentur, cap. pro dilectione de conſecratione diſtinct. 2.

6 Secundo vſurpari ſolet alterius habitus fraudis, & falſitatis cauſa, quæ res grauem coerctionem meretur, arbitrio iudicãtis, l. eos §. qui ſe pro milite ff. de falſis, vbi Bart. & DD. vnde qui ſe clericum fingit, arbitrio Iudicis puniendus eſt, vt docet Bart. in l. qui ſub prętextu in ſi. C. de Sacr. Sanct. Eccleſ. & qui nobilium inſignia vſurpat, vt docuit Bonus, vbi ſupra num. 168. Bal. in l. data opera C. qui accuſare non poſſunt Felyn. in capit. tertio loco col. 1. de probat. vel ſi habitum ordinum militarium deferat d. §. qui ſe pro milite, quo caſu ſi vilis perſona ſit, fuſtigari ſolet. Scholares quoq; qui Doctorum veſtibus vtuntur, repræhendẽdi ſunt gl. verbo dignitatum in cap. vt Apoſtolicæ de priuil. lib. 6. falſum enim committunt Boſ. in praxi tit. de falſis num. 131. & ideo poſſunt extraordinariè puniri Bart. in d. §. qui ſe pro milite, & in l. reddatur C. de profeſs. lib. 10. Anania in rubr. de magiſtris: ſæpè enim falſi pœna arbitraria eſt, vt infra probabimus q. 24. par. 3. imò qui ſcholaſticorum veſtes aſſumunt, cum verè ſtudentes nõ ſint, erunt grauiter puniendi ex Rebuff. de priuileg. ſcholaſtic. priuileg. 49.

7 Vltimo alterius habitum opprobrij, aut contemptus cauſa vſurpantes, iniuriarum actione tenentur §. iniuria iuncta gloſ. verbo præſentatum inſtitut. de iniurijs, & ideo capitaliter puniuntur, vt notat Accurſius verbo Monachi in authen. de Sanctiſs. Epiſc. §. fin. coll. 9. Subſtinebunt enim corporalia ſupplicia, & exilio

tra-

tradentur ex d. §. fi. qnem intelligit Plaza de geſtante habitum cuiuſcumque in eius contemptum, & nouiſſimè iure Regio Hiſpano ſtatutum eſt in l.7. titul. 15. lib.8. recopilat. ne quis largis vtatur, quę vulgo dicuntur *maſcaras* abſque licentia ſuperioris ſub pœna fuſtigationis, ſi plebeius ſit, ſin autem nobilis, exilij per ſex menſes, duplicata pœna in eos, qui noctis tempore eis vtuntur.

SVMMARIVM.

1 *Naturalis ratio ſuadet liberos à parentibus ali, & quanto tempore?*
2 *Iure antiquo infantes expoſiti efficiebantur ſerui eorum, qui eos ſuſcipiebant, & educabant.*
3 *Exponentes infantes quomodo puniantur de iure ciuili.*
4 *Iure canonico ſi exponantur infantes ingenui fiunt, & à patria poteſtate liberi.*
5 *Quæ ſit impoſita pœna de iure Regio infantes exponentibus.*
6 *Parentes, egeſtate, vel bonore ſuadentibus, filios infantes exponentes excuſantur ab huius delicti pœna.*

Si quis infantem exponat, qua pœna puniendus veniat?

QVAESTIO XI.

1 NAturalis ratio ſuadet liberos à parentibus ali l. ſi quis á liberis ff. de liberis agnoſc. l. alimenta C. de negot. geſt. l. neque filium C. de patria poteſtate, a matre vſque ad triennium; à patre vero ab inde. dicta leg. neque filium, vbi gloſ. docet Ioan. Garz. de expenſis cap. 3. num. 29. ac proinde parentibus eſt prohibitum a ſe liberos abijcere, & exponere; imo Senatus Conſ. Plautiano iubentur eos agnoſcere l. 1. §. pœna ff. de liberis agnoſcendis ibi, *Et ſi non agnouerit extra ordinem coerceetur*: nam, & ſi à Romulo permiſſum fuerit omnem prolem fœmineam (exceptis primogenitis) maiorem triennio cum iudicio trium vicinorum exponere, vt refert Dionyſius lib. 2. antiqu. & Petr. Gregor. lib. 44. cap. 3. num. 2. Tamen exponendi ea facultas ſicut, & quæ occidendi permiſſa fuit in l. in ſuis ff. de liberis, & poſth. abijt in deſuetudinem leg. fin. C. de patria poteſtate, docent, & proſequuntur vltra ordinarios in l. 1. 2. & 3. C. de infant. expoſ. & Canoniſtas in cap. 1. eodem titul. gloſ. in cap. fin. 86. diſtinct. Boſ. in praxi titul. de homicidio num. 7. Clar. dicto lib. 5. §. fin. quæſt. 83. num. 7. Petr. Gregor. lib. 11. cap. 10. num. 1. & lib. 15. cap. 28. num. 5. 23. & 24. Paleotus de notis, & ſpurijs cap. 63.

2 Erit tamen aduertendum pro huius quæſtionis vera reſolutione primo, quod licet antiquiori iure infantes expoſiti efficerentur serui eorum, qui eos ſuſceperunt, & educarunt, l. 1. & 2. C. de infant. expoſ. idque in contumeliam conſanguineorum, qui permittebant filium, & proximum mancipari ſeruitute (ignominia eſt enim generi libero habere seruum in eo l. 1. C. de liberali cauſa) hodie tamen liberi ſunt, & ingenui, quamuis á ſeruis ſint progeniti l. fin. C. de infant. expoſ, & præſumuntur à iure legitimi, ideoque poſſe ad ſacros ordines, & dignitates promoveri ſine vlla diſpenſatione docent Ioan. Andr. in dicto cap. 1. Felyn. in cap. cum deputati num. 13. de iuditijs Paleotus, vbi supra num. 3. Menoch. caſu 396. num. 16.

Secundo animaduertendum eſt quod ſi ipſi parentes aut alij ſcientibus ipſis, liberos exponant, non habent ius repetendi cap. fin. 87. diſtinct. l. 2. C. de infant. expoſ. sed ſi eis neſcientibus exponantur, poſſunt repetere oblatis expenſis d. l. 1. & docet Greg. in l. 4. par. & gloſ. in d. cap. 1. & cap. fin.

3 Puniuntur autem huiuſmodi infantes exponentes iure ciuili ita, quod ſi mors infantis ſequatur, pœna capitis imponatur, l. necare ff. de liberis agnoſc. Si vero non ſequatur mors, arbitrio Iudicis puniãtur, vt docet gloſ. in dicta leg. 2. quam ſequuntur omnes ſupra relati, & ſi ſciente patre exponantur, amittit in eos ius patriæ poteſtatis, vt in dicta l. 2. licet aliquando legamus refectis expenſis

Digitized by Google

ſaluum, & integrum ius eſſe patri in filiam expoſitam l. patrem C. de nuptijs.

4 Iure autem Canonico infantes aliàs ſerui ſi exponantur, fiunt ingenui, & in poſterum a patria poteſtate liberi ex dicto cap. vnico de inf. expoſ. ipſi vero parentes ſi intra decem dies nõ compareant filios repetituri, amplins repetere non poſſunt d.cap. fin. 87. deciſ.

5 Iure vero Regio ſi pater, aut alius eo ſciente, filium exponat, non poteſt eum petere l.4. titul. 20. part.4. imò ſi infans moriatur, habet pęnam mortis l.3.tit.13. lib.4. fori.

6 Has autem pœnas excuſabunt parentes, ſi probauerint ne ſciuiſſe, vel ſi ſciuerint egeſtatę maxima, vel honore ſuadentibus, id feciſſe, vt docent Hoſtienſ. in ſumma titul. de inf. expoſ. num.4. & colligitur ex l.2.tit.13.lib.1. fori, & tunc tenetur expenſas ſoluere ei, qui educauit, quas vſque ad decennium fecit; nam reliquæ compenſantur cum ſeruitio, vt in dicta l.2.

SVMMARIVM.

1 *Locus ad cuſtodiam deſtinatus, carcer dicitur?*

2 *Quis dicatur carceris priuati crimen committere?*

3 *Quibus caſibus liceat abſq; priuati carceris pœna delinquentes capere?*

4 *Quæ ſit huius delicti pœna de iure ciuili canonico, & Regio?*

Si quis ius meri Imperij non habens, aliquem in carcerem priuatum mittat, quod delictum committat, & qua pœna pro eo puniatur?

QVÆSTIO XII.

1 CVm locus ad cuſtodiam deſtinatus, carcer dicatur l. aut damnum §. ſolent l. credibile ff. de pœnis l.1. C. de cuſtodia reorum, & in facinoroſos homines animaduertere, ſit meri Imperij l. Imperium ff. de iuriſdict. omn. Iudic. clarè conſtat eum, qui ius imperij non habet; ſi aliquem in carcerem priuatum conijciat, vſurpare Regis Imperium, ac proinde læſę Maieſtatis crimen committere, l. vnica C. de priuatis carceribus. Neque illos à pœnis excuſabit conſuetudo, vt docent Igneus in l. neceſſarios §. non alias num.34. ff. ad Syllanianum, & vltra ordinarios in d.l. vnica Boer. deciſ.275. Boſius in praxi tit. de carcere num. 26. & titul. de pluribus violentijs num.61. & 62. Clar. quęſt.46. num. 3. & quæſt. 68. num. 32. Menoch. caſu 305. Alciat. de præſum. reg. 1. præſumpt. 3. num. 2. Auiles, in capit. præt. cap. 18. verbo *carcel*, & Petr. Gregor. lib.31. cap.33.

2 Erit tamen aduertendum quod ad hoc, vt crimen iſtud committatur, non eſt neceſſaria incluſio, ſed ſufficit captura, vt docent Bart. in l. capite quinto ff. de adult. Det. conſil. 100. colum. 3. Boſ. dicto num.26. ac proinde etiam ſi priuatus aliquem detrudat in carcerem publicum propria authoritate, hoc crimine tenebitur, vt docent Grinialdus de relaxatione carceratorum. rubrica de fuga incarcerati num.161. Eſt autem longè verius ab eo dumtaxat hoc crimen committi; qui habet locum carceri deſtinatum ad detinendos ibi quoſcunque delinquentes, vt conſtat ex d.l. 1. ibi *priuati carceris exercere cuſtodiam*.

3 Secundo animaduertendum eſt hoc crimen committi etiam ab eo, qui hominem detinuerit, abſquę animo vſurpandæ iuriſdictionis. Vnde ſi quis debitorem capiat pro ſibi debito conſequendo, priuati carceris pęnam incurrit; niſi debitor eſſet fugitiuus l. ait prætor §. ſi debitorem ff. quę in fraud. cred. vel niſi facultatẽ ipſo dediſſet, quod ipſum creditor propria auctoritate caperet, vt diſponitur in l.2. tit. 13. lib. 8. recopilat. noſtræ Hiſpaniæ. Sed his caſibus, & alijs ſimilibus, in quibus licet priuatis, abſque priuati carceris pœna delinquentes capere, quos recenſet Ripa in cap.1. nu.88. de iudit. tenentur ita captum Iudici præſentare intra viginti quatuor horas ex d.l. capite quinto.

4 Puniuntur autem crimen iſtud committentes iure ciuili vltimo ſupplicio leg. 1. ff. de priuatis carceribus. Iure canonico ſi exercetur in clericum, pœna excommunicationis ipſo iure cap. nuper 29. verſic. nos igitur de ſentent. excomm.

iure

Digitized by Google

Iure Regio Hiſpano carcerem priuatum habentes,& eo propria authoritate vtentes, tanquam rei læſę Maieſtatis vltimo supplitio plectuntur l.15.tit.29. part.7. Sed hodie mortis pœna pro delicto iſto non practicatur,vt teſtatur Clar. d. q.68. nu.32.& Azeuedo in l.5. tit.13. lib.4. recopilat. gloſ. fin.

De iure vero huius Regni extat capitulum Regum Caroli I.quod incipit contra effręnatas sub rub. ne quis authoritate propria capiat aliquem de perſona, quo cauetur capitali ſententia puniri huiuſmodi delictum committētes,quod poſtea fuit confirmatum à Carolo II. in c. amplius, sub rubr. de non capiendis vaſſal. à Dominis.& explicat Afflict.in Conſtit. diram num.7. & Foll. in verbo, vel carcerentur nu.21.& 22. sed mitiorem pęnā imponi in practica notat Clar. d. q.68. num. 32.

Hæc autem, & alia quælibet huius delicti pœna ceſſat in domino reſpectu ſerui gloſ.in d.l.vnica,in patre reſpectu filij;& in marito reſpectu vxoris gloſ. fin. in cap. quemadmodum de iur. iuran. quibus permiſſa eſt modica coertio l.1. C. de emendatione ſeruorum l.1. C. de emendatione propinquorum;non tamen ceſſat in domino propria authoritate vaſſallum capiente, niſi pro delicto publico, & deficiente magiſtratu, iuxta c. Caroli 2. quod incipit amplius nulli ſub rubr. de non capiendis vaſſallis quod explicat Afflict. & Foller. vt ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus ab hæreſi dicitur, & hæreſis vnde dicatur?*
2 *Qui nunquam Chriſtum profeſſus eſt, nec eius fidem, ſi male contra fidem ſentiat, an ſit hæreticus?*
3 *Vt quis dicatur verus hæreticus, quæ requirantur?*
4 *Pertinaciter errorem defendere dicitur qui poſt Iudicis monitionem in eodem errore perſiſtit.*
5 *Hæreſis crimen mere Eccleſiaſticum eſt; & ideò nullus præter Iudicem Eccleſiaſticum de eo cognoſcere poteſt.*
6 *Iure ciuili quomodo puniatur delictum iſtud?*
7 *Quam incurrant pęnam de iure canonico hæretici?*
8 *Hæreticorum filij vſque ad ſecundam generationem, an poſſint ad officium publicum, & beneficium Eccleſiaſticum admitti?*
9 *Omnia hæreticorum bona fiſco applicantur, nec filiorum legitima deducitur de iure canonico:*
10 *Hæretici priuantur omni debito fidelitatis, dominij, obligationis, & obſequij quo illis alij tenebātur adſcripti.*
11 *Clerici hæretici quomodo puniantur?*
12 *Continuo pœnitere quando quis dicatur, vt Curiæ ſæculari non tradatur ad infligendam pœnam corporalem?*
13 *Relapſi qui dicantur?*
14 *Quæ imponatur pœna hæreticis de iure Regio.*

Hæreticus quis dicatur, & quomodo puniatur?

QVÆSTIO XIII.

1 HÆreſis,à qua hęreticus dicitur, non ab erro,vel ærciſco,vel hęreo,vt nonnulli exiſtimarūt; ſed à voce gręca deducitur, quæ latine ſonat *electio* quaſi quis eligat diſciplinam, quam putat eſſe meliorē teſte Diuo Hieronymo in cap.hæreſis 24.q.3.& docent Soccin.& alij in rubr. de hæreticis Sim. de Catholicis inſtit.cap.30. Petr.Gregor. lib.33. c. 4. num.3.Vnde inter alias plures diffinitiones quas cumulat Sim. d. c. 30. illa mihi placet, vt hæreſis ſit error pertinax contra Catholicam veritatem, ac proinde hęreticus erit,qui ſemel Chriſtum profeſſus, errorem contra Catholicam veritatē pertinaciter defenderit, vel qui leui argumento deuiat à tramite, vel iudicio Catholicæ religionis, vt in l.2.C. de hæreticis.

2 Ex qua diffinitione deducitur eum qui nunquam Chriſtum profeſſus eſt;quia nōdū baptiſmū ſuſcepit,& ſi male cōtra fidē ſentiat nō eſſe hæreticū Sim.vbi ſup.c.31. nu.3.Clar.d.lib.5.§. hęreſis nu.2. Sed hęc ſententia receptiſſimis Doctorū ſentētijs cōprobata, in eo fallit,qui ſe putaret baptizatū,qui & ſi verè baptizatus nō ſit baptiſmo aquę;eſt tamē baptizatus baptiſmo

Digitized by Google

flamminis, vt docet Caſtro lib. 1. de iuſta hæreticorum punitione cap. 8. & facit elegans Text. in cap. fin. de præsbitero non baptizato. Vnde apparet quare pontificia, & ciuilia iura aliquando permiſerint Iudæis antiquas habere ſinagogas, & eas reædificare in l. fin. C. de Iudeis in cap. 3. c. conſuluit eodem tit. neque eos vnquam ad credendum in Chriſtũ cogerint cap. ſicut eodem tit. c. ad fidem 23. quæſt. 5. Hæreticos autem nunquam diſſimulauerint, ſed grauiſſimis pœnis ad fidem redire cogerint: illi enim cum ſint extra nos, quid ad nos? hi autem cum ſemel ſe per baptiſmum fidei, & Chriſto obligauerint, modis omnibus compellendi ſunt ad fidem redire, vt habetur Lucæ cap. 14. Quare reijcienda eſt quorumdam opinio exiſtimantium non eſſe Hæreticos ad fidem cogendos, quos refert Brunus lib. 3. de hæreticis cap. 3. & argumentis reſpondent Sim. vbi ſupra cap. 45. Villadiego in tract. de hæreticis quæſt. 6.

3 Secundo ex ſupradicta diffinitione deducitur, quod ad hoc vt quis dicatur verus hæreticus, requiritur quod habeat errorem in mente contrarium fidei, ideſt quod ſciens catholicam fidem ita ſentire de articulo puta incarnationis, ipſe aliter ſentiat. Vnde licet ſine verbis poſſit quis hæreſim committere, vt dicatur occultus hæreticus gloſ. 2. in c. 1. 24. quæſt. 1. quia tamen de mente conſtare non poteſt niſi ad vlteriora procedatur, neceſſario requiritur, quod talis error per verba exprimatur, vt poſſit tanquam hæreticus puniri, vt docet Sim. d. cap. 31. numer. 5. Et hinc eſt, quod nullum opus exterius quamtumcunq; horrendum, eſt hæreſis, neque directo probat quem eſſe hæreticum, veluti ſi quis Chriſti imaginem flagellet, vel Sacro Santam Euchariſtiam in luto conculcet, quæ licet vehementem hæreſis ſuſpitionem inducant; quia tamen poſſunt ſine errore perpetrari, hæreſim nõ probant l. nec natales C. de probat. docent in ſpecie Sim. vbi ſupra Florentinus 2. part. ſumme tit. 12 cap. 5 §. 1. Silueſter in ſumma verbo hæreſis 1. quæſt. 2. quinimo, & Doctoribus communiter placuiſſe referunt Calderinus conſil. 4. de hæreticis, & Clar. d. § hæreſis num. 3. Quod ſi quis metu mortis, vel tormenti neget aliquem articulum fidei, licet grauiſſime peccet ex gloſ. 2. in cap. non ſolum 1 1. quæſt. 3. quia tamen corde non errat, non reputatur hæreticus, quę ſententia in foro interiori veriſſima eſt, vt liber ſit ab excommunicatione, & alijs pœnis indictis contra hæreticos: cum ſolus Deus ſit ſcrutator cordium cap. humanæ 22. quæſt. 5. & nemo præſumatur loqui, quod antea non cogitauerit leg. labeo ff. de ſuppellec. leg. Sed in foro exteriori mihi vera non videtur.

4 Tertio deducitur ex ſupradicta diffinitione, quod ad hoc, vt quis dici poſſit verus Hæreticus, & ſtatutis contra eos pœnis infra referendis puniri valeat, requiritur, quod errorem illum pertinaciter defendat, vt probat text. in cap. firmiſſime in cap. ad abolendam cap. vergentis de Hæreticis cap. accuſatus eodem titul. lib. 6. clement. 1. §. porrò de ſum. Tri. & fid. cat. clement. 1. §. cæterum de vſuris c. dixit Apoſtolus cap. qui in Eccleſia 24. quæſt. 3. & docent Villadiego ſupra num. 3. Sim. num. 7. & Felyn. in rub. de hæreticis Menoch. caſu 392. nu. 9.

Dicitur autem pertinaciter defendere, qui poſt monitionem iudicis in eodem errore perſiſtit ex eleg. doctrina gloſ. iuncto text. in l. 3. §. tutores de ſuſpectis tutoribus, quam ibi in propoſito ſequitur Bart. & Felyn. vbi ſupra. Vnde cum is, qui de fide dubitat, Hæreticus quoque cenſeatur cap. 1. de hæreticis: neceſſario quoque exigimus, quod in ea dubitatione pertinaciter perſiſtat, ut docent Villadiego, & Clar. ſupra nu. 2. & Abb. in d. cap. 1. quod ſane intelligendum eſt quo ad euitandam pœnam corporalem: nam peccatum, & ſpiritualem pœnam non euitabit, ſed publice cogetur hæreſim abiurare, vt in d. cap. ad abolendã, & docet Menoch. vbi ſupra nu. 10.

5 Vltimo deducitur, quod cum Hæretici fidem ipſam, & Chriſtum lædant, eorum crimen mere Eccleſiaſticum eſt, ac proinde licet ciuili iure ſecularibus iudicibus commiſſum ſit. l. 1. C. de Summa Tri. l. quicunq; verſ. fin. C. de hæreticis; hodie tamen nullus præter iudicem Eccleſiaſticum de eo cognoſcere, aut pronunciare poterit cap. vt inquiſitionis §. prohibemus de hæreticis in 6. Fuerunt igitur a principio iudices huius criminis Epiſcopi in ſuis diœceſibus, cap. ad abolendam cap. excommunicamus §. final. de hæret. poſtmodum tamen ob varias Epiſcoporum curas, & aliquorum deſidiam, & negotij vtilitatem delegati fuerunt

runt

runt à Romano Pontifice Iudices, qui de hoc crimine diligenter inquirerent, qui vocantur Inquiſitores in cap. Inquiſitores de hæreticis in 6. & iudices deputati in clement. 1. eodem tit. & in Hiſpania primus omnium officium iſtud Sanctus Dominicus exercuit, & poſt eum fratres ſuæ religionis vſque ad Ferdinandum, & Eliſabet Catholicos Reges, qui anno 1476. Pontificis permiſſu clericis ſecularibus commiſerunt, & officium inquiſitionis prudentiſſimis inſtructionibus, quibus hodie regitur, & vtitur religioſiſſime inſtituerunt, vt referunt Sim. vbi ſupra capitul. 34. numero 1. Salcedo in additionibus ad Diaz capitul. 114. litera F. aduertas tamen, quod per hanc iuriſdictionem non eſt derogatum Epiſcoporum iuriſdictioni capitul. per hoc de hæreticis in 6. poſſunt enim communiter, vel diuiſim de hæreſi cognoſcere, & inquirere dict. capitul. per hoc. Sed quia ex ea diuiſione magna oriebatur confuſio, hoc iure vtimur, vt Epiſcopi Vicarius, aut alter ab eo delegatus, Inquiſitoribus adſiſtat, qui ſimul cum eis hæreticos inquirat, & condemnet, dict. cap. ad abolendam. poſſunt tamen inquiſitores ſine diœceſano, aut eius delegato; & diœceſanus ſine inquiſitore tria hæc facere, nempe inquirere, citare, & capere clement. 1. §. 1. de hæret. Tria quoque excepta ſunt, quæ nec a Diœceſano ſine inquiſitoribus, neque ab inquiſitoribus ſine diœceſano expediri poſſunt, nempe carceri duro magis ad pœnam, quam ad cuſtodiam mancipare reum. Tormentis illum ſubijcere, & ſententiam condemnatoriam proferre, vt ex dict. §. 1. docent Simanch. dict. cap. 34. num. 13. & 18. Petr. Greg. lib. 33. cap. 7. num. 1.

6 Puniuntur autem hæretici de iure ciuili varijs modis. Primo enim priuantur omnibus priuilegijs, quæ intuitu religionis conceſſa ſunt leg. 1. Cod. de hæretic. Secundo priuantur tacita hypotheca pro bonis dotalibus auth. item priuilegium. Tertio res Eccleſiaſticas emere, conducere, in emphyteuſim accipere prohibentur leg. ſi quis ortodoxe 10. Cod. de hæreticis. Quarto priuantur propinquorum ſucceſſionibus quoquo titulo leg. quod de donatis Cod. de his, qui ſupremam religionem in Cod. Theodoſiano. Quinto ſunt inteſtabiles actiuè, & paſſiue leg. cognouimus l. diuinam Cod. de hæreticis. Sexto ob ſolam hæreſis ſuſpitionem, niſi ſe purgauerint, infames, & banditi cenſentur, & bonis omnibus priuantur, in quibus eorum liberi etiam Catholici, non ſuccedunt; authen. Gazaros Cod. de hæreticis. Septimo immunitates eis adimuntur leg. curiales Cod. eodem. Octauo eorum teſtimonia in iudicio contra Catholicos non admittuntur leg. quoniam multi Cod. de hæreticis. Nono, & vltimo ſupplicio vltimo afficiuntur, leg. Manichei Cod. eodem quod mortem naturalem interpretamur, iuxta leg. vltimum ſupplicium ff. de pœnis.

7 Iure vero Canonico hæretici ſunt excommunicati cap. canonica 11. quæſtion. 3. cap. ſane 24. quæſt. 2. cap. ecce cap. reſecandæ 24. quæſtion. 3. cap. ad abolendam cap. excommunicamus de hæretic. A qua excommunicatione, ſi ſit occultus hæreticus, abſolui poteſt ſolum ab Epiſcopo; ſi autem ſit manifeſtus ſolum a Romano Pontifice ex Concil. Trident. ſeſſion. 24. capitul. 6. de reformatione. Qua excommunicatione tenentur etiam fautores, receptatores, & defenſores hæreticorum, vt conſtat ex Bulla in Cœna Domini cap. excommunicamus §. credentes de hæret. cap. Fœlicis eodem titul. in 6. Qui autem dicantur defenſores, qui receptatores, & qui fautores eleganter declarat Sim. vbi ſupra cap. 15. Platea in tract. de excommunicatione §. 22. à num. 10. Florentinus eodem tract. cap. 5.

8 Secundo notantur infamia cap. infames 6. quæſt. 1. capitul. alieni 2. quæſt. 7. Vnde neque iudicum, neque aduocatorum, neque alia officia publica exercere poſſunt capit. nulla officia 54. diſtinction. immo eorum filij vſque ad ſecundam generationem ad nullum officium publicum neque ad beneficium Eccleſiaſticum admitti poſſunt cap. 2. §. hæretici de hæret. lib. 6. Sed hoc limitandum eſt iuxta benignam interpretationem text. in cap. ſtatutum, el ſegundo eodem tit. & lib. niſi patres ante mortem Eccleſiæ reincorporati fuerint, & pro culpa huiuſmodi ad mandatum Eccleſiæ penitentiam receperint, vt conſtat ex finalibus verbis d. cap. ſtatutum. Item limitandum eſt

in-

in filijs conceptis ante commiſſum crimẽ
hęreſis, vt docet Sim. vbi ſupra c.29.

9 Tertio priuantur omnibus bonis à
die commiſſi criminis cap. vergentis cap.
excommunicamus §. damnati de hæretic.
cap. cum ſecundum leges eod. tit. in 6. Vn
de ſi poſt commiſſum crimen aliqua alie-
nauerint, vindicari poterint ab inquiſi-
toribus etiam nullo oblato pretio poſſeſ-
ſoribus, vt ex reg. leg. 2. C. de furtis docẽt
Io. And. & Dominicus in d. c. cum ſecun-
dum leges Tiraq. in l. ſi vnquam verbo re-
uertatur nu. 267 C. de reuocandis donat.
Sim. vbi ſupra c. 9. nu. 21. vbi id limitat in
aliquibus caſibus. Et licet regulariter in
confiſcatione bonorum patris non com-
prehendatur legitima filiorum auth. bona
damnatorum C. de bonis proſcriptorum
in hoc tamen caſu ſine vlla liberorum mi-
ſeratione, omnia fiſco vindicantur. d. cap.
vergentis, quod iuſtiſſime Pontifices fece
runt, vt contra Corraſium in l. qui liberos
nu. 62. de ritu nupt. comprobat Sim. d. c.
9. in princ. Sed licet talium bonorum do-
minium ſtatim commiſſo crimine in fiſcũ
trãsferatur d. c. cũ ſecundum leges; tamen
hæreticus ante condemnationem non te-
netur in foro conſcientiæ bona ipſi fiſco
deferre, licet videatur aliena poſſidere,
ex d. c. cum ſecundum leges, & ex gl. fin.
in cap. fraternitas 12. quæſt. 2. communi
ter recepta ex Abb. num. 10. in cap. 1. de
conſtit. & ita reſoluunt Silueſter in ſum-
ma verbo hæreſis 1. quæſt. 8. Couarr. in
4. 2. part. capitul. 6. §. 8. numer. 10. Si-
manc. d. c. 9. nu. 27. Hæc autem hæretico-
rum bona ſi clericorum ſint, applicantur
fabricæ illius Eccleſiæ, in qua beneficia
obtinuerunt. ex d. cap. excommunicamus
§. condemnati, ſi vero laicorum, Fiſco re
gis, vel Principis, vt docent Abb. & Ana
nia ibi, & Diaz c. 114. nu. 4.

10 Quarto priuantur hęretici omni debi-
to fidelitatis, dominij, obligationis, & ob
ſequij, quo illis alij tenebantur adſtricti
c. fin. de hæret. vnde depoſitum eis reſti-
tui non debet. arg. l. bona fides ff. depoſi-
ti: & ideo eorum liberi efficiuntur ſui iu-
ris cap. 2. §. fin. de hæret. in 6.

Vltimo puniuntur nam, & ſi ſolus iu-
dex eccleſiaſticus poſſit de hæreſi cogno-
ſcere, vt ſupra reſoluimus num. 5. vbi ta-
men cognouerit, & declarauerit eum eſſe
hæreticum, remittit eum iudici ſęcula-
ri, vt debitam exequatur pœnam capitul.
ad abolendam capitul. excommunica-
mus §. damnati de hæret. & iudex ſæcula-
ris ſecundum illius prouinciæ leges, & cõ
ſuetudines, in qua ius dicit, pœnam impo
nat, ſine vlla mora, vel cunctatione: nam
eo ipſo, quod ſibi hæreticus traditur, eius
iuſtificatur ſententia, & ideo non poteſt
petere proceſſum ab inquiſitoribus ad vi-
dendũ vtrũ iuſtè, vel iniuſtè fuerit hæreti
cus declaratus vt ex c. vt inquiſitionis §. p
hibemus de hæret. in 6. & l. ſi. prætor ff. de
iudicijs docent Bal. in l. Clericus num. 11.
C. de Epiſcopis, & clericis Ancharanus,
Imola, & Abb. in cap. 1. de officio ordina
rij, Rubeus in repetit. cap. per veſtras, de
donat. inter. notabili 2. §. 1. num. 22.

11 Clerici quoque hæretici in quibuſcun-
que ordinibus, vel dignitate (præter Epi-
ſcopalem), conſtituti, ſupradictis omni-
bus pęnis ab eiſdem iudicibus plectuntur:
ſunt namque excommunicati, infames,
bonis omnibus priuantur, & actualiter
degradati (quæ degradatio per ſolum pro
prium Epiſcopum fieri poteſt cap. 1. de hę
ret. in 6.) tradduntur iudici ſęculari d. c.
ad abolendam d. §. damnati, qui tam in
eos, quam in alios pœnam mortis exeque
tur.

Aduertas tamen quod hæc, quæ de trad
ditione hæreticorum Curiæ ſęculari fa-
cienda diximus, non habet locum in his
hæreticis, quos continuo pœnitet pec-
caſſe, & deponentes errorem, ad Fidei Ca
tholicæ vnitatem ſtatim redeunt d. c. ad
abolendam verſ. *niſi continuo* d. c. ver-
gentis. docent Abb. Felin. & alij ibi Diaz
vbi ſupra num. 3. Clar. d. § hæreſis num. 8.
Sim. ſupra cap. 46. Petrus Gregor. lib. 33.
c. 8. num. 6.

12 Eſt tamen maximè controuerſum,
quando dicantur continuo pœnitere, vt
curię ſeculari, pro exequutione ſententię
non traddantur? tamen apud nos hæc sẽ-
tentia obtinuit, vt hæretici conuerſi, &
recte pœnitentes vſque ad probationem
ſententiæ, & non vltra, vt refert Sim. vbi
ſupra, & licet illam tradditionem effu-
giant, alijs tamen pœnis ſint obnoxij.
Tradduntur enim perpetuo carceri. cap.
penult. §. 1. de hæret. quam pœnam poſsũt
inquiſitores ad libitum, moderare ex cau
ſa, vt ex Abb. & alijs docet Sim. vbi ſupra
cap. 46. num. 7. confiſcationem etiam bo-
norum patiuntur: niſi intra tempus gra-
tiæ conuertantur: quia tunc ſolum arbi-
trio inquiſitorum elemoſinas facere, &
multcam fiſco præſtare coguntur. tex. ſic
in

Google

intelligendus in d.c. vergentis. Incurrũt
etiã infamiam,& idcirco beneficia eccle-
ſiaſtica,& alia officia publica obtinere nõ
poſsũt. ingiũgitur etiã his cõuerſis publi-
ca pœnitẽtia, vt habitũ quemdã dupplici
cruce ſignatũ, vel flãmis portẽt, quẽ nos
appellamus *Sambenito* corrupto latino
nomine, ideſt ſacco benedicto, habuit
enim originem ab eo ſacco,& cilicio,quo
publice pœnitentes olim vtebantur cap.
in cap. 50. diſtint. c. Achab verſ. quod cũ
de pęn.d.3. quo vti debent per tempus ab
inquiſitoribus præfinitum,& publice hæ
reſim abiurant de vehementi d.c.ad abolẽ
dam, ſolet etiam illis prohiberi vſus ar-
morum, & veſtium prætioſarum, & ne
ęquis vehantur arg.cap. admonere, & c.
latorem 33.quæſt.2. Vnde conſtat hære-
ticos pœnitentes ne quaquam curia ſæcu
lari eſſe traddendos, ſed tantum pertina-
ces, & relapſos d. c. ad abolendam capit.
ſuper eo de hæret.lib.6. Dicuntur autem
pertinaces non ſolum, qui perpetuò erro
rem retinent, vel ſi deponunt, non con-
uertuntur intra tempus iuſtitiæ, ideſt
ante prolationem ſententiæ, vt proxi-
me diximus; ſed etiam qui de hæreſi accu-
ſati, & legitimè per teſtes conuicti, negãt
ſe talia dixiſſe,aſſeruiſſe,vel credidiſſe etiã
ꝓteſtãtes,& affirmãtes ſolũ credere,quod
Sãcta Eccleſia Cattholica credit: quia nõ
eſt hæretico parcẽdũ: niſi ſatisfaciat ad ar
bitriũ ſuperioris d.c.ad abolendam.ſatis-
facere autem non poteſt,quem non pœni
ter peccaſſe; pœnitere vero non videtur,
qui negat;quia pars pœnitentię eſt confeſ-
ſio peccati.cap. perfecta de pœnitentia
diſtint.1.ergo ſi conuictus neget, tanquam
pertinax curiæ ſæculari traddi poterit.
Præterea nam tenetur hęreſim abiurare
d. cap.ad abolendam.Sed in abiuratione
tenetur profiteri, ſe erraſſe, & iurare ſe
nunquam ad illum errorem,vel ad alium
reuerſurum cap. quoties cordis 1. quæſt.
7.ergo merito appellantur pertinaces ne-
gariui,& ita quotidie igni rradduntur ex
deciſ.Rotæ. 1.de hæreticis in antiquis,li-
cet Clar.in d.§. hæreſis num.20. fateatur
hanc opinionem nimis eſſe riguroſam ſe-
quutus Boer.dec.341.nu.4.

13 Relapſi autem, vt ipſum verbum ſo-
nat, dicuntur,qui iterum in hęreſim labũ
tur, ideſt qui poſtquam ſemel hæreſim
abiurarunt, iterum in eam inciderunt d.
cap.ſuper eo, in quo plurimum intereſt
inter abiurationem de leui, vel de uehe-
menti: in his enim, qui abiurarunt de ue-
hementi, procedit quod proxime dixi-
mus: nam ſi de leui tantum, licet iterum
hęreſim incurrant,non puniuntur, ut re-
lapſi.cap.accuſatus hæret.lib.6.neque exi
gitur neceſſario, quod reincidat in eãdem
hæreſim: quia forma abiurationis eſt de
non repetendo illam hæreſim, uel quam-
cumque aliam, ut probatur in d. cap. ac-
cuſatus §.1.ubi gloſ. Villadiego in tractat.
de hæret.quæſt. 20. num.6. Sim. cap. 45.
num.1. Dicitur etiam relapſus, qui poſt
eam abiurationem hæreticis, uerbis, uel
factis communicat. d. c. accuſatus §. ille
quoque. Sed & qui poſt primam condem
nationem aufugit à carcere, vel qui ha-
bitum pœnitentię dimittit, dicitur rela-
pſus, iuſta illud Siman. cap.47. num.23.
& Clar.ubi ſupra nu. 11. ij igitur omnes
ſine ulla dubitatione, & miſeratione trad
dendi ſunt iudicibus ſęcularibus, ut pœ-
nis legalib.puniãtur iuxta ſup. traddita.

14 Iure uero Regio Hiſpano, ultra alias
pęnas iuri ciuili, & canonico conformes,
quæ contra hęreticos ſtatutę ſunt in tit.
26.par.7.& in tit.1. lib.4. fori & in titul.
3.lib.8. recop.& tit.4. lib.8. ordin. deci-
ſum eſt hęreticos, poſtquam fuerint ab ec
cleſiaſticis iudicibus curię ſeculari traddi
ti, ad mortem naturalem eſſe condemnan
dos,in l.2.tit.26.p.7.quæ per ignem exe
quitur ex l.1,& 2. tit.1.lib.4. fori, & ita
practicatur.Quod ſi pęnitentiam egerint
etiam in ipſo mortis articulo, neque hęre
ſim ipſam proteruè probauerint, priuſ-
quam igni traddantur ſaucibus compreſ-
ſis occiduntur. qui uero ita amplexi ſunt
hęreſim, ut neque tunc pœniteant, uiui
flammis rradduntur, ut docet Couar.lib.
2. uariarum cap. 10.num.fin. Siman.d.c.
45.num.9. & quamuis ex d. l.2.tit.26. p.
7. bona hęreticorũ filiis catholicis deferã
tur, & ex d.l. 1.tit.1.lib.4. fori dimidia
bonorũ pars fiſco applicetur,& quãuis ex
l.1.tit.3. lib.8. recop. bona omnia uindi-
centur fiſco; tamen cum hęc pęna nomi-
natim imponatur ab ipſis iudicibus eccle-
ſiaſticis, ſeruatur ius cõmune canonicũ.

De iure uero huius Regni ſi nolint hu-
iuſmodi hęretici ad fidem reuerti, uiuos
comburendos, & nullum pro eis interue
nire debere, ſtatutum extat in conſtit. in-
conſutilem tunicam de hęreticis, & re-
ceptatores hęreticorum publicatis omni-
bus bonis,perpetuo relegantur; ut in con
ſtit. patarenorum, de patarenorum rece-

pta-

ptatoribus. quarum conſtitutionum uerbis recte perpenſis, & his quę utrobique latè adducit Afflict. & Foller. in ſua practica criminal. in fragm. num. 10. & 11. eandem eſſe practicam huius Regni, & Regni Hiſpanię circa delictum iſtud clare deducitur, & eam probat Iul. Clar. in d. §. hęreſis num. 8.

SVMMARIVM.

1 *Blaſphemia quid ſit? & quomodo committatur delictum iſtud?*
2 *Blaſphemantes quomodo puniantur de iure diuino?*
3 *Iure Pontificio, quæ ſit impoſita pœna blaſphemijs?*
4 *Iure Regio Hiſpano, & Neapol. quomodo puniantur blaſphemię?*
5 *Huius criminis accuſatio quibus competat?*
6 *Nemo poteſt pro vno delicto pluries puniri, & quomodo intelligatur reg. iſta in cauſis mixti fori?*

Blaſphemia quid, & quotuplex ſit, & quæ ſit illius pœna?

QVÆSTIO XIV.

1 ADeo graue eſt crimen iſtud blaſphemiæ, vt neq; in hoc ſeculo prę ſenti, nequè in futuro remittatur committenti cap. qualis 25. diſtint. niſi penituerit gl. 1. in c. 2. de maledicis.

Eſt autem blaſphemia cum Deo aliquid negamus, quod ei conuenit, aut aliquid ei tribuimus, quod non conuenit, vt definit Diuu Thom. 2. 2. q. 13. art. 1. Soto lib. 2. de iuſt. & iure q. 3. art. 11. & lib. 5. q. 2. art. 1. q. 8. art. 3. Hoſtien. in ſumma tit. de maledicis §. blasphemantes Caſtro lib. 1. de iuſta hæreticorum punitione cap. 12. Siluester in ſumma verbo blaſphemia num. 1. & fere omnes DD. tam ordinarij quam ſummiſtæ.

Ex qua diffinitione primo deducitur eum, qui dixerit, *al deſpetto di Dio*, vel *non credo in Dio*, & ſimilia, blaſphemum eſſe: quia tribuit Deo quæ ei conuenire non poſſunt, & negat, quod ei conuenit, vt doctiſſimè obſerbant Couar. in c. quamuis pactum 1. p. §. 7. num. 8. & Menoch. caſu 365. item ſi per membra Chriſti quis iurauerit, quia, etſi Chriſtus re vera habeat membra, vt quilibet alius integer homo; tamen, quia ea in Chriſti ignominiam nominat, Blaſphemus eſt. quæ omnia non ſolum procedunt, quoad Deum; ſed etiã quoad Sanctos eius, nam ſicut Deus laudatur in ſanctis ſuis, & ipſi in eo laudãtur ita è contrario cum vituperantur, aut irridentur, vt ex infra citandis iuribus appa ret. Animaduertendum tamen eſt dupplicem eſſe blaſphemiam, aliam, quę ſapit hęreſim, vt puta ſi quis dixerit, *non credo in Dio*, vel *rinego Dio*, vel ſimilia. Alia vero, quę nullam habet cum hæreſi communionem, veluti cum quis iurat *per vita di Dio*, aut *per membra Chriſti*; de qua non poſſunt cognoſcere, & eam punire inquiſitores; de illa vero recte poſſunt, iuxta tex. elegantem in cap. accuſatus §. ſane de hęret. in 6. docent Siman. d. cap. 3. nu. 6. Couar. d. §. 7. num. 12. Iudex autem Ecclesiaſticus ordinarius poteſt ſine vlla diſtinctione blaſphemantes laicos punire: quia mixti fori eſt cap. 2. de maledicis, & docent Couar. & Siman. ſupra Clar. in §. blaſphemia nu. 4.

2 Seueriſſime autem iure diuino puniuntur blaſphemantes: conſtat enim ex Leuitico cap. 24. Lapidibus ab vniuerſa multitudine obrutos necari. Quam pœnam ius ciuile imitatũ fuit; vltimo enim mortis ſupplicio plectuntur auth. vt non luxurientur cola 6.

Pontificio vero iure variè crimen iſtud vendicatur, nam blaſphemantes ſeptem diebus dominicis prę foribus Eccleſię in conſpectu populi recumbentes vltimo eorum dierum ſine palio, & calciamẽtis, laqueo collo inuoluto, non antea eccleſiam ingredi poſſunt, quam ſex ferijs in pane, & aqua ieiunaſſent, & pauperes aliquos reficiſſent c. 2. de maledicis. Clerici vero blaſphemantes, quia eis remittenda eſt publica pęnitentia cap. qui in aliquo 5. diſtint. cap. 1. de bigamis, eo iure deponendi ſunt ab officio cap. ſi quis per capillum 22. quæſt. 1. quam depoſitionis pęnam hodie in deſuetudinem abjiſſe, & eſſe arbitrariam iudici docent Bernar. Diaz cap. 103. Hoſtien. Menoch, & alij vbi ſupra

niſi

Digitized by Google

niſi ob aſſiduam blaſphemandi conſuetudinem, & blaſphemiæ grauitatem exiſtimauerit Iudex imponendam eſſe pœnam d. cap. ſi quis per capillum, pro vt ego ſi Vicarius Epiſcopi eſſem, ſemper arbitrarer contra clericos blaſphemantes duriorē pęnam imponens propter exemplum Chriſtianæ religionis, quod laicis dare debent.

4 Apud nos vero varium ius eſt partitarum, vt conſtat ex l.2. tit. 8. lib.8. ordin. Sed nouiſſimo pragmaticarum Iure relato in l.5. 6.& 7. tit.4.lib. 8. recop. praxis ita recepta eſt, vt pro prima blaſphemia retineatur per menſem in carcere cum cō pedibus, aut alio ligamine ferreo. pro ſecunda mulctatur exilio ſex mentium, & mulcta mille marapetinorum. pro tertia vero lingua figitur clauo. Sed hæc conſuetudine recepta non eſt, in eius tamen loco flagellatur,& lingua premitur ligno, quæ vulgo dicitur *mordaza*, quam ego practicari vidi non ſolum in Hiſpania; Sed etiam pluries in Ciuitate, Bononiæ, dum almi Collegij Hiſpanorum alumnus & ordinarius veſpertinus iuris Pontificij in Bononienſi ſtudio eſſem. Sed ſi nobilis ſit blaſphemans, etiam pro tertia vice loco huius vltimæ pęnæ punitur exilio vnius anni, & mulcta duorum milia marapetinorum. ac tandem nouiſſima pragmatica ad triremes damnantur blaſphemi, vt conſtat ex l. fin. tit. 4. lib. 8. recop.

Iure vero huius Regni variæ etiam sūt conſtitutiones,& pragmaticæ circa huius delicti punitionem: extat enim conſtitutio blaſphemantes ſub rubr. de blaſphem. Deum & Virginem Mariam, qua cauetur blaſphemantes Deum, & Virginem Glorioſam linguæ maliloquæ mutilatione puniri, quam cōſtitutionem confirmauit Rex Ferdinandus in anno 1481. illi addens amiſſionem tertiæ partis bonorum blaſphemantis, cōſtito de delicto sūmariè per duos teſtes, vt conſtat ex pragm. 1. & 2. de blaſphemantibus, & vltimo loco poſtquam in pragm. 3. eiuſdem tit. fuerat ſtatuta arbitraria pęna corporalis; non tamen expreſſa, fuit impoſita pœna triremium, per quatriennium blaſphemantibus, vt conſtat ex prag. 5. & Banno publicato anno 1568. ſub d. rub. de blaſph. Quę omnia probauit Iul. Clar. d. lib. 5. receptarum § blaſphemia per totum, & ita referente D. Didaco Rubio de Victoria Regio Auditore fuit condemnatus quidam blaſphemus ad remigandum per quadriēnium in Regia Aprutina Audientia, cui decreto libenter me ſubſcripſi, ex ſupradictis.

5 Huius autem criminis accuſatio cuilibet de populo competit, vt notant Bart. & omnes in l. 1. ff. de popularibus actionibus, quod ad eo verum eſt, vt ſi in Hiſpania quis alium blaſphemare videat, poterit propria authoritate capere, & in carcerem detrudere ex l. 4. titul. 4. lib. 8. recep. Imò iam hodie ex nouis pragmaticis, qui audit blaſphemiam, & non denuntiat iudici, detruditur in carcerem per menſem vnum.

6 Denique pro complemēto huius quęſtionis conſtituo quod licet quis pro vno delicto non debeat pluries puniri c. de his de accuſationibus; tamen ſi blaſphemus non ſit a iudice eccleſiaſtico pœnis ſufficientibus ſupra relatis punitus, poterit iudex ſæcularis iterum eum punire, vt arg. tex. in cap. fœlicis §. per hoc de pœnis in 6. docet in propoſito Siman. vbi ſupra & generaliter in omnibus criminibus mixti fori idem obſeruandum eſſe, & ita probat expreſſe Couar. lib. 2. variarum cap. 10. nu. 6. verſ. vndecimo eadem conſtitutio.

SVMMARIVM.

1 *Apoſtaſia quid ſit? & quotuplex.*
2 *Iure ciuili quomodo puniatur Apoſtaſiæ crimen?*
3 *Suadens ad apoſtaſiæ crimen committendum, quomodo puniatur?*
4 *Quæ ſit iure Pontificio prima apoſtaſiæ pœna?*
5 *Monachus ſuam Religionem deſerens apoſtata eſt, & hoc eſt ſecundum apoſtaſiæ genus.*
6 *Monachus tranſiens ad aliam religionē etiam laxiorem, non dicitur apoſtata.*
7 *Monachus propriam deſerens religionē ſeueriſſime punitur de iure canonico.*

Apoſtaſia quid, & quotuplex ſit, & quomodo puniatur?

QVÆSTIO XV.

1 ACturi de apoſtaſiæ crimine, & eius pęnis, operè pretium erit, vt videamus quid, & quotuplex ſit? Eſt igitur temerarius à ſtatu fidei obedientiæ vel religionis receſſus. Vt probat Diuus Thomas 2.2.q.12.art. 1. Silueſter in ſumma verbo apoſtaſia num.1. Soccinus Abb. & alij in rub. de apoſtatis Hoſtienſ. in ſumma eod. tit. num. 1. Siman. de cath. inſtit. cap. 7. & inde apoſtata dicitur quaſi retro abiens c.non obſeruetis 26.q. 7.gloſ.in cap.1.de apoſtatis.

Ex quibus conſtat duplicem eſſe apoſtaſiam. prima veluti ſi quis Chriſtianus à Chriſtiana Religione diſcedat, & efficiatur Iudęus Saracenus, vel Paganus. Secũda eſt veluti ſi quis monachus, aut aliquis quilibet regularis ſuæ religionis habitũ deſerat. Quo ad primam dicendũm eſt multo grauius peccare eam committentes, quam hæreticus gl.in rub. C. de apoſtatis. Villadiego in tractatu contra hæreticam prauitatem q.5.num.6. Siman. vbi ſupra: hæreticus enim dicitur, qui vni, aut alteri fidei articulo contradicit vt ſupra late probauimus q.12. apoſtata vero, qui omnem prorſus fidem Chriſtianam repellit, & improbat. Quare ſeueriſſimè hoc deteſtabile ſcelus omni iure vindicatur.

2 Imprimis igitur iure ciuili bona eius fiſco acquiruntur l. 1.C.de apoſtatis. Sed hoc intelligendum eſt ſi liberos non habeat.auth. ſi qua mulier C.de Sac.ſant.eccleſ.l. apoſtatarum 4.C.de apoſt. deinde ex eo die, quo fidem reliquerunt, inteſtabiles, & incapaces teſtamentorum, donandi, aut alienandi fiunt l. 3.C.eod.& omnibus priuilegijs priuantur, quæ apoſtatis concedi ſolent l. 14. C. de apoſtatis in C. Theodoſiano.

3 Is autem, qui huius criminis ſuaſor fuerit, vltimo mortis ſupplitio plectendus erit l. eum qui C.de apoſtatis. Sed ego exiſtimo hoc iure ciuili eandem pœnam fuiſſe apoſtati, & ſua ſoris, ac proinde legem illam non de mortis pœna eſſe accipiendam; Sed potius de deportatione, vt colligitur ex illis verbis, *cum diſpendio fortunarum*. non enim neceſſe erat fortunarum diſpendium vitæ amiſſioni adijcere, cum eo iure morte dãnatis ſemper bona adimerentur. toto tit.ff.& C.de bonis damnatorum. Vnde verba illa, *capite puniendum* ad deportationem pertinent, qua capite diminuitur §. 1. inſt. de capitis diminutione.

4 Pontificio vero iure pręter infamiam, & teſtimonij interdictionem quam ſtatim incurrunt, c. non poteſt 2.q. 7.c. infames 6.q.1.eiſdem pęnis apoſtatæ ſubiciũtur, quibus hæreticos affici oportere diximus ſupra q. 12.ex tex. in c. contra Chriſtianos de hæreticis lib. 6. docent Hoſtiens. in ſumma tit de apoſtatis num. 3. nam apoſtaſia eſt ſpecies; hęreſis autem genus, vt docent eleganter Silueſter in ſumma verbo apoſtaſia num. 2. Caſtro de iuſta hæreticorum punitione lib. 1.cap.7. Siman. vbi ſupra nu.3.

Iure vero Regio Hiſpano ſi apoſtata ad fidem non reuertatur, occidendus eſt, & bona eius filijs catholicis, aut conſanguineis vſque ad decimum gradum applicantur; quod ſi filios non habeat, ad Regiam Cameram pertinebunt l.4.tit. 25. p. 7. Si autem ad fidem reuertatur, infamis eſt, & non poteſt teſtari, neque ad honores aſpirare, & eſt incapax hæreditatis, & cõtractus ab eo celebrati, ex eo die ſunt inualidi l. 5.tit. 25.p.7. quo etiam iure pœna ignis impoſita eſt ei, qui alium ad apoſtatandum coget, aut ſuadet l.1. tit. 1. lib. 4. fori.

De iure vero huius Regni apoſtata à fide pęnitus execratur, & bonis omnibus expoliatur, ſucceſſione priuatur, & omni legitimo iure. iuxta conſtitutionem apoſtatantes ſub rub. de apoſtatis, & ea quæ traddit ibi Afflict. & Follerr. in frag. num. 16.

Vnde deducitur omnes leges, aut ciuiles aut Regias hoc crimen vindicantes ceſſare, & ſtandum eſſe omnino iuris canonici diſpoſitioni: tum quia ſunt nullę, cum mere eccleſiaſtica diſponant cap. eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Conſtit. tum etiã quia expreſſe prohibitum eſt ſæcularibus poteſtatibus de hoc crimine cognoſcere, in cap. inquiſitionis §. prohibemus de hæret. in 6.

5 Se-

5 Secunda apoſtaſię ſpecies, eſt quando monachus ſuæ religions habitum deſerit diſcedēs a ſtatu religionis gl. in cap. 1. de apoſt. gl. in c. ex parte de temporibus ordinationum. Hoſtien. in ſumma tit. de apoſtatis num 2. Abb. Soccin. & alij in rubr. ibi Siman. d. c. 7. Caſtro ſupra cap. 7. Silueſter in ſumma verbo apoſtaſia num. 3. & 9. De qua apoſtaſię ſpetie loquitur tit. de apoſt. & tex. in cap. quantumlibet 44. diſtinc. Vnde deducitur, quod ad hoc, vt huiusmodi apoſtaſiæ crimen committatur, neceſſe eſt quod monachus habitum, & religionem deſerens, profeſſus ſit: nam nouitij ſine apoſtaſiæ nota poſſunt egredi religionem, cum abſque profeſſione vere monachi non ſint c. porrectum de regularibus, nec teneatur ad expenſas ſibi a monaſterio factas c. non ſolum eod. tit. in 6. requiritur etiam, quod habitum religionis dimittant: nam ſi eo retento incipiāt vagari, & occultari ſuperiori, non vt apoſtatæ. Sed vt fugitiui puniētur, vt docent Clar. q. 78. nu. 4. & Silueſter vbi ſupra ad apoſtaſiam enim requiritur quod animus adſit viuendi laicaliter c. 1. de apoſtatis, qui per habitus dimiſſionem probatur.

6 Vnde licet profeſſus in vna religione, nō poſſit ad laxiorem tranſire abſque Pontificis diſpenſatione, ex gl. verbo *permittatis* in c. non eſt nobis de regularibus, & verbo *canonice* in c. cum ſingula §. prohibemus de præbendis in 6. Silueſter verbo religio 4. nu. 2. Rebuff. in praxi tit. de trāslatione monachorum num. 9. neque ad parem; niſi ſui ſuperioris habeat conſenſum cum cauſa gl. ſupra relata & in c. ſignificatum de regularibus Silueſter d. n. 2. Rebuff. num. 7. ſupra & licet ad arctiorem regulam tranſire non poſſit: niſi cum licentia prælati habita, vt in c. ſtatuimus 19. q. 3. vel petita licet non habita, vt in cap. licet de regularibus; tamen, & ſi his omnibus prætermiſſis, ad laxiorem etiam regulam tranſiret: quia non habet animū viuendi laicaliter, non dicitur apoſtata gl. per tex. ibi in d. c. ex parte gloſ. in c. fi. de apoſtatis Abb. in c. ſane de regularibus Menoch. caſu 421. nu. 33.

7 Punitur autem hæc apoſtaſia iure canonico ſeueriſſimè pœna excommunicationis ipſo facto c. vt periculoſa ne clerici vel monachi lib. 6. & infamiæ c. alieni 2. q. 7. c. beatus 3. q. 4. nec poteſt ad dignitatem admitti c. legi 16. q. 1. neque in ſacris ordinibus, quos in apoſtaſia ſuſcepit, poteſt miniſtrare. nec diſpenſari niſi à ſolo Pontifice c. fi. de apoſtatis. neque gaudet priuilegio clericali cap. 1. eodem tit. quibus etiam pœnis afficiendus eſt clericus, qui dimiſſo habitu clericali, & tonſura laicaliter viuere inſtituit, Eſt enim apoſtata d. cap. 1. de apoſtatis, & ſi admonitus ab Epiſcopo in eodē ſtatu perſiſtat, deponendus eſt c. ſine ornatu c. pręcipimus 21. quæſt. 4. & docet Bernardus Diaz in praxi. c. 104. Iure etiam ciuili impunita non remanet hæc ſecunda apoſtaſiæ ſpecies: nā clericus apoſtata cadit a ſacro miniſterio, & inter idiotas laicos illius ciuitatis erit. & curiæ illius cum tota ſua ſubſtantia ſubiacebit, vt in auth. quomodo oport. Epiſc. §. neque autem, & §. ſemel & monachus ſi apoſtata ſit, eodem etiam iure ciuili bona illius erunt monaſterij, & ſi fuerat ſeruus, reuocatur in ſeruitutem prioris domini, ſi vero liber, ponitur in aliud monaſterium, cum rebus ſuis, auth. de monacis §. ſi vero ſeruitij, & §. ſi vero delinquens.

SVMMARIVM.

1 *Ius, & poteſtas cudendi monetam cōpetit tantum Principibus non recognoſcentibus ſuperiorem, aut quibus his priuilegium hoc conceſſerint.*

2 *Falſa moneta dicitur quæ ex adulterina materia fit, aut iuſto pondere, vel forma defraudata, etiam ſi facta ſit à poteſtatem habentibus.*

3 *Falſi monetarij quomodo puniantur de iure ciuili.*

4 *Falſam expendentes monetam, an pœnam falſi incurrant?*

5 *Pontificio iure quomodo puniantur monetarij falſi?*

6 *Quæ ſit huius delicti pœna de iure Regio Hiſp. & Neap.*

Quæ dicatur moneta falſa, & qua pœna puniantur illam fabricantes, & expendentes?

QVÆSTIO XVI.

1 NVLLI dubium eſt ius, & poteſtatem cudendi monetam, Pontifici, Imperatori, & alijs Principibus non recognoſcentibus ſuperiorem, vel quibus ij priuilegium hoc ſpecialiter conceſſerint, competere c. 1. quæ ſint Regalia in vſ. feud. docent Accurſius in rub. C. de veterum numiſmatum lib. 11. Laudenſis in tract. de monetis nu. 1. Franciſcus Curtius in eodem tractatu in princip. Vnde ſi aliquis alius monetam cuſerit, læſæ Maieſtatis crimen committit l. 2. C. de falſa moneta, ac proinde talis moneta etiam ſi ſit legitimi ponderis, & approbatæ materiæ, dicitur falſa, teſte Bart. in l. qui falſam ff. de falſis, & probat l. 9. tit. 7. par. 7. vbi Greg.

2 E conuerſò verò dicitur falſa moneta quę ex adulterina materia fit, aut iuſto pōdere, vel forma defraudata, etiam ſi facta, & ſignata ſit ab his, qui poteſtatem illam cudendi habebant, vt probat Afflict. in conſtit. adulterinam ſub rub. de cudentibus monetam adulterinam. Lucanus in tract. de fiſco 2. par. principali nu. 2. Velouiſus in pract. iudiciali cap. 1. a num. 102. Gramm. deciſ. 74. Couar. in tract. de coll. numiſmatum cap. 8. per totum Menoch. caſu 316. Clar. in §. falſum nu. 46. & Petr. Greg. lib 36. c. 2.

3 Puniuntur igitur iure ciuili falſam monetam fabricantes pœna legis Corneliæ de falſis, de qua in l. qui falſam ff. eod. & omnes eorum facultates fiſco applicantur: ipſi vero igne comburuntur l. 2. C. de falſa moneta. Cui non obſtat lex 1. C. eod. quæ capitalem pęnā tantum eſſe affirmat, ac proinde perpetui exilij l. licet 103. ff. de verborum ſignificatione: nam, & ſi Accurſius, & communis eum textum intelligat de moneta Regis, aut inferioris, & l. 2. de moneta Imperatoris; mihi tamen verior ſemper viſa eſt alia eiuſdem Accurſij ſententia in d. l. 2. accipientis text. ibi de moneta aurëa, & d. l. 2. de argentea, aut alterius materiæ prout ex leg. C. Teodoſiani comprobat eleganter Couar. d. cap. 8. nu. 3. domus vero ſeu fundus, in quo talia fuerint perpetrata, etiam ſi alienum ſit, fiſco publicatur; ſi tamen dominus in propinquo ſit, licet ignoret, vt in d. l. 1. C. de falſ. mon. Tondentes vero, aut tinxentes monetam, hoc iure plectuntur pœna capitali l. fin. C. de veterum numiſmatum lib. 11. ideſt liberi ad beſtias dānantur; ſerui vltimo ſupplicio afficiuntur l. quicunq; ff. ad l. Cornel. de falſis quæ pœna ſine diſtinctione obtinebit, vt conſtat ex d. l. quicunque, cuius hæc ſunt verba *quicunque nummos aureos partim raſerit, partim tinxerit, vel finxerit, ſi quidem liberi ſunt, ad beſtias dari; ſi ſerui ſummo ſupplicio affici debent*.

4 Expendentes autem falſam monetam, ſi ſtannea, vel plumbea ſit, pœnam falſi incurrunt l. lege Cornelia ff. de falſis ibi *eadem pœna afficitur etiam is, qui cum prohibere tale quid poſſet, non prohibuit eadem l. exprimitur ne quis nummos ſtagneos, vel plumbeos emere, vendere dolo malo vellet*: Si vero alia ratione falſa ſit, vt puta quia non legitimi ponderis, puniuntur extraordinariè arbitrio iudicis ita Bart. in d. l. lege numer. 3. Couarru. vbi ſupra Laudenſis numer. 28. Curtius numer. 20. in tract. de monetis. Hæc autem pœna ceſſabit, & pecuniaria tantum punientur huiuſmodi falſam monetam expendentes, ſi oſtendant a quo pecuniam illam acceperunt, arg. leg maiorem Cod. de falſis; de eo autem, qui non expendit, Sed habet in arca videndus eſt Velouiſus dicto capitul. 1. numero 106.

5 Pontificio iure clericus, qui falſam monetam cuſerit, ab ordine, & beneficio depoſitus, in carcerē perpetuum detruditur, ex ſententia Abb. cap. tuæ numero 4. de pœnis vbi ponit regulam generalem, quod vbi iure ciuili pro delicto imponitur pœna mortis, clericus veniet deponendus, & in monaſterium detrudendus, quem in propoſito ſequitur Salzedo in additionibus ad Diaz c. 117. verſ. ſed an puniatur.

6 Iure vero Regio Hiſpano cudentes fal-

falſam monetam igne comburuntur ex leg. 9. titul. 7. part. 7. & ita quotidie practicatur, & ego practicari vidi anno 1611. in Bononien. ciuitate vbi igne combuſtus fuit tempore Illuſtriſſimi Cardinalis Iuſtiniani Legati quidam Bononienſis, eo quod monetam doppiarum Hiſpanię cuſerat, & alius eius ſocius deceſſit in tormentis. Præterea ammittit dimidiam partem bonorum ex l. 4. tit. 7. lib. 8. ordin. l. 5. tit. 17. lib. 8. recop. Tondentes autem vel tinxentes monetam pœna iudici arbitraria puniuntur ex d. l. 9. par. Sed hodie ex nouis pragmaticis pœna etiam mortis indicta eſt, & ammiſsionis omnium bonorum vt in l. 67. tit. 21. lib. 5. recop. & expendentes puniuntur exilij quatuor annorum, & confiſcationis dimidiæ partis bonorum pęna. Quod intelligendum eſt quando indicata quo falſam monetam habet, alias pœna falſi punitur vt in l. 78. ſtilli, & docet Couarru. vbi ſupra, qui vero approbatã monetam in ſolutum accipere recuſat, ſextuplum illius monetæ ſoluere debet l. 4. tit. 8. lib. 5. ordin.

De iure vero huius Regni cudentes falſam monetam, vel ſcienter accipientes, aut conſentientes, pœna capitis, & publicatione bonorum plectuntur, vt in conſtitutione adulterinam monetam, ſub rubrica de cudentibus monetam adulterinam. qua etiam pœna puniuntur pecuniam argenteam, vel auream radentes aut diminuentes, vt in conſtitutione, qui nummos ſub rubric. raſione monetæ, quod fuit cõfirmatum per Regẽ Carolũ in capit. Carolus ſub rubric. de pœn. inſing. falſar. monet. in quo vltra prædicta ſtatuitur, vt tales puniantur cum teſtimonio vnius tantum, teſtis fide digni de viſu cum fama publica, ſicut pro crimine læſæ Maieſtatis. Denique in pragmatica de monetis ædita ab Excellentiſsimo Comite de Lemos anno 1610. ſtatutum eſt, quod fundentes monetam argenteam alicuius Regni Hiſpaniæ vltra monetæ ammiſsionem, per triremium remigent.

SVMMARIVM.

1 *Furtum quo iure ſit prohibitum?*
2 *Furtum eſt contrectatio fraudoloſa rei alienæ lucri faciendi gratia, vel vſus, vel etiam poſſeſſionis illius.*
3 *Interpratatur text. in l. inter omnes §. recte ff. de furtis.*
4 *Furtorum genera quot ſunt?*
5 *Iure Ciuili quæ ſit furibus impoſita pœna?*
6 *Pœna mortis an, & quando veniat imponenda pro furto.*
7 *Iure Pontificio quomodo puniantur fures.*
8 *Quæ ſit ſtatuta pœna pro delicto iſto de iure Regio Hiſpano, & Neap.*

Furtum quid, & quotuplex ſit, & quomodo puniatur?

QVÆSTIO XVII.

1 QVamuis apud Lacedemones, & Egyptios licitũ fuerit furtũ, id laudi ducentes plura, & aſtutè furari, vt referunt Aulus Gelius lib. 11. noctium ath. c. 18. Alex. ab Alex. lib. 6. dierum genialium c. 10. Pluta. in problemate 168. Concius lib. 1. Lectionum c. 2. Menoch. caſu 295. Petr. Greg. lib. 37. c. 1. & ideo tentauerit Alc. in l. probum num. 4. de verborum ſignificatione furtum ciuili tantum lege prohiberi. Verius tamen eſt omni iure prohibitum eſſe Diuino Exodi c. 20. Leuitici c. 18. Naturali l. probum ff. de verborum ſignificatione l. 1. ff. de furtis l. nam hoc natura ff. de conditione indebiti. Canonico in c. penale 14. q. 5. c. meretrices 32. q. 4. c. 1. & per totũ de furtis. Ciuili vt in d. l. 1. ff. & C. de furtis §. 1. inſtit. de obligat. quæ ex delicto naſcuntur. Regio Hiſpano in l. 18. tit. 14. par. 7. l. 6. tit. 5. l. 2. tit. 13. lib. 4. fori l. 1. tit. 13. lib. 8. ordin l. 7. tit. 11. lib. 8. recop. l. 3. lib. 8 recop. Neapolitano in c. ad hoc ꝙ noſtrorum Caroli Regis, & in cõſtitutione Baiulus ſi furem ſub rub.

de

de fure capto, & in Conſtit. peruenit de furtis, & latrocinijs, & in pragm. 1.2.3.4.5.& 6. de furtis. Neque quod de Lacedemonijs, & Aegyptijs diximus, aliquid obſtat: cum plura pluribus nationibus permittantur, neque abſolutè Lacedemonijs fuit conceſſa licentia furandi, ſed licebat, modo non depræhenderentur in furto: depræhenſo enim pęna erat vapulare, & exurire, vt ex Plutarco refert Tiraquel. ad Alex. vbi ſupra lit. I.

Nec ſupradictis obſtat text. in cap. ius naturale 1. diſtinct. ibi *communis omnium poſſeſſio*. Ex quo deduci poteſt, quod ſi iure naturali omnia erant communia, furtum eſſe non potuit, ac proinde nec prohiberi: nam reſpondeo, quod verba illa non ſunt accipienda *communis omnium* ideſt *rerum*, ſed ita *communis omnium*, ideſt *hominum*: tantum enim immobilia, quæ verbo poſſeſſionis comprehenduntur, fuerunt eo iure communia: mobilia enim iam erant diſtincta, vt conſtat ex d. cap. ius naturale ibi *rei depoſitæ reſtitutio*, & ex cap. 1. Geneſis, vbi Caim, & Abel habuerunt propria, vnus nimirum oues, & alter agriculturam. Vnde cum furtum in rebus tantum mobilib. committatur l. quare 38. in fin. ff. de vſucap. potuit eo quoque iure committi, & prohiberi.

2 Eſt igitur furtum contrectatio rei fraudulosa inuito domino lucrifaciendi gratia, vel ipſius rei, vel etiam vſus eius, poſſeſſionis vè l. 1. ff. de furtis §. 1. inſtit. de obligat. quæ ex delicto. Ex qua diffinitione primo deducitur eum qui rē deperditā ſubſtulerit, cuius dominium ignorat, ſi eā ſibi retineat non inquirendo dominum, furtum committere: quia fraudulose contrectat lucrifaciendi gratia l. falſus §. qui alienum ff. de furtis, tenetur enim inuentor dominum quærere, & ſi non inuenerit, pretium pauperibus largiri, vt argum. text. in authen. omnes peregrini C. communia de ſucceſſionibus docent Bar. in d. §. qui alienum Abb. in c. dilecti nu. 22 de accuſat. & in cap. fin. de furtis notabili 3. quod limitandum eſt in animalibus deperditis, quæ tenetur inuentor Iudici exhibere alias tenetur de furto.

Secundo deducitur verba illa *inuito domino* de neceſſitate appoſita eſſe in diffinitione: quia furtum non fit niſi inuito domino d. §. furtum inſtit. de obligat. quæ ex delicto l. fin. ff de conditione furt.

3 Neque obſtat text. in l. inter omnes §. rectè ff. de furtis, vbi volente quoque domino furtum fit: nam reſpondeo quod in furto non veram domini voluntatem, ſed æſtimationem eius, qui furatur, conſideramus, vt ſi ipſe putet dominum conſentire, furtum non fit, & ſi putat diſſentire, quāuis verè conſentiat, furtum committitur, vt in d. §. rectè, niſi res ipſa furto auferatur §. sed & ſi inſtit. de obligat. quæ ex delicto. quando enim iuſto titulo a principio res capta eſt, & ex poſt facto incipit contrectari, tunc licet vſum rei puta commodatæ contrectem, exiſtimans dominum diſſentire: cum verè conſentiat, excuſor à furto, vt in d. §. ſed & ſi, quia facilè res tollerantur, quæ ſpetiem boni principij obtinent, l. ſed an vltro §. ſi. ff. de negotijs geſtis.

4 Furtorum autem duo ſunt genera, manifeſtum, & non manifeſtum. Manifeſtū dicitur quando fur deprahenditur cum furto, ſiuè à domino, ſiuè ab alio, ſiuè in loco, in quo ſuratus eſt, ſiuè in alio; dummamen prius depræhendatur, quam eo loci rem pertulerit, quo deſtinauit eo die manere, l. fur eſt cum leg. ſeq. l. nec manifeſtum iuncta l. 2. ff. de furtis §. furtorum inſtitut. de obligat. quæ ex delicto. non manifeſtum autem apparet eſſe, quod depræhenſum non eſt dicta l. neque manifeſtum.

5 Iure igitur ciuili antiquo duodecim tabularum nocturni fures impunè occidebantur; diuturni vero ita demum ſi telo ſe defenderent, vt in l. 4. ff. ad leg. Aquil. l. ſi pignore §. furem ff. de furtis cap. 3. de homicidio. Doctiſſimus dominus meus Antonius Auguſtinus Archiepiſc. Tarraconen. & noſtri almi Collegij Bononiæ alumnus in tractat. de legibus ad leg. duodecim Tabularum l. 29. quam legem interpretantur Conſulti in l. ſi caluitur ff. de verborum ſignificatione in §. telum, & in l. furem ff. de ſicarijs; ſi autem non occiderentur huiuſmodi fures manifeſti, ſi liberi ſint, verberantur, & ſerui efficiuntur eis, quibus furtum fecerint; ſi vero ſerui verberibus cęſi, & vincti, ex ſaxo tarpeiæ deijciebantur; pueri vero impuberes prętoris arbitrio verberabantur, & noxa ab eis facta ſarciebatur, vt referunt Alex. ab Alexand. vbi ſupra, & Concius lib. 1. lect. capit. 2.

Eadem etiam lege continebatur, vt furta per lancem, & litium concepta, punirentur

rentur

Digitized by Google

rentur tanquam manifeſta his verbis. *Furta per lancem,& litium concepta ſicut manifeſta vindicanto*, quæ autem eſſent, non ſat perceperunt Forcatulus in netiomantia iuris Dialog. 29. num. 8. Balduin. ad. leges duodecim tabul. l. 57. Alex. ab Alex. d. lib. 6. nu. 10. & ibi Tiraq. lit. I. & lit. G. quare ſciendum eſt illius legis temporibus moris fuiſſe, vt qui ſibi furtũ factum eſſe dicebat, & in alicuius ædibus furtum volebat quærere, ſi à domino prohiberetur, nudus vt aptior eſſet ad quærendum furtum iurabat Deo ſe ſe reperiẽdi ſpe furtum quærere. Vt autem appareret iuſſu magiſtratus domum illam ingredi, litio cingebantur: olim enim qui magiſtratũ iuſſa exequebantur, litio tranſuerſo cingere ſe ſolebant, & inde littores appellabantur, vt docet Aulus Gelius lib. 12. cap. 3. & prẹterea lancem ante oculos ponebat propter matrum familias, aut virginum præſentiam, ideſt ne viderent vxores, quas religioſe Romani obſeruabant, & tunc ille, apud quem furtum quęrebatur, domum ſuam ei, qui furtum quærebat aperire, & in obſignatis locis liberam furti inquirendi facultatem facere cogebatur, & tunc ſi res furtiua depræhẽderetur, furtum illud per lancem, & litiũ conceptum, ideſt depræhenſum, dicebatur. ita docent Alciatus lib. 5. parerg. c. 8. Ottom. in d. §. conceptum, enunciatione 6. Prateius de verbis iuris verbo furta per lancem Petr. Greg. lib. 37. cap. 1. num. 18. Sed quia poſt decemuiros Romani prohibuerunt aliquem de Saxo pręcipitari, l. ſi quis 25. ff. de pœnis, & liberum hominẽ ſeruum alicuius fieri, pęnæ cauſa, eam pęnam immutarunt in aliam, & conſtituerunt principium inſtit. de perpet. & tẽp. act. eaq; quadrupli fuit pro manifeſto furto; & dupli pro non manifeſto §. pęna inſtit. de oblig. quæ ex delicto §. in duplum §. ex maleficijs inſtit. actio. l. quid ergo §. fi. ff. de his qui notantur infamia. Sed hodie hanc quadrupli pœnam non eſſe in vſu teſtatur ex alijs Clar. in §. furtum nu. 16. Licet res ipſa ſubrepta etiam parte non petente ſit á Iudice reſtituenda l. interdũ §. qui furem ff. de furtis, & ideo hodie etiã hoc iure agitur de furto criminaliter ad pœnam corporalem arbitrariam l. fi. ff. de furtis iuncta gloſ. fin. in l. ſubtracto C. de furtis, & vſu receptum eſt, vt fuſtigentur gloſ. in authent. ſed nouo iure C. de ſeruis fugitiuis, & in l. capitalium §. famoſos verbo furca ff. de pœnis.

6 Sed dubium eſt an pro furto, iure ciuili imponatur pœna mortis? & non imponi colligitur ex d. authen. Sed nouo iure, & ex auth. vt nulli iudicum §. pro furto autem coll. 9. quod primo limitandum eſt vbi furto pax inter aliquos firmata violaretur, tex. ſic intelligendus in cap. 1. §. ſi quis quinque de pace tenen. in vi. feud. & notant Cępola in d. auth. ſed nouo iure num. 8. Clar. num. 8. Menoch. num. 13. Petrus Gregor. lib. 37. cap. 2. num. 12. Secundo limitandum eſt in latronibus famoſis: ij enim furca ſuſpenduntur l. capitalium §. famoſus ff. de pœnis, & quamuis Accurſius in d. auth. Sed nouo iure putauerit famoſum eſſe latronem, qui habet conſuetudinem furandi, verius eſt de eo tantum agi in d. §. famoſos, qui in itineribus publicis per vim, & cum armis graſſantur, vt ex eodem tex. conſtat ibi, *vbi graſſati ſunt*, & ibi *affinibus interemptorum*. Quinimò, & famoſi fures quamuis latrones non ſint, ſed occultè, & ſine armis furentur, ſi habent conſuetudinem furandi, quę inducitur per tria furta commiſſa, ſuſpendi poſſunt, vt teſtantur Bald. num. 15. in l. 3. C. de Epiſcopali Audientia, & in d. auth. ſed nouo iure num. 3. & ibi DD. gloſ. in d. §. famoſos verbo furca Clar. & Menoch. vbi ſupra Ant. Gomez. de delictis cap. 5. num. 6. Couar. lib. 2. variarum cap. 9. nu. 7. ſed & ſi vnum tantum furtum commiſerint; dumtamen magnũ ſit, furca eſſe ſuſpendendos arg. l. ſi quis verſ. cæterum de excuſat. tut. docuit Bal. num. 3. in d. authen. ſed nouo iure quem ſequuntur DD. ex Couar. d. nu. 7. & Menoch. vbi ſupra num. 9. Quod autem dicatur furtum magnum, arbitrio Iudicis relinquendum eſt, qui attenta magnitudine furti, & qualitatibus ipſum aggrauãtibus, pœnam mortis imponere poterit ex ſupradictis.

7 Pontificio autem iure pro furibus ſi in furto occidantur, orandum non eſſe conſtat ex cap. 2. de furtis cap. placuit 23. q. 2. clerici vero fures deponendi ſunt capit. præsbyter 81. diſtinct. quæ depoſitionis pœna ceſſabit, vbi res furata eſſet parui momenti, ex Abb. in capit. 2. de pœnis quod ſi latrones ſint (maxima enim differentia eſt inter fures, & latrones l. cum duobus §. damna ff. pro ſocio ibi, *ideoque ſi pecus æſtimatum datum ſit, & id latrocinio, aut incendio perierit: commu-*

ne

ne damnum eſt, ſi nihil dolo, aut culpa acciderit eius, qui æſtimatum pecus acceperit, quod ſi à furibus ſubruptum ſit, proprium eius detrimentum eſt) verbaliter degradantur, & in monaſteriũ detruduntur ad pœnitentiam agendum, cap.2.de pœnis, vbi Hoſtienſ. Soccin. & alij Bernardus Diaz. in pract. criminali canonica cap. 90.

8 Iure autem Regio Hiſpano attento nouiori, pro primo furto trahitur fur ad ignominiam, & damnatur ad triremes per quadriennium. pro ſecundo flagellatur, & damnatur perpetuo ad triremes, l.7.& 9. lib.8. recopil. & pro tertio ſuſpendendus eſt ex communi Doctorum ſententia præcipuè Gomezij, & aliorum ſupra. Quod ſi furtum committatur in curia Regis, pœna mortis impoſita eſt etiam pro primo furto ex l.1.titul.23.lib.8. recopil. licet praxis admiſerit pro primo furto leui aures amputari ex l.2. titul. 13. lib.4.fori, & ego practicari vidi Salmanticæ pro ſurto panis.

De iure vero huius Regni, pro primo furto rei vnum auguſtale, vel infra valentis, fuſtigantur, & ſignantur in fronte, & de prouintia banniuntur; ſi vero ſit rei vltra Auguſtalem vſque ad vnam vntiam, amputatur vna manus, & ſi vltra vntiam, vel plura furta licet minima fecerint, ſuſpenduntur ignobiles, & nobiles capitali pœna plectuntur ex d. cap. ad hoc Regis Caroli, bonaq; publicantur ex Conſtitut. baiulus ſi furem, poſtea vero Regia Prag. 1.de furtis ſtatuta fuit vltimi ſupplitij pęna contra committentes furta nocturna in plateis, & burghis Neapolis, & ſi imperfectæ ætatis fures ſint, pro prima vice fuſtigantur, pro ſecunda obtruncantur aures, & pro tertia vltimi ſupplitij pœna puniuntur. Et quia furta, vt plurimum committuntur cum clauibus cõtrafactis, ideò facta fuit pragm. 6. de furtis qua ſtatuitur pœna triremis ad quinquennium repertis cum clauibus falſis, & alias de furto inquiſitis, & conficientibus ipſas claues falſas ad exemplum aliarũ, quę eis oſtenſa fuerant, & cõficientibus ad exemplum impreſſum in cera, vel creta, annorum decem. Denique quia plurima furta committebantur præcipuè in Apulea de animalibus, facta fuit conſtitutio peruenit ad aures, de furtis, & latrocinijs, qua cauetur nulli licere capere, & detinere alienum animal: niſi illud capiat cum latrone, vel fure, & tunc debet vtrumque iuſtitiario prouintiæ aſſignare; alias pœna furti, & latronis iudicari præcipitur, quam cõſtitutionem explicat latè Afflict. ibi, & Foller. in fragm. num. 131. & 132.

S V M M A R I V M.

1 *Sua cuique domus tutiſſimum refugium eſt.*

2 *Domum alienam frangentes iure ciuili grauius quam fures puniuntur.*

3 *Pontificio iure quomodo puniantur Ecclesiarum fractores.*

4 *Quæ ſit impoſita pœna de iure Regio Hiſpano, & Neapolitano frangentibus domum alienam.*

Infringens domum alienam, an delictum committat, & quomodo pro eo puniatur.

QVÆSTIO XVIII.

1 INiuriam inferre videtur, qui de domo ſua in ius aliquem vocauerit: cum ſua cuique domus tutiſſimum ſit refugium l. pleriq; ff. de in ius vocando, quod quemadmodum ſit intelligendum docent relati ab Alfano Collet.25. Robertus lib. 3.ſentent.cap.1. Cępola in l.qui neque ff. de verb. ſignif. dubium ergo non eſt grauiter delinquere eos, qui alienas ędes infringunt, & propriè vocantur effractores in l. 1. & per totum ff. de effractoribus docent Menoch. de arbitr.caſu 299.nu.4. Petrus Gregor. lib. 37. Synth. capit. 14. num. 2.

2 Puniuntur igitur iſti iure ciuili ſi furandi cauſa fracturam fecerint, grauius quam fures l. ſęculari ff. de extradinarijs criminibus, & ex cap.22. Exodi probant Cępola in authen. ſed nouo iure num.43. C. de ſeruis fugitiuis Boerius deciſ.173.num.4. Menoch. ſupra nu.5. Vnde ſi fuerint plebei in opus publicum damnantur; honeſtiores vero relegantur ſi de die delictum hoc fecerint l.1.ff.de fractoribus; Si vero de nocte fuſtibus cæſi in metallum dari

ſolent

ſolent l.fin. ff. eod. titul. quod ſi non furandi animo, ſed violandæ caſtitatis, fractura fiat, mortis pœnam incurrunt, vt argum. l. ſi quis non dicam rapere C. de Epiſcopis, & clericis docet Bald. in d. l. fin. ff. de effractoribus, & eum ſequitur Gregorius Lopez in leg. 18. verbo Matar. colum. 4. verſic. item ſi bene titul. 14. p. 7. & ſi cum armis infringant, lege Iulia de vi publica tenentur l. penul. ff. ad l. Iuliam de vi publica §. item lex Iulia de vi publica inſtit. de publicis iuditijs docent Menoch. caſu 394. num. 91. ac proinde pęna deportationis d. §. item lex Iulia, quæ pęna reducitur ad arbitrariam, dumtamen Iudex vltra dictas pœnas non arbitretur, docet Conanus in d. l. 1. ff. de effractoribus Menoch. d. num. 5. & d. num. 91.

3 Pontificio autem iure fractores Eccleſiarum ſunt ipſo iure excommunicati, & ante denuntiationem poſſunt ab Epiſcopo abſolui; poſt abſolutionem verò à ſolo Pontifice cap. conqueſt. vbi gloſ. & Soccin. de ſententia excommunicationis; docent Clar. lib. 5. ſentent. §. fin. q. 77. numer. 20. Florentinus in tractatu de excommunicatione cap. 12. quæ excommunicatio propter ſolam effracturam non incurritur, quia text. in d. cap. conqueſti ſimul requirit ſpoliationem, & fracturam docent Eufrerius in tract. de poteſtate Eccleſiæ in laicos num. 39. & Clar. vbi ſupra. Clerici autem effractores, quia pro atrocioribus delictis deponendi ſunt cap. 2. de pœnis, eſſent etiam deponendi, cum delictum iſtud ſit de atrocioribus l. fi. ff. de effractoribus, & docet Cępola in d. authent. ſed nouo iure num. 93.

4 Iure vero Regio Hiſpano ſi fractura fiat furandi cauſa pœna verberum impoſita eſt in l. 13. titul. 14. part. 7. Iure vero fori mortis pœna imponitur in l. 6. tit. 5. lib. 4. fori, quæ locum habet quando violenter fractor domus alienę foderit parietem, aut fęneſtram, aut portam, aut cardines fregerit, vel poſitis ſcalis aſcenderit, vt in ſpetie docent Platea in tractatu de excomm. §. 29. num. 9. Florentinus in eodem tractatu cap. 12. num. 2. Eufrerius dicto numero 39. Immò qui propriam domum infringentem inuenerit infraganti, poterit propria authoritate occidere l. 4. tit. 23. lib. 8. recopilat.

SVMMARIVM.

1 *Qui in carceribus detenti cum ipſorum carcerum fractura aufugiunt, grauiter delinquunt.*
2 *Carceres frangentes quomodo puniantur de iure ciuili?*
3 *Carcerati fugientes ſiue cum carceris fractura, ſiuè non, non habentur pro confeſſis, nec puniendi ſunt pœna ordinaria delicti, pro quo erant detenti.*
4 *Iure Pontificio ad quid teneantur carcerum effractores?*
5 *Quæ imponatur pœna carceres frangentibus de iure Regio Hiſpano, & Neapolitano.*
6 *Qui fractis carceribus fugit, & ſe ſtatim præſentat, in tribunali maiori an ſit aliqua pœna puniendus?*

Carcerum fractores, & aufugientes qua pœna puniantur?

QVÆSTIO XIX.

1 Qvi in carceribus detenti cum ipſorum carcerum fractura aufugiunt, grauiter delinquũt, & mortalem culpam incurrunt, etiam ſi ſine vi commentarienſi, ſeù cuſtodi illata, recedant: vt docent Ancharanus in regula poſſeſſor quæſt. 3. Couar. lib. 1. variarum capit. 2. num. 14. Plaza de delictis num. 23. cap. 5. Salcedo in additionibus ad Bernardum Diaz regula 303. verſic. ex quo infert. Quod intelligendum eſt in his, qui iuſtè ſunt detenti: ſi enim iniuſtè detineantur, poſſunt data occaſione licitè a carcere aufugere, etiam cum fractione carceris, & vinculorum gloſ. verbo per violentiam in clement. Paſtoralis de re iudicata.

Quam ſequuntur Bart. & DD. in l. ius eius C. de probat. Hyppolitus in practica §. diligenter num. 50. Dueñas regula 293. limit. 4. Couar. vbi ſupra num. 11. & 12. Menoch. caſu 301.

2 Puniuntur autem grauiſſimè qui iuſtè detenti, cum càrceris fractura aufugiunt, afficiuntur enim pęna, qua eſſent afficiendi ſi delictum, pro quo detinebantur, legitimè probatum eſſet: fuga enim facit, ut habeantur pro confeſſis l. in eos, ubi gloſ. uerbo puniendi ff. de cuſtodia reorum. docent ibi Bart. Angelus, & Albericus, & Bal. in l. 1. C. de ſeruis fugitiuis Felynus in cap. nullus num. 3. de præſumptionibus Viuius lib. 1. commun. opin. opinione 119. & ſequenti Bernardus Diaz. reg. 303. limitatione 1. & ibi Salcedo Gratianus reg. 127. num. 5. Iul. Clar. quęſt. 21. num. 25. Pętr. Greg. lib. 36. c. 25. num. 33. Si autem non fractis carceribus, ſed per negligentiam cuſtodis, uel alias data ſibi occaſione fugiendi aufugerint, nec peccant, ut tradunt Imol. & Anchar. in clement. paſtoralis de re iudicata Couar. dicto cap. 2. num. 10. nec pro confeſſis habentur, ſed ſolum puniuntur arbitrio Iudicis, ut ex pluribus reſoluunt Lanfranchus in repetitione l. admonendi nu. 56. de iur. iurand. Couar. num. 11. Menoch. dicto caſu 301. num. 2. & 5. & Salcedo, ubi ſupra.

3 Ego uero indiſtinctè uerius eſſe iudico carceratos fugientes, ſiuè cum fractura carceris, ſiuè negligentia commentarienſis, nunquam haberi pro confeſſis, nec puniendos eſſe pœna delicti, pro quo detenti ſunt; ſed arbitrio Iudicis, nam tex. in l. in eos ff. de cuſtodia reorum, qua fundatur Accurſius, & communis, potius hanc meam quam contrariam ſententiam euidenter probant. & pondero uerba illa *quamuis innocentes inuenientur ex eo crimine, propter quod in pacti ſunt in carcere, tamen puniendi ſunt*. Ex quibus uerbis non poteſt deduci puniendos eſſe pœna ordinaria delicti, pro quo detinebantur tanquam confeſſos, ſed potius pro fuga cum fractura pœna extraordinaria puniendos eſſe. Cum enim certam pęnam non exprimat I. C. eam uidetur Iudicis arbitrio remiſiſſe textus eſt elegans in d. l. 1. ff. de effractoribus, & in ſpetie contra communem docent Ripa in d. leg. admonendi num. 170. Clar. d. num. 25. Ant. Gomez. 3. tomo uariarum capit. 9. num. 11. Præterea textus in dicta leg. in eos loquitur de his, qui conſpirauerunt, ut fugerent; non tamen quando cum effectu fugerunt: his enim pœna capitalis de iure impoſita eſt in l. 1. ff. de effractoribus in l. milites §. eius fugam ff. de re militari l. ſi quis §. miles ff. de pœnis, & ita docent Couar. Menoch. & Petr. Gregor. ubi ſupra, qui uero carcerem effregerint, ut aufugiant carcerati; ſi quidem de crimine condemnatus, aut confeſſus aufugerit, tenentur crimine læſę Maieſtatis l. cuiuſque uerſic. penult. ff. ad legem Iuliam Maieſtatis, quod intelligendum eſt quando is qui iam confeſſus aufugit, erat detentus pro crimine læſę Maieſtatis, vt docent Accurſius ibi verbo reum Ant. Gomez. variarum lib. 3. cap. 1. nu. 7. Gratianus regul. 112. num. 5. Petrus Gregor. d. cap. 25. num. 30. aliàs enim ſolum ea pœna puniuntur, qua tenerentur ij, qui aufugerunt, ſi crimina contra eos obiecta legitimè probarentur l. 1. C. de his qui latrones docent Angelus, & Alex. in l. 1. §. 1. ff. de effractoribus Bar. in l. ſi quis in fin. ff. ne quis eum qui in ius vocatus eſt Menoch. d. caſu 301. num. 26.

4 Iure vero Pontificio tenetur carceris effractor in foro interiori prętium vinculorum, fractiq; carceris reſarcire, & ad reſtituendum damnum quod Reipub. commentarienſi, vel alijs priuatis illatum fuerit ex effractione, puta ſi alij pro delictis, aut ære alieno detenti aufugerint l. quoties C. de exactoribus tributorum lib. 10. ibi, *qui eum abſtulit coerceatur, ac totius ſumma exactionem in ſe ſuſcipiat, qui eundem euellendum ſubtrahendumque crediderit* docet Bart. in tractatu de carceribus num. 18 Gaetanus 2. 2. quæſt. 69. artic. 4. Couar. dicto cap. 2. num. 14. Clerici vero arbitrio Iudicis puniuntur pœna pecuniaria, & arctiori cuſtodia arg. d. l. in eos.

5 Regio autem iure carcerati ſi facta conſpiratione fractis carceribus aufugiẽt omnes, vel plures illorum, habentur pro confeſſis, & pęna criminis, pro quo ſinguli detẽti ſunt puniuntur. Si vero his non concurrentibus aufugient, arbitrio Iudicis plectuntur leg. 13. titul. 29. par. 7. iuxta quam diſtinctionem accipienda ſunt nouiora iura leg. 34. titul. 19. lib. 8. ordin. & leg. ſeptima, titulo 26. lib. octauo recopilat. quæ indiſtinctè à carcere fugientes pro confeſſis haberi iubent, ſunt

nam

namque intelligenda ſi conſpiratione, aut effractione facta aufugient, vt docent Gregor. in d. l. 13. Auiles. in capit. prætorum cap. 18. num. 37. Salcedo ad Bernardum Diaz d. reg. 303. Azeuedo in l. 3. titul. 10. lib. 4. recopilat. num. 87. Hodie vero communi practica receptum eſt, vt carceris effractores flagellis cędantur, vel alia ſimili pœna arbitraria veluti triremium, vt docent Clar. d. q. 21. num. 25. & Didac. Perez in l. 34. ordin. verſic. tu dic.

6 Aduertendum tamen eſt quod ſi fractis carceribus fugerit, & ſe ſtatim præſentauerit coram maioribus iudicibus, nulla pœna punitur argum. l. quis ſit fugitiuus verſic. hæc ita ff. de ædilitio edicto, docet in ſpetie Paulus Grillandus in tract. de relaxatione incarceratorum tit. de fuga incarcerati nu. 20. Auiles d. c. 18. nu. 50.

SVMMARIVM.

1 *Incendium quantum reipub. periculum importet, & quam graue ſit incendiorum crimen demonſtratur.*

2 *Quæcunque incendia etiam leui culpa exorta punienda ſunt.*

3 *Incendium quando dicatur caſu fortuito accidiſſe.*

4 *In caſu dubio cum de incendij cauſa non conſtat, contra domum habitantes ius præſumit.*

5 *Ex incendio leuiſſima culpa exorto non damnantur domũ habitantes ad emendationem damni vicinorum.*

6 *Si incendium leui culpa habitantis accidat, ad quid teneatur?*

7 *Incendium dolo malo, & data opera contingens, quomodo puniatur de iure ciuili?*

8 *Iure Pontificio incendiarij tenentur ad ſatisfactionem damnorum, & pœnitentiam trium annorum in foro pœnitentiali, & ad quid in iudiciali?*

9 *Iure Regio Hiſpano, & Neapol. ad quid teneantur incendiarij?*

Incendium quando inducat delictum, & qua pœna puniendi ſint incendiarij?

QVÆSTIO XX.

1 QVantum Reipubl. periculum immineat ſi incendium in vrbe contigerit, teſtes ſint veteres Romani, qui plures magiſtratus arcendis incendijs crearunt, & ſeptem cohortes, vt binas regiones vrbis ab incendijs tuerentur, Diuus Auguſtus conſtituit, in l. 1. 2. 3. ff. de officio præfecti vigilum, docet Alex. ab Alex. lib. 6. dierum genialium Suetonius in Auguſto cap. 30. Roſinus lib. 2. antiquitatum Romanorum cap. 34. Petrus Gregor. lib. 36, cap. 16. num. 13. vnde incendiorum malitia peſſima, & depopulatrix, & horrenda appellatur in cap. peſſimam 23. quæſt. 8, & incendia in vrbe cõtingentia grauius quam in rure exorta puniuntur, vt infra ſuo loco dicemus. Quare iuſtè poterit vicinus ædes alienas demoliri timens ne ad ſe ignis perueniat l. ſi quis fumo §. quod dicitur ff. ad legem Aquiliam docent eleganter Florian. ibi, & Bal. in l. 2. ff. de officio pręfecti vigilum Rebuf. de priuil. ſcholariũ priuil. 103. n. 7. Quod ita accipiendum eſt, ſi ignis poſtea ad eas ædes peruenerit, l. eſt alius §. eſt alia ff. quod vi aut clam, & licet is, qui alienas ædes decidit, ad damnum non teneatur; vniuerſa tamen vicinia ad reſarcendum damnum tenebitur arg. l. ſi lauorante ver. ęquiſſimum ff. ad legem Rodiam, vbi hoc notat Bal. Bart. in d. §. eſt & alia Flor. vbi ſupra Benedictus in cap. Rainuntius verbo domum num. 27.

2 Quo ſit vt quæcumque incendia etiam leui culpa exorta, punienda ſint, vt omnes cauti ſint, & vel ignem extinguent, vel ita muniant, ne euagetur, l. ſi ſeruus §. ſi fornicarius, ff. ad l. Aquiliam exceptis tamen ijs, quæ fortuito contin-

gunt leg. ſi fortuito, ff. de incendio ruina, & naufragio Menoch. caſu 390. num. 2.

3 Sed dubium eſt qualiter poſsit incendium fortuito accidiſſe dici? & caſum eſſe fortuitum in dicta leg. ſi fortuito, & in leg. cum duobus §. damna ff. pro ſocio, cum generalis ſit regula incendium habitantium culpa ſemper oriri leg. 3. verſic. Sed quia plerumque ff. de officio præfecti vigilum l. ſi vendita ff. de periculo, & Comodo rei venditæ l qui inſulam §. fi. ff. locati, & docent Grammaticus deciſ. 3. Afflict. deciſ. 57. & Menoch. conſil. 53. vol. 1. Verum reſoluẽdo difficultatem exiſtimo incendium etiam dolo malo exortum eſſe caſu fortuito reſpectu eius, qui nulla in culpa fuit, vt videmus in furto, & inuaſione latronum, & probat Iuſtinianus in §. item is cui res inſtitut. quibus modis re contrahitur obligatio, & hoc incendium licet caſu accidat, eſt punibile reſpectu eorum, qui in culpa fuerunt; cæterum ſi probetur ex igne maximo in platea propter aliquod letitię ſignum ſuccenſo, centillam aliquam in domum euolaſſe, atque inde incendium fuiſſe exortum, certum eſt fortuito accidiſſe, & omninò eſſe impunibile.

4 Itaque in caſu dubio cum de incendij cauſa non conſtat, contra habitantes domum ius præſumit: & ideo eos teneri ad damni emendationem vicinis contingentis, licet nihil vicini probauerint, teſtantur Bart. in l. prætor ait §. an vero ff. de edendo Alex. conſil. 50. num. 2. volum. 1. Sed cum incendium non ſolum culpa patris familias; ſed etiam familiæ, aut ſeruorum illius poſsit exoriri, d. l. ſi vendita. Videtur illa præſumptio eſſe generalis, neque contra certam perſonam inducta, & ideo ratione incertitudinis nullius roboris, ac proinde non eſſe condemnandos habitantes ad reſarciendum damnum: niſi ſpecialiter de alicuius culpa probetur, vt teſtantur Afflict. deciſ. 57. Menoch. dicto caſu 390. num. 4. vel niſi vna tantum perſona domum habitaret, vt docet Iaſ. in d. l. prætor ait num. 31. Menoch. vbi ſupra num. 11. quod magis ſuadetur ex eo, quod licet in dubio incendium pręſumatur culpa habitantium; ea tamen culpa leuiſsima eſt gloſ. verbo debet in §. præterea inſtit. quibus modis re contrahi. obl. recepta communiter ex Croto in leg. 4. §. Cato num. 73. ff. de verborum obligat. Salicetus in l. quæ fortuitis colum. fin. C. de pignoratitia actione Gramm. deciſ. 3. num. 1. Menoch. vbi ſupra num. 6. Magunt. deciſ. 111.

5 Conſtat autem ex incendio leuiſsima culpa exorto, non condemnari ad damni emendationem vicinos, vt docet Ioſephus Ludouices deciſ. 25. num. 13. licet contrarium velint Afflict. ſuper rubric. 26. in conſtitut. ſuper inciſionibus numer. 12. Grammat. d. deciſ. 3. num. 18. Moti ex leg. capitalium §. incendiarij, ff. de pœnis.

Ex quibus deducitur quod ſi res aliena ſit penes habitantem domum ex contractu gratia tantum dantis celebrato, vt ex depoſito: quia in eo ſolum recipiens tenetur de dolo, vel lata culpa l. contractus ff. de regulis iuris l. quod Nerua ff. depoſiti. Licet incendio pereat, non tenebitur ad æſtimationem, quamuis eius culpa incendium exortum præſumatur, quod idem erit in contractibus gratia vtriuſque celebratis, vt in locato, & pignore, cum enim ſolum teneatur recipiens de dolo, culpa lata, & leui leg. in iuditio C. locati dicta leg. contractus l. ſi vt certo §. nunc videndum ff. commodati, etiam ſi culpa leuiſsima præſumatur incendium fuiſſe exortum, non tenebitur conductor, aut creditor. Cæterum ſi gratia tantum recipientis contractus fieret, vt commodatum: quia in eo etiam leuiſsima culpa præſtatur capit. vnico de commodato d. §. nunc videndum, teneretur recipiens ad rei commodatæ æſtimationem, ex eo ſolum quod in eius domo incendium fuiſſe exortum probaretur, vt docent eleganter Alexand. dicto conſil. 50. num. 9. Iaſ. in leg. ſed ſi quis §. quæſitum num. 41. ff. ſi quis cautionibus Menoch. num. 7. Ioſephus, Ludouicus d. num. 13. & 19.

Poſſent tamen hanc iuris præſumptionem facilè euitare habitantes, ſi legitimè probarent ſe diligentiam adhibuiſſe ne incendium ſequeretur, quam diligentes quique patres familias adhibere ſolent, vt notant Soccinus in cap. ſi egreſſus num. 37. de iniurijs.

6 Quod ſi leui culpa domus ſuccendatur, (quæ autem ſit leuis culpa colligitur ex gloſ. & Bart. in dicta lege quod Nerua gloſ. verbo debet in dicto

§. præ-

Digitized by Google

§. præterea inſtit. quib. mod. re cont. obl.) tunc ſi conducta ſit, tenebitur conductor locatori ad æſtimationem: quia tenetur de leui culpa §. ſi. inſt. de locat. & cond. docent Bald. cõſ. 149. vol. 2. Crotus in §. cato nu. 74. Menoch. num. 12. Imo ad damni emendationem vicinis tenebitur l. qui occidit §. in hac ff. ad legem aquiliã eſtque a iudice puniendus criminaliter arbitrio ſuo, vt docent Menoch. & Ioſephus Ludouicus vbi ſupra. Si vero lata culpa incendium fuiſſe exortum probetur (eſt autem lata culpa facere, vel ommittere, id quod nullus hominum feciſſet vel ommiſiſſet l. latę culpæ ff. de verbor. ſignificat. gl. & Bart. in d. l. quod Nerua gl. verbo debet in d. §. præterea Soccin. vbi ſupra nu. 19.) tunc rei peremptæ incendio, æſtimatio ab eo præſtanda eſt, qui in ea culpa fuit: ſiue eam ex contractu habeat gratia dantis celebrato, ſiue gratia recipientis, ſiue vtriuſque, cum de dolo, vel lata culpa quilibet ex quolibet contractu teneatur d. l. contractus ff. de reg. iur. iuncta l. 1. ff. ſi menſ. falſ. mod. dix. tenebitur etiam ad reſarciendum damnum vicinis, vt conſtat ex d. l. qui occidit §. in hac, & ex his quæ traddunt Bald. in l. data opera num. 4. C. qui accuſare non poſſunt Menoch. d. caſu 390. num. 24. Plotus in l. ſi quando nu. 731. C. vnde vi. Imo criminaliter eſt puniendus l. ſi fortuito ff. de incen. ruin. naufr. & hanc criminalem pęnam arbitrariam iudicis eſſe attenta qualitate perſonæ, culpę, & incendij magnitudine. contra nonnullos verius exiſtimo arg. leg. in lege iuncta l. 1. in princ. ad leg. cornel. de ſic. §. ſuſpectus inſtit. de ſuſpectis tutoribus docent Bald. & Plotus vbi ſupra Salicetus in d. l. data opera Afflict. in d. rub. 26. num. 11. Menoch. dict. caſu 390. nu. 24.

7 Denique ſi dolo malo, & data opera incendium exoriatur, propriè delictum eſt, quod iure cinili punitur vltra damni æſtimationem, capitali pœna l. 1. l. qui dolo ff. de ſicar. d. l. data opera C. qui accuſare non poſſunt l. qui ædes l. ſi. ff. de incẽdio l. capitalium §. incendiarij ff. de pœnis docent Bald. & Salic. d. l. data opera Bar. in l. 1. & ſequentibus ff. de officio præfecti vigilum Angelus de maleficijs verſ. incendiarie Boſius in praxi tit. de incendiarijs in princ. Cæterum quia prædicta iura circa modum imponendæ prædictæ pœnæ videntur variare; relicta Bald. & Salic. diſtint. vbi ſupra obſeruandum eſt, quod ſi incendium in vrbe fiat pœna viget legis Cor. quæ fuit ſimpliciter capitalis, de qua loquitur d. l. qui dolo d. l. data opera d. §. incendiarij.

8 Pontificio autem iure incendiarij ad ſatiſfactionem tenentur damnorum, & tribus annis pœnitere debent c. ſi quis domum de iniurijs. hæc autem pœna, quia fori pœnitentialis eſt, & hodie pœnitentia pro quocunque crimine eſt ſacerdoti arbitraria cap. menſuram de pœnitentia diſt. 1. in vſu tantum eſt, quoad damni ſatiſfactionem. Incurrunt præterea excommunicationem cap. tua nos de ſententia excommunicationis, & hoc ita vt ſi eccleſias, vel loca ſacra incenderint eam ipſo iure incurrant d. cap. tua nos; ſi vero alio, loco denũtiatio neceſſaria ſit c. peſſimam 23. q. 8. ita gl. fin. in d. cap. tua nos vbi Felinus & Abb. Menoch. vbi ſupra num. 39. a qua excommunicatione poſt denuntiationem a ſolo Pontifice abſolui poſſe, docent Silueſter in ſumma verbo excommunicatio 7. Platea in tract. de excommunicatione §. 29. num. 5. Florentinus eodem tract. §. 11. Contra clericos autem hoc iure certa pœna inducta non eſt, vt teſtatur Bernardus Diaz in pract. c. 105. ideoque iudici eſſe arbitrariam ipſe fatetur. Ego autem ex recepta Abb. ſententia in cap. tuæ de pœnis exiſtimo deponendos eſſe ab ordine, & beneficio, & in monaſterium detrudendos ex doct. Rebuff. in pract. tit. de modis ammittendi beneficia nu. 60.

9 Regio vero iure Hiſpano vltra damni ſatiſfactionem incendiarij comburendi ſunt ex l. 11. tit. 5. lib. 4. fori, quæ pæna in nobilibus temperata eſt, & in exilium perpetuum immutata l. 9. tit. 10. part. 7. Hodie vero etiam contra nobiles & prælatos mortis pœna impoſita eſt in l. 6. tit. 12. lib. 8. recop. & ſi hominis necandi cauſa incendium fiat, etiam ſi mors non ſequatur, dimidia bonorum pars confiſcãda eſt l. 36. tit. 19. lib. 8. ordin. l. 8. titul. 26. lib. 8. recop. & tandem immunitate eccleſiæ non gaudent l. fin. tit. 5. lib. 1. fori l. 3. tit. 2. lib. 1. recop.

Quid autem dicẽdum ſit de iure huius regni? traddit Foller. in fragm. nu. 200. ex conſtit. *ſuper incẽſionibus*, & conſtit. *qui doloſè*, & ex cap. Caroli Regis, quibus cauetur, incendiarios domorum in Ciuitate capite plectendos. quæ pœna

ad

ad incendiarios in rure extendi conſtat ex d.Conſtit. ſuper incendiariis ibi, *ſuper incendiarijs arborum, & combuſtionibus domorum*, & ibi *prædicti autem Clandeſtini, & nocturni malefactores ſi in ipſo facinore deprehenſi: vel aliter legitimè conuicti fuerint, capite puniantur.* dummodo clam, & noctis tempore incendiũ commiſerint, vt conſtat ex dictis verbis iunctis his quæ late traddit Afflict. in explicatione dictę Conſt. ſuper incendiarijs & Iſernia ibi, & in d. conſtit. qui doloſe, & Gram. d. deciſ. 3 ex quorum dictis colligitur ius commune obſeruari circa reſartionem damni ex incendio contingentis, iuxta ea quæ ſupra diximus num. 4. cum tribus ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Notarij, & Actuarij, quare creati fuerint? & quibus nominibus antiquitus appellarentur?*

2 *Licet Tabellionis officium de iure ciuili eſſet vile; hodie tamen vile non eſt.*

3 *Cum ad indubitatam probationem inuentum fuerit tabellionis officium eius inſtrumento omnimodo fides adhibenda erit, ſi teſtes fuerint adhibiti.*

4 *Qui tabellio non eſt, vel eſt, ſed non creatus ſeruata legis forma, ſi confeciet inſtrumentum, vt falſarius eſt puniendus.*

5 *Notarij falſum inſtrumentum conficientes, quomodo puniantur de iure ciuili.*

6 *Notarios Apoſtolicos falſum committentes poteſt Epiſcopus de iure canonico ſuis officijs priuare.*

7 *Iure Regio Hiſp. & Neapol. quomodo puniantur falſum committentes?*

Tabelliones quando dicantur falſitatem committere? & quomodò pro ea puniantur?

QVÆSTIO. XXI.

1 VT eſſet rerũ geſtarum probatio, certáq; fidẽ ſine dubio faceret, creari cœperunt Tabelliones, quos vulgo Notarij Italiæ, Hiſpaniæ vero ſcriuanos appellamus, qui partium conuẽtiones, & acta iuditiorum inſcriptis redigerent, vt colligitur ex auth. de tabellionibus col. 4. & licet varijs nominibus antiquitus appellarentur, vt conſtat ex l. pręcipimus l. in offerendis C. de appellationibus, & rub. & tit. C. de tabularijs lib. 10. l. ſi librarios ff. de reg. iur. l. ſcrinarios C. de teſtamento militis; initio tamen huius inſtituti officij ſerui publici appellabantur, vt conſtat ex l. non enim ff. de adoptionibus l. 2. Cod. eodem. non quod Reipub. ſeruiant, & omnibus poſſint ſtipulari contra legem ſtipulatio iſta §. alteri ff. de verborum obligat. Sed quia quæcumque ciuitas ſeruos proprios ipſius ciuitatis huic muneri ſolebat adhibere, quod poſtmodum Arcadij lege vetitum fuit in l. generali C. de tabularijs lib. 10. Vnde qui poſt eam conſtitutionem de iure ciuili ſcripſerunt, non ſeruos, ſed perſonas publicas ipſos vocare cœperunt §. cum autem inſtit. de adoptionibus, & ita notat Duarenus in rub. de ſeruitutibus.

2 Quo fit, vt licet tabellionis officium de iure ciuili eſſet vile: quia ſeruus publicus erat, ex gloſ. Bart. & Platea in l. vniuerſos C. de decurionibus lib. 10. Rubeo in repetitione cap. per veſtras not. 3. §. 10. num. 7. (non obſtantibus l. 1. C. de mandatis principum l. laudabile C. de Aduocatis diuerſorum iudicum, quia intelligendæ ſunt de notarijs Principum) tamen hodie apud nos prædictum Tabellionis officium vile non eſt l. 3. tit. 8. lib. 1.

fori

fori ibi è *bonrrado* vbi doctiſſimus Mõtaluus & Gregorius hoc limitant in Tabellionibus Regijs, quos ſequitur Paz. in praxi 1. tom. annotatione vltima nu. 2.

3 Secundo ex prædictis deducitur, quod cum ad indubitatam probationem inuentum fuerit tabellionis officium, eius Inſtrumento omnimodo fides adhibenda erit: non ſecus ac ſi teſtibus probaretur l. in exercendis C. de fide inſtrumentorum. adeo, vt non aliter inſtrumenti fides tollatur, quam ſi duo teſtes in eo contenti contrarium teſtificentur, vel quatuor extranei ex cap. tam litteris de teſtibus gl. in c. cum Ioannes de fide inſtrumentorum.

4 Tertio ex ſupradictis colligitur eum qui tabellio non eſt, vel eſt, ſed non creatus præcedente legis forma, ſi conficiat inſtrumentum, vt falſarium eſſe puniendũ ex l. 2. tit. 25. lib. 4. recop.

Vltimo ex prædictis omnibus deducitur grauiſſimè delinquere notarios, qui falſum aliquid atteſtantur veritate mutata, iuxta l. quid ſit falſum ff. de ſicar. Inter alios autem plures caſus, in quibus à Notario committitur falſum, quos recenſet Boſius in practica titul. de falſis num. 15. & ſequentibus Clar. in §. falſum omittendus non eſt ſi ſignum, quod in titulo Regio tabellionatus appoſuit, in aliquo inſtrumento mutauerit, vt docet Bal. in proemio Cod. nu. 4. ſed quamuis in hoc, & alijs caſibus habeatur notarius pro falſario; non tamen puniendus eſt pœna ordinaria falſi: niſi vere falſarius ſit. docet gl. in l. 1. C. de receptatoribus Bal. in capit. nonnulli §. ſunt & alij de reſcriptis.

5 Puniuntur autem notarij falſum inſtrumentum conficientes iure ciuili perpetua infamia leg. Lutius ff. de his qui notantur infamia, & ammiſſione officij, ita quod ad ipſum nunquam de cætero reuertantur notar gl. per tex. ibi in l. ſi aliquid C. de ſuſceptoribus lib. 10. gloſ. & Bart. in l. ſi quis §. 1. ff. de edendo. tex. cum gl. in auth. de armis in fin. verbo ſollicitudine col. 6. & licet damnatus de falſo non poſſit amplius inſtrumenta conficere: quia officio priuatur, vt mox diximus; tamen poterit ea inſtrumenta perficere, de quibus antea fuerat rogatus, vt docet in terminis Oroſius in l. barbarius num. 20. ff. de officio prætoris, & in l. ſi quis §. cogentur n. 4. ff. de edendo. Prætera puniuntur, pœna falſi; quæ deportatio eſt, & bonorum publicatio l. 1. §. fi. ff. de falſis l. vbi Cod. eodem notant Clar. in §. falſum num. 22. & Menoch. caſu 306. in princ. Niſi falsũ inſtrumentum immunitatis conficiant: tunc enim igne conburendos eſſe imperatores decreuerunt in l. 1. C. de immunit. nem. conced. lib. 10. & tradduni Cuarr. in pract. cap. 19. & Petrus Gregor. libro 36. c. 7. nu. 2.

6 Pontificio vero iure Notarij Apoſtolici eiſdem pœnis ſubiacebunt, ſi falſum inſtrumentum conficiant arg. cap. 1. & 2. de noui oper. nunt. & Epiſcopos poſſe proprios notarios ſuis officijs propter falſitatem priuare. clare deducitur, ex Bal. conſ. 310. vol. 1. Bernardo Diaz. in pract. c. 58. nu. 5. vbi Salcedo lit. F.

7 Iure autem Regio Hiſpano ſi notarius falſitatem committat circa quantitatem centum quadrantium bonæ, & antiquæ monetę, ibi amputatur manus; ſi vero circa maiorem ſummam delinquit, mortis pœnam incurrit l. 1. tit. 12. lib. 4. fori. Sed quia ex legibus fori, vel ſtilli non aliter iudicare licet, quam probatum ſit eas leges in eo caſu obſeruari de conſuetudine, vt teſtantur Gregorius gloſ. fin. leg. 3. tit. 3. part. 5. & Gómez in l. 1. tauri Paz. in prax. 1. tomo annotatione 5. num. 30. in dubio erit recurrendum ad aliam pęnam alijs legibus expreſſam, quibus in diſtincte pęna amputationis manus imponitur cum infamia, & ammiſſione officij l. fin. tit. 19. part. 3. l. 6. titul. 7. par. 7. manus autem amputanda erit dextera, cum qua deliquit ex l. fi. tit. 19. p. 3.

Quid autem dicendum ſit in materia huius quęſtionis de iure huius Regni tradit Foller. in ſua practica verbo, quod *fuit leno* numer. 70. & colligitur ex conſtitutione iudices ſub titul. de apparitoribus, in qua vltimi ſupplicij pœna imponitur notario falſum inſtrumentum fabricanti, & ita fuit deciſum in Sacro Cõſilio, vt teſtatur Capyc. in deciſio. 153. & Gramm. dec. 27.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Quemadmodum limina introitus, exituſq; domibus præſtant, ita & ſimiliter limites agris introitus exituſque præbent.*
2 *Qui limites, ſeù terminos occultant, vel tollunt, grauiter delinquunt.*
3 *Diuerſum eſt mouere terminos, vt lapides furetur, & mouere, vt prætendat quis limites.*
4 *Iure Pontificio an ſit aliqua ſtatuta pœna contra mouentes terminos?*
5 *Mouentes terminos quomodo puniãtur de iure Regio Hiſp. & Neap.*

Limites ſeù terminos mouentes, in quam incurrant pœnam?

QVÆSTIO XXII.

1 Quemadmodum limina introitus exituſq; domib. præſtant, ita, & ſimiliter limites agris introitus, exituſq; præbent, cum enim magna inter vicinos iurgia, & lites ex limitibus, & occupatione proximorum agrorum orirẽtur ex Virgilio lib. 2. æneidos ibi.

Limes erat poſitus, litẽ, vt diſcerneret agris.

Et ex c. forus de verborum ſignificatione ibi, *lis autem à contentione limitis prius nomen ſumpſit.* fines concludendos certaq; quadam nota diſtinguendos eſſe oportuit, & ne qui alterius eſſent agri, vſurparentur, inſignia quædam apponi, quorũ memoria poſteros etiam doceret, vt traddit Petr. Greg. lib. 39. c. 13. n. 4. Vnde Numa Pompilius Romanorũ Rex, ſtatuit vt vnuſquiſque fines ſuos circumſcriberet, & finibus apponere lapides, quos ſacrauit Ioui: & ideo fines ipſos terminos vocauit, vt author eſt Dioniſius lib. 1. antiquitatũ, quod etiam l. Manilia, ſeù Mamilia cautum fuit, vt refert Dom. Meus Antonius Auguſtinus lib. ſingulari de legibus C. de Manilia pag. 103. quæ circumſcribendi agros conſuetudo huc vſq; durauit, licet termini varij ſint: alij enim ſunt itinera, alij viæ, alij foſſę, alij riui, alij vero lapides, quod apud Romanos obtinuiſſe teſtatur Ouidius lib. 2. Fauſtorum ibi.

Terminꝰ ſiue lapis, ſiue eſt defoſſus in agro Stipes, ab antiquis tu quoquè nomen habes.

2 Vnde qui eos limites ſeù terminos occultat, vel tollit, grauiter delinquit Deutero c. 19. & 27. Prouerb. c. 22. cap. tanta 86. diſtinc. c. in legibus 12. quæſt. 2. ideoquè acriter puniendum docet Plato lib. 8. de legibus Boſſ. in pract. tit. de termino moto. Petr. Greg. d. c. 13. Clar. q. 83. nu. 10.

Vnde Romulus primus omnium ſtatuit, vt qui vicini terminos occupaſſet, totum agrum vſurpantis in mulctæ locum acciperet, vt refert Plutarcus problemate 14. quam pęnam probauit Conſtant. in l. 4. C. finium regundorum. Numa vero Pompilius mouentem limites ſacrum Deo eſſe Sanciuit his verbis, *qui terminum exoraſſet, ipſius, & boues ſacri ſūt,* vt notat ex Dioniſio vbi ſupra Auguſtinus de legibus in leg. Regis ſub Numa Pompilio l. 5. Deinde Caius Cæſar pœnã pecuniariam nempe quinquaginta aureorum pro ſingulo termino moto indixit, vt conſtat ex Cicerone in oratione pro lege agraria, & ex l. lex agraria ff. de termino moto. Nerua 13. Imperator poſtea sãciuit in ſeruos terminos mouentes capitale ſupplicium; in liberos vero pęnam pro qualitate perſonæ d. l. lex agraria §. alia quoque. Poſtremo Adrianus 15. Imperator contra terminorum motores pœnam corporalem indixit in l. 2. ff. de termino moto. quam probauit Alex. Seuerus 24. Imperator in l. 1. C. de accuſationibus ipſam arbitrio iudicis remittendo.

3 Ex quibus conſtat terminorum motores diuerſimodè pro varietate tẽporum, & conſtitutionem puniri, adhibendam tamẽ eſſe diſtinctionem, aut enim quis mouet terminos, non vt prætendat limites; ſed vt lapides ipſos furetur, & tunc pœna furti imponetur; non vero motionis terminorum. cum delicta ex animo, & propoſito delinquentis diſtinguantur l. qui iniuriæ ff. de furtis. docent Salicetus in d. l. 1. C. de accuſatoribus Abb. & Decius in cap. ex litteris in fine de probat. niſi lapides quos furatur, terminales eſſe ſciat: tunc enim, vt fur, & vt motor punie-

Digitized by Google

nietur, ſi uero ignoranter verberibus cęditur l. 2. ff. de termino moto. Aut quis eo animo terminos mouet, vt ſui agri fines extendat, & tunc Iudicis arbitrio pro perſonæ qualitate punietur ex d. leg. 2. Quod ſi eo animo faciat, vt non ſuos, ſed vicini agros in damnum alterius extendat: quia vicino ſuo negotium facit, in opus publicum per biennium datur d. l. 2. verſ. ſi vero. Aut ideo mouet terminos non vt fines ſuos extendat, ſed vt litem definibus inter eos pendentem, in ſui fauorem faciat diffiniri, atque ita agi vt obſcurentur limites: & tunc pœna arbitraria pro conditione perſonæ, & factorum violentia imponitur, vt in d. l. fin. & docent Abbas in d. cap. ex litteris num. 30. & Plotus in l. ſi quando num. 726. C. vnde vi. Sed ego exiſtimo Romuli legem hoc caſu durare, cum Conſtantini conſtitutione probata ſit in l. 4. C. finium regundorum.

4 Pontificio autem iure de hoc crimine agitur in dict. cap. ex literis de probatio. nulla tamen certa pœna expreſſa eſt, & ideo teſtatur Abb. ibi num. 13. contra clericos mouentes terminos pœnam iudici arbitra: iam locum habere ex l. 1. & 2. ff. de effractoribus, ſequuntur ibi Detius in fi. & Bal. in d. l. 1. C. de accuſat.

5 Regio vero iure Hiſpano qui terminos mouet, vt alienum occupet, incurret mulctam 50. ſolidorum aurei fiſco applicandam, & amittit ius, ſi quod habeat in eo fundo, quod ſi nullum ius habeat tenetur reddere occupatum, & tantundē de ſuo l. 30. tit. 14. part. 7. Quod ſi alia de cauſa limites moueat, recurrendum eſt ad iudicis arbitrium. Lege vero fori, ſi ſcienter moueat terminos: tenetur itidem eoſdem ſuo loco reponere, & occupatum reſtituere, & tantundem de ſuo ſimul, cū multa pecuniaria applicanda domino fundi. Quod ſi arando, vel ignorantiæ cauſa moueat, nullam meretur pœnam. Sed tātum tenetur ſuis expenſis terminos reponere l. 6. tit. 4. lib. 4. fori l. 104. del ſtillo. Nouiſſimo denique iure non gaudet immunitate eccleſiæ l. 3. tit. 2. lib. 1. recop.

SVMMARIVM.

1 Ludere animi relaxandi à rebus ſerijs cauſa nullum crimen eſt.

2 Quia rado ludentes modum non excedūt, ludus indiſtinte crimen appellatur, & prohibetur.

3 Quamuis propriè alearum appellatione ſolum comprehendantur ludi a fortuna pendentes: tamen ſub alearum ludi prohibitione omnes ludi continentur.

4 Iure ciuili quomodo puniantur ludentes?

5 Receptatores ludentium an aliqua pœna teneantur?

6 Iure Pontificio clericus publicus aleator beneficium obtinere non poteſt, & ſi de facto ei conferatur, collatio erit nulla.

7 Iure Regio Hiſpano, & Neap. quomodo puniantur aleatores?

Chartarum ludus an comprehendatur ſub alearum luſſu, & qua pęna puniatur?

QVÆSTIO. XXIII.

1 SI ludo vtamur, vt relaxetur animus a rebus ſerijs defeſſus, nullum crimen committimus. ludo enim, & ioco vti licet, vt inquit Cic. lib. 1. officiorum, vt ſomno, & cęteris quietibus, ita ſi grauibus cęteriſque rebus ſatisfecerimus. idque comprobat Petr. Greg. lib. 39. cap. 2. vnde licet ex Soti doctrina lib. 4. de iuſt. & iure quæſt. 5. art. 2. Sacerdotibus vix citra mortale peccatum vti liceat ludis vetitis ac præſertim religioſis, & præſulibus; tamen etiam ſine veniali culpa his permittitur ludere, ſi ad animum recreandum, & abſque alicuius legis violatione ludant, vt docet Nauarr. in Manuali cap. 19. numero 13.

2 Sed quia rado ludentes modum non excedunt, ludus in diſtinte crimen appellatur in proemio digeſtorum in §. fin. vbi Cag numer. 2. tot enim ludus vitia pro-

Digitized by Google

ducit, quot ſuot in taxilis puncta, vt doceot Hoſtienſ. in ſumma titul. de exceſſibus prælatorum §. clericus Floren. io 1. p. ſummæ titul. 1. cap. 23. §. 6. col. 1. & 2. Petr. Gregor. d. lib. 39 cap. 3. num. 10. Puteus in tract. de ludo, & Viuius lib. 2. comm. opin. opin. 164. & ideo indiſtincte etiam ludus prohibetur, l. alearum vſus C. de aleatoribus & alearum luſu.

3 Et quamuis propriè alearum appellatione ſolum comprehendaotur ludi a fortuna pendentes, vt taxilorum, & ſimiles, alea enim incertum ſigoificat, vt in leg. nec emptio ff. de contrahenda emptione: tamen ſub illa prohibitiooe omnes ludi continentur, etiam ſi à caſu ancipiti, & induſtria ſimul peodant, vt chartarum, tabularum, & ſimiles, vt docet Clar. in §. ludus num. 2. exceptis tamen his, qui græce ab Imperatore receoſentur in d. l. alearum vſus C. de aleatoribus & alearum luſu, quos explicat Alciat. lib. 1. prætermiſſorum col. 2. & generaliter omnibus, qui ab induſtria, & ingenio hominis pendent, vt ſchacchorum, in quo oeminem diſſentire refert Clar. vbi ſupra. eumque clericis eſſe permiſſum docet gl. in authen. de ſanctiſſimis Epiſcopis §. interdicimus, & gl. in ath. interdicimus Cod. de Epiſcopis & clericis vbi Odofred. & Albericus Abb. in cap. clerici oum. 4. de vita & honeſtate clericorum Salced. in addit. ad Diaz c. 70. lit. A.

4 Puniuntur autem ludentes, & ludo cauſam dantes iure ciuili varijs modis. Primo enim mutuaos pecuniam ad ludendum, eam deinde repetere non poteſt d. l. alearum vſus. l. 2. ff. quarum rerum actio non detur, quod iotelligendum eſt, quando is, qui dedit mutuum, ſimul ludebat gloſ. in l. quod ſi minor §. penultim. ff. de minoribus gloſ. in l. ſi quis cum ſciret ff. pro emptore, & ibi Bart. & Gram. deciſ. 40. num. 30. Viuius d. lib. 2. opin. 165. vel quaodo ludum, & ludentes io domo ſuo receptabat. Secundum Imol. & Abb. in d. cap. clerici, & Caccialupum in tractat. de ludo quæſt. 8. num. 33. ſecus autẽ eſſet ſi mutuum fieret a tertio, vel extraneo noo ludente: tunc eoim ei dabitur actio ad repetendum, ſecundum gloſ. in l. fi. ff. de aleatoribus, & doctrinam omnium vbi ſupra, & conſtat in tractatu de ludo artic. 6. priocipali num. 1. Secundo puniuntur oam compelli poſſent lucrum reſtituere d. l. alearum vſus, gloſa verbo aleas in d. cap. clerici, vbi canoniſtæ. Quod intelligendum eſt, ſi a parte petatur, nam acquiſita in ludo etiam illicito, non ſunt reſtituenda io foro conciẽtiæ, vt ex multis probat Couar. in regul. peccatum 2. par. §. 4. & Menoch. de arbitrar. caſu 399. num. 8. Et tandem licet alia pœna legibus expreſſa non ſit, puniendos eſſe arbitrio iudicis teſtatur Caccialupus, numer. 60. Clarus 6. & Menoch. 7. vbi ſupra.

5 Receptatores autem ludeotium, hoc eſt qui domum, & aleas paratas ſemper habent (nam ſi ſemel, & incidenter id eueniſſet, non dicerentur receptatores, vt docent Puteus vbi ſupra num. 26. & Menoch. num. 18.) nulla pœna certa teoentur: cum neque ludentes ipſi teneantur, vt proximè diximus ex d. l. alearum vſus, eſt tamen hoc iure ſtatutum, vt ſi quis eis iniuria irrogetur, aut furtum eis fiat, actio deoegetur l. 1. ff. de aleatoribus Petrus Greg. d. c. 3. num. 4. Menoch. caſu 399. num. 29. & caſu 40. nu. 16. Quod ſi ipſi ludo ad mixtum ſit aliud delictum, puta falſitas taxillorum, aut chartarum; tũc ex opinione magis recepta pro qualitate perſonæ punitur pœna iudici arbitraria, vt notant Bald. in rub. nu. 2. C. de conditione ob turpem cauſam Puteus vbi ſupra num. 4. ſiue falſitas ſit clara, ſiue lateos, dũ modo probetur ex Menoch. contra antiquiores d. caſu 399. oum. 11. Eademque pœna imponenda erit ei, qui per vim, vel blanditijs, aut ſuaſionibus alium compulſit ad ludendum d. l. 1. §. fin. ff. de aleatoribus.

6 Pontificio autem iure clericus publicus aleator beneficium obtinere non poteſt, & ſi ei conferatur de facto, collatio erit nulla. notant doct. in cap. inter dilectos de exceſſibus prælatorum Menoch. ſupra num. 3. Diaz in pract. cap. 70. nu. 20. Petr. Greg. d. c. 3. num. 14. Et ſi admonitus non deſiſtat a ludo, deponendus eſt ex c. Epiſcopus 35. diſtint. vbi notant Præpoſitus, & Silueſter in ſumma verbo ludus verſ. 4. quæritur: & colligitur ex canone Apoſtolorum 42.

Denique ludentes cum falſitate taxillorum, vel Chartarum, uel alium ad ludum compellentes blanditijs, & ſuaſionibus, teoentur ad reſtitutionem pecuniæ in animæ iuditio, ut docet Couar. d. reg. peccatum 2. p. §. 4. nu. 7.

7 Regio autẽ iure Hiſpano ludus taxillorũ

adeo

Digitized by Google

adeo eſt improbatus, vt qui eos fecerit, vel vendiderit, in exilium extra regnum per biennium mittitur, & domus in qua fecerit, vel vendiderit, publicatur. Eademque pœna tenentur, qui ad eos luſerint, & vltra eam mulcta 2000. marapetinorum imponitur, & inuenti in ipſo ludo omnem pecuniam ibi habentes perdũt ex l. 7. tit. 7. lib. 8. recop. quæ pœna nouiſſima pragmatica extenſa eſt contra eos, qui ludunt *a los vuelsos*. qui vero chartis luſerint, ſi Carlenos duos non excedant, nulla tenentur pœna l. 11. tit. 7. lib. 8. recopil. ſi vero prœdictam ſummam excedant, tenentur reſtituere lucrum parti intra octuaginta dies petenti l. 2. titul. 7. lib. 8. recopil. Deinde pro prima vice damnãtur ad pœnam 600. marapetinorum, pro ſecunda 1200. pro tertia 1800. & ſi non habeant vnde ſoluant, pro prima vice carcerantur per decem dies, pro ſecunda per viginti, pro tertia per triginta ex l. 2. tit. 7. lib. 8. recop. & ita practicatur: non tamẽ amittunt pecunias, cum quibus fuerunt deprehenſi ex l. 11. d. tit. 7. recop receptatores autem neque iniuriarum agere poſſunt l. 6. tit. 14. par. 7. & puniuntur pęna 500. marapetinorum pro vnaquaque vice ex l. 4. titul. 10. lib. 8. ordin. & l. 3. & 5. tit. 7. lib. 8. recop. traddũt plura Auẽd. de exeq. mand. 2. p. cap. 19. Auiles in cap. prætorum cap. 29. verbo *juegos*, & verbo *ni tableros*. De iure autem huius Regni ludẽtes quotidie ad aleã ideſt dados, inter infames habentur, & a teſtimonio repelluntur, vt in conſt. mores diſſolute de his qui ludunt ad dados, & ibi Afflict.

Item ſub fide ludentes, ac dantes, & recipientes pecuniam, vltra quam, quod non poſſunt dictam pecuniam repetere, vt in prag. 1. de aleatoribus. puniuntur pœna corporali arbitraria, ſecundum qualitatem perſonæ, vt in Pragmatica 4. de aleatoribus. Prę terea domus alearũ & taxillorum ludi prohibentur ſub pęna triremiũ, per trienniũ ſi ſint ignobiles, ſi nobiles, vero exilij ꝑ triẽniũ, & cõbuſtionis, tabularum Scanearum, Chartarum, & aliorum inſtrumentorum ludo ſeruientium ante portam ipſius domus ad ſonum tubæ, vltra pænam quatuor vnciarum auri, vt in prag. 5. Si autem mulieres ſint ludum in domo publicè, & continuò tenentes, puniuntur pœna exilij per triennium, vltra pœnas proximè dictas, vt in prag. 10. qui autem ludi exerceri poſſint declaratur in prag. 9. eiuſdem tituli, & quomodo procedatur ad conuincendum ludentes tradditur in prag. 15. de aleatoribus ſub die 13. menſis Auguſti 1610.

SVMMARIVM.

1 *Qui falſis litteris etiam ignoranter vtitur, falſum committit.*
2 *Falſitas debet eſſe alteri nociua, vt falſi pœna locum habeat.*
3 *Falſarÿ quomodo puniantur de iure ciuili?*
4 *Pontificio iure clericus falſarius litterarum Impsratoris quomodo puniatur.*
5 *Clericus litteras Apoſtolicas falſificans, quam incurrat pœnam?*
6 *Falſificans litteras iudicum inferiorum quam incurrat pœnam?*
7 *Iure Regio Hiſpano falſificantes ſeu vtites falſitate quomodo puniantur?*
8 *De iure huius Regni quæ ſit impoſita pœna falſitatem fabricantibus? & litteris falſis vtentibus?*

Falſitatem Fabricantes, ſeù falſis litteris, & teſtibus vtentes, quam incurrant pœnam?

QVÆSTIO XXIV.

1 FAlſitatis crimen nouem committi modis traddit Sũmus Pontif. in cap. licet de crimine falſi vbi gloſ. 1. alios ſeptem refert, in quibus licet cõmittatur falsũ, non tamen contra falſarios pœna infra referenda locum habet vti ibidem recte annotauit Soccinus num. 5. in quibus explicandis non immorabor: quædam enim ignorare melius eſt, quam ſeire cap. quamuis 38. diſtinc. & ait Seneca ad Lucillum Epiſt. 76. *Monet ne, quæ de*

diſcenda forent, diſcamus. Inter alias autem falſitatis ſpecies, de quibus in d. c. licet, & Boſius agit in pract. tit. de ſalſis a nu. 1. grauior eſt quæ abijis committi ſolent, qui Pontificis, aut Regis, aut alterius iudicis litteras addendo aliquid, vel detrahendo, vel contra ſaciendo, vitiant. Nam licet, vt cõmitatur ſalſum, ſemper dolus exigatur l. 1. ff. ad l. corn. de falſis l. nec exemplum, Cod. eodem cap. homines 22. q 2. tamen ſi falſis literis, quis etiã ignoranter vtatur, falſum committit cap. ſuper literis de reſcriptis C. ad falſariorũ de crimine falſi l. maiorem C. de falſis.

2 Et licet falſitas debeat eſſe alteri nociua, vt falſi pœna locum habeat gl. magna in l. damus C. de falſis Alex. conſ. 70. volum. 1. tamen, & ſi raſum bullę nemini ſit nociuum, ſine dubio falſi pœna locum habet, vt docent Afflict. in conſt. Regni lib. 3. rub. 39. & vltra ordinarios Hoſtienſ. in ſumma tit. de crimine ſalſi numer. 2. & 8. Boer. in dec. 82. Afflict. dec. 21. Rebuff. in pract. ad bullam in Cęna Domini verſ. itẽ excommunicamus falſarios Clar. in § falſum nu. 31.

3 Puniuntur autem inre ciuili tale facinus committentes ſi liberi, & nobiles ſint, aquæ, & ignis interdictione, l. final. ff. de falſis &, poſtquam in eius locnm ſucceſſit deportatio l. 2 §. 1. ff. de pœnis, deportantur l. 1. §. fin. ff. de falſis §. item lex cornelia inſtit. de publicis iudicijs. Sed ſi humiliores ſint in metallum damnantur l. ſi quis aliquid §. qui viui ff. de pœnis. Si vero ſerui ſint, vltimo ſupplicio damnantur dict. §. final. quæ pœna etiam habet locum de iure ciuili in eos, qui cuiuſuis iudicis literas falſauerit, licet gloſ. verbo literas in capite ad falſariorum de crimine falſi contrarium velit.

4 Iure autem Pontificio clericus literas Regis, aut Imperatoris ſalſificans, poſt degradationem, charactere in facie notatus, mittitur in exilium cap. ad audientiam de crimine falſi, quam pœnam etiam in laicos alicubi practicari teſtãtur Boerius, & Petrus Gregorius vbi ſupra.

5 Si autem clericus literas Apoſtolicas falſauerit, præter excommunicationis ſententiam, quam ipſo iure incurrunt, ſunt priuati omnibus officijs, & beneficijs eccleſiaſticis, & licet ad actualem degradationem plura regulariter exigantur, de qnibus in cap. cum non ab homine de iudicijs; in hoc tamen caſu actualiter ſunt degradandi, & ſæculari poteſtati traddendi, vt pœnis afficiantur, quibus laici afficerentur. tex. ſingularis in in d. c. ad falſariorum, & in cap. nouimus de verborum ſignificatione, vnde quia iure ciuili huius criminis pœna deportatio eſt, vt diximus, vbicunque ius ciuile ſeruatur, poſt degradationem clerici ſũt deportandi. Si autem laicus ſit qui literas Apoſtolicas falſauerit, ſententiam excommunicationis ipſo iure incurrit, a qua niſi in mortis articulo, ſolus Sum. Pont. abſoluere poteſt d. cap. ad falſariorum, & apertius conſtat ex Bulla in Cœna Domini, quam referunt Rebuff. vbi ſupra fol. 397 Nauar. in manuali prope finem.

6 De falſarijs vero literarum aliorum iudicum inferiorum agunt Boer. deciſ. 82. Hoſt. vbi ſupra §. fin. Petr. Greg. ſupra num. 8. Soccin. in d. c. ad falſariorum nu. 11. & vltra omnes latiſſimè Farin. in tractat. de falſitate, & ſimulatione q. 150. nu. 73. & ſi literæ ſint Epiſcopi, vel Archiepiſcopi, vel aliorum iudicum inferiorũ, eſt pœna depoſitionis ab ordine, & beneficio, & detruſionls in monaſterium c. ſi Epiſcopus 50. diſt. quod ſi literæ ſint iudicis delegati, priuantur beneficijs, & iure quod habent in cauſa d. c. olim ſi autẽ ſint capituli, pœna eſt ſuſpenſionis c. tam ex litteris de teſt. quæ omnia intelligenda ſunt, niſi eſſent literæ meræ iuſtitiæ, vt citatoriæ, in hibitoriæ, & ſimiles: quia tunc non puniuntur, vt ſalſarij cap. accedens de crimine falſi, ſed arbitrio iudicis. vt reſoluit Soccin. d. nu. 11.

7 Hiſpano vero iure clericus falſificans litteras Regias, eadem pęna tenetur, qua iure canonico teneri diximus l. 2. tit. 12. lib. 4. fori, & ſi aliorum iudicum falſauerit litteras, omnia eius bona confiſcantur Eccleſiæ, & extra Regnum mittitur in exilium d. l. 2. Epiſcopi vero, & Archiepiſcopi ſigillum falſificans, dimidiam bonorum partem amittit l. 3. tit. 6. l. 22. titul. 19. lib. 8. ordin. l. 3. titul. 17. lib. 8. recop. ſi autem laici ſint, literas Regis aut Pontificis falſificantes, indiſtintè vltimo ſupplicio plectuntur. l. 6. titul. 7. part. 7. & hæc pœna in vſu frequentiſſima eſt.

8 De iure autem huius Regni falſificantes litteras Regias, aut ſigillum, capitali-

liter puniuntur, vt in Conſtit. qui literas, de falſarijs, nulla habita diſtinctione an literæ Regiæ contineant iuſtitiam, an gratiam, an fiat falſitas per Notarios, an per partem, an talis falſitas ſit alicui nociua, an non, an ille qui falſificauerit, vſus fuerit, an non, vt rectè notat Afflict. ibi. Et licet pœnam illam capitalem ipſe intelligat de deportatione, iam hodiè intelligenda eſt de pœna vltimi ſupplitij ex capitulo Regni de pœna infligenda falſarijs monetarum, quod incipit Carolus Dei gratia, & ita notat Afflict. in dicta Conſtitut. cui literas in fin.

Vtens autem falſo inſtrumento ignoranter, excuſatur a pœna falſi, vt in Conſtitutione qui falſo, de falſis Inſtrumentis vtentibus, quæ concordat cũ l. ſi falſo C. de falſis. Vnde qui ſcienter falſis literis vtatur, falſi pœna tenebitur, præcipuè ſi de falſitate ipſarum literarum ſuſpectus ſit eis vtens. arg. text. in d. l. maiorem C. ad legem Cor. de falſis, qua propter in Regia Aprutina audientia (me referẽte) fuit quidam per triennium ad triremes condemnatus, eo quod literis exequutorialibus falſis vſus fuerat, de quarum falſitate in eodem proceſſu erat inquiſitus. Sed quia in negatiua perſiſtit in tortura, non pro falſitate ipſarum literarum potuit condemnari. Licet ego exiſtimarem pœnæ extraordinariæ locum remanſiſſe non obſtante purgatione in tortura; cum plura, maximaq; & ferè concludentia aduerſus illum eſſent inditia, & falſitas inditijs, & argumentis probetur, vt notat Afflict. in dicta Conſtit. qui literas num. 4. vbi ſuſpictionem falſitatis pro veritate haberi, niſi ille qui ſuſpectus eſt de falſitate probet contrarium, docet ex pluribus, & in ſpetie Foller. in ſua practica verbo quod commiſit falſitatem num. 31. vbi plures ſuſpictiones, & inditia ſufficere ad condemnationem ait. Sed nihilominus non pro falſitate, ſed pro vſu illius, de quo erat conuictus, ad triremes fuit condemnatus ex doctrina Foller. num. 7. & 8.

Quod etiam procederet in eo, qui falſos teſtes in iudicio producat, & eis vtatur. ex pragmat. 1. de falſis, & ex Conſtitut. qui falſitatem de falſitate, cuiuslibet in teſtibus producendis, iunctis his quæ latè tradit Afflict. ibi, & Farinac. ſup. q. 150. num. 41. & 359.

SVMMARIVM.

1 *Homicidij crimen à primo fere homine originem trahens, cæteris omnibus grauius, & deteſtabilius eſt.*

2 *Homicidium eſt interfectio corporis humani violenter facta.*

3 *Qui fœtum in vtero per quadraginta dies ſi ſit maſculus, vel nonaginta ſi ſit fœmina, abortionis poculo, aut ictu interfecerit, homicidium committit.*

4 *Qui caput, brachium, aut membrum hominis mortui amputauerit, non eſt homicida.*

5 *Percutiens clericum ſententiam excommunicationis ipſo iure incurrit.*

6 *Qui cum telo ambulauerit animo alium occidendi, pœna homicidij tenetur, ſed non eſt irregularis: niſi ſequatur effectus.*

7 *Homicidium eſt triplex voluntarium, caſuale, & neceſſarium, & quale ſit homicidium voluntarium?*

8 *Homicidium caſuale eſt quod caſu præter intentionem agentis, vel committentis contingit.*

9 *Homicidium neceſſarium eſt quod quis ſe ſuaque defendendo committit.*

10 *Iure ciuili homicidæ priuantur hæreditate, & ſucceſſione occiſorum, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato eſſent ſucceſſuri.*

11 *Succeſſio, quam lex aufert ab occiſore, aufertur tanquam ab indigno, ac proinde non defertur venientibus ab inteſtato, ſed fiſco.*

12 *Ex quolibet delicto oritur duplex accuſatio, altera criminalis ad pœnam corporalem, altera ciuilis ad reſarcienda mala, & intereſſe parti.*

13 *Omni iure diuino, & humano in homicidas pœna mortis impoſita eſt.*

14 *Iure Pontificio ſeueriſſimè hoc crimen vindicatur, & laici nequeunt ad ſacros ordines promoueri.*

15 *In iure canonico quando de mortis pœna fit mentio, intelligitur de excommunicatione.*

16 *Clericus homicida poteſt beneficio renunciare in fauorem alicuius quouſquè per ſententiam priuetur.*

17 *Clericus homicida facit fructus ex ſuis beneficijs perceptos, ſuos, quouſque per ſententiam priuetur.*

18 Iure

18 *Iure Regio Hiſpano quomodo puniantur homicidæ?*

19 *De iure huius Regni, quæ ſit homicidij pœna?*

20 *Cum lata culpa præter voluntatem tamen, homicidium contingit, quomodo puniatur?*

21 *Quando homicidium fit culpa leui, vel leuiſſima, pœna extraordinaria punitur.*

22 *Quando homicidium propriè eſt caſuale ſine aliqua culpa, nulla pœna etiam extraordinaria tenetur homicida.*

23 *Homicidium caſuale committens, licet non puniatur pœna ordinaria, nec extraordinaria, incurrit tamen irregularitatem.*

24 *Epiſcopus an poſſit diſpenſare ſuper irregularitate cōmiſſa per homicidium caſuale?*

25 *Si homicidium voluntarium ſit occultum, & homicida probabiliter poteſt timere quod incidat in ſuſpicionem criminis niſi celebret, an poſſit ſine diſpenſatione licitè celebrare?*

26 *Qui actum efficit prohibitum ratione euitandi homicidium, aut membri abſciſſionem, dicitur rei illicitæ operam dare, & efficitur irregularis?*

27 *Homicidium neceſſarium ad vitæ defenſionem iure naturæ permiſſum eſt.*

28 *Qui modum excedens in propria vitæ defenſione, alium occiderit, pœna extraordinaria Iudicis arbitrio punitur.*

29 *Qui mortem aliter vitare non valens, alterum occiderit, immunis eſt ab irregularitate.*

30 *Sacerdos rem diuinam celebrans, ſi aggreſſorem occiderit, quia aliter mortem vitare non poterat, poteſt eam ſtatim perficere.*

Homicidium quid, & quotuplex ſit, & quomodo puniatur?

QVÆSTIO XXV.

1 HOmicidij crimē à primo fere homine originem trahens; primus enim Abel Paſtor occiſus fuit, Gen. cap. 4. ideoque crimen paſtorum appellatū in l. ſi quis homicidij iuncta gloſ. verbo non putaui C. de accuſationibus) grauius cæteris, & deteſtabilius eſt cap. ſi quod verius 33. quæſt. 2. cap. quæſitum de temporibus ordin. docent Diuus Thomas 2. 2. quæſt. 80. artic. 3. Mantua in tract. de connubio num. 73. & Bernardus Diaz in practic. c. 94. quia non habet in ſe rationem alicuius boni etiam delectabilis, vt notat Diuus Thomas d. 2. 2. quæſt. 122. artic. 6.

2 Eſt igitur homicidium interfectio corporis humani violenter facta cap. homicidium 23. quæſt. 5. cap. homicidium de pœnitentia diſtinct. 1. docent Hoſtienſ. in ſumma tituli de homicidio. Syluester verbo homicidium 1. Couar. in clem. Si furioſus 2. par. in initio num. 1. & Plaza de delictis cap. 9 num. 6.

3 Ex qua diffinitione primo deducitur eum, qui fœtum in vtero per quadraginta dies ſi ſit maſculus, & nonaginta ſi ſit fœmina (quo tempore dicitur animatus glo. in ſumma 5. diſtinct. Plinius lib. 6. naturalis hiſtoriæ cap. 6. & Plaza, vbi ſupra num. 6.) abortionis poculo, aut ictu interfecerit, homicidium committere l. ſed ſi quid §. qui abortionis l. Cicero ff. de pœnis cap. Moyſes 32. quæſt. 2. capit. ſicut el ſegundo de homicidio, & ita homicidij pœna ordinaria tenebitur, & irregularitatem incurret, vt in proximè citatis iuribus. Quod ſi nondum animatus ſit, extraordinaria pœna punietur l. Diuus ff. de extraordinarijs criminibus l. ſi mulierem ff. ad leg. Cornel. de Sicarijs l. penult. C. eodem, quæ iura ita intelligit gloſ. in d. l. Diuus, & in d. cap. ſicut, & eum ſequuntur Couar. in d. clem. ſi furioſus 2. p. §. 3. num. 1.

Digitized by Google

num. 1. Plaza num. 7. Boſius in pract. tit. de homicidio num. 5.

4 Secundo ex eadem diffinitione deducitur eum, qui caput, brachium, aut membrum hominis mortui amputauerit, quãuis haberet animum occidendi, ſi viuum inueniret, non eſſe homicidam, vt docuit eleganter Archid. in cap. periculosè de pœnitentia diſtinct. 1. & in cap. ſi. 15. q. 1. Hyppolitus in l. fi. nu. 37. ff. de quæſt. Couar. vbi ſupra 2. par. in initio num. 1. Plaza d. cap. 9. num. 9. Verum quia iniuria cadaueri irrogari poteſt, ex doctr. Bart. in l. 1. num. 3. ff. de his quibus, vt indignis Bal. in l. 1. num. 19. C. qui accuſare non poſſunt, & ex textu expreſſo in l. 1. §. & ſi forte, & §. quoties ff. de iniurijs, poterit iniuriarum actione conueniri ab hæredibus defuncti, vt docent Couar. & Plaza, vbi ſupra. pro quibus facit text. in d. §. & ſi forte, & in l. qui ſepulchra C. de ſepulchro violato, l. 1. §. aduerſus ff. eodem.

5 Vnde vtiliter ſub infertur percutientem clericum ſententiam excommunicationis incurrere: quia non tantum violentæ manus iniectio, ſed iniurioſa prohibetur cap. contingit el primo de sententia excommunicationis cap. ſi quis ſuadente diabolo 24. quæſt. 3. conſtat autem, vt diximus cadaueri iniuriam fieri, & ita docuerunt Felin. in cap. à nobis el ſegundo num. 4. de sententia excommunicationis; & facit text. in cap. qui cum de pœnitentijs, & remiſſionibus.

6 Poſtremo ex eadem diffinitione infertur eum, qui cum tello ambulauerit animo alium occidendi, pœna homicidij teneri, vt in l. 1. in principio, & in l. lege, ff. ad leg. Cornel. de ſicar. l. his qui cum telo C. eodem titul. c. quiſquis de pœnitentia diſtinct. 5. non tamen eſſe irregularem quantumcunque homicidium procurauerit, ſi effectus ſequutus non ſit docet gl. ſingularis in cap. periculoſa de pœnitentia diſtinct. 1. & in cap. ſi aliquis de homicidio recepta communiter ex pluribus relatis à Couar. vbi ſupra nu. 5. quinimo & illarum legum deciſio etiam quo ad pęnam corporalem per contrarium vſum abrogata eſt, vt docet eleganter Couar. num. 10. Menoch. caſu 360. num. 36. & 37. Ant. Gomez. 3. tomo variarum cap. 8. num. 30.

7 Diuiditur autem homicidium in tres ſpeties, voluntarium ſcilicet, caſuale, & neceſſarium gloſ. verbo conſilium in cap. ſicut §. fin. de homicidio ſequuntur Mantua & DD. in rubr. eodem titul. Petrus Gregor. lib. 36. ſinth. capit. 15. num. 7. Voluntarium homicidium eſt quod dolo committitur ab habente animum occidendi, vel voluntariè dante cauſam occiſioni d. l. 1. §. 1. d. l. lege l. Diuus ff de ſicar. l. cum autem verſic. capitale ff. de ædilitio edicto docent DD. in d. rubr. & Couar. d. 2. par. in initio num. 2. & Nauarr. in Manuali capit. 27. num. 240. Vnde conſtat non ſolum homicidium eſſe voluntarium ſi ad id explicitè occidens intendat, habens animum, & voluntatem occidendi; ſed etiam quando eius voluntas tendit ad eum actum, ex quo immediatè ſequitur homicidium: vt in eo, qui voluit ſolum in facie cicatricem ſignare, ex qua homicidium ſequutum fuit ex l. 1. §. 1. verſic. nam & ſi gladium ff. de ſicar. cap. fin. de homicidio lib. 6. & ſentit Diuus Thomas 1. 2. q. 20. art. 5.

8 Caſuale vero homicidium dicitur quod caſu præter intentionem agẽtis, vel committentis contingit; nam ſecundum Ariſtotelem 2. Phyſicorum caſus eſt cauſa agens præter intentionem agentis, de quo homicidio loquitur text. in d. l. 1. §. ſed ſi claui ff. de ſicar. l. ſi putator ff. ad l. Aquiliam Couar. d. 2. par. §. 4. Menchaca controuerſ. illuſ. cap. 19. Menoch. vbi ſupra caſu 324.

9 Neceſſarium poſtremo homicidium eſt quod quis ſe, ſuaque defendendo, committit, quod iure naturali licitum eſt admittere, l. vt vim de iuſt. & iure l. 1. §. cum arietes ff. ſi quad. paup. feciſſe dic. §. quod vero inſtitut. de iure naturali l. 1. §. vim vi l. 3. §. cum igitur ff. de vi, & vi armata cap. ſignificaſti de homicidio, quod quemadmodum intelligendum ſit? infra dicemus.

10 Puniuntur autem homicidæ voluntarij iure ciuili varijs, & grauiſſimis pęnis. Prima eſt, quod priuantur hæreditate, ſeù ſucceſſione occiſorum: ſiuè ex teſtamento, ſiuè ab inteſtato eſſent ſucceſſuri, l. ſororem C. de his quibus, vt indignis l. cum ratio §. præterea ff. de bonis damnatorum docent Bart. & reliqui in l. ſi ab hoſtibus §. 1. ff. ſoluto matrimonio Iaſ. num. 4. in d. l. ſororem, Romanus ſingulari 461. Ant. Gomez. 3. tomo variarum cap. 3. nu. 50. Quod adeo verum eſt, vt neq; hæredi occiſo poſſit hæres exiſtere homicida l. Lucius ff. de iure fiſci, imò neque nepos ex filio

Digitized by Google

lio occiſore auo poteſt ſuccedere, vt contra Bal. in l. ſi quis inceſti num. 4. C. de inceſtis nuptijs docent Boer. deciſ. 25. nu. 8. & Clar. in §. homicidium num. 22.

11 Eſt tamen aduertendum quod ea ſucceſſio, quam lex aufert ab occiſore, aufertur tanquam ab indigno; ac proinde non defertur venientibus ab inteſtato, ſed fiſco, vt in d. §. præterea, & docet gloſ. cõmuniter recepta in d. l. ſororem. Vnde licet certiſſimum ſit idem in maioratibus obſeruari, vt ſi ſucceſſor occidat anteceſſorem, ſucceſſione priuetur, vt ex Bald. conſil. vol. 4. docet Molina de Hiſpanorum 1. genijs cap. 2. num. 31. Controuerti tamen ſolet an ſaltim vſque ad mortem occiſoris pertineat ad fiſcum maioratus? ſed verius eſt ſtatim admitti in gradu ſequentem, excluſo fiſco. arg. capit. 1. verſic. item ſi fratrem, iuncto verſic. his omnibus quibus modis feudum ammittatur l. ſi ab hoſtibus §. fin. ff. ſoluto matrimonio, & ita defendit Pelaez de maioratibus q. 4. num. 13.

12 Secunda pœna eſt quod cum ex quolibet delicto oriatur duplex accuſatio, altera criminalis ad pœnam corporalem, altera ciuilis ad reſarcienda damna, & intereſſe parti, l. qui nomine 25. ff. ad leg. Cor. de falſis gloſ. communiter recepta in l. defuncto ff. de publicis iudicijs, quæ licet nõ poſſint æqualiter intentari in eodem libello, l. 1. C. quando ciuilis actio l. interdũ C. de publicis iudicijs; poterit tamen ſimul cum criminali incidenter ciuilis intentari, vt docet Clar. d. lib. 5. ſentent. §. fi. q. 2. nu. 2. & Paz. in praxi 1. tom. c. 3. n. 32. Et condemnabitur homicida ad ſoluẽdas mercedes medicis præſtitas, cæteraq; impendia, quæ in curatione facta ſint; item & operas, quibus caruit, & omne damnũ quod filijs, & vxori ſequutum eſt, l. ex hac leg. ff. ſi quad. paup. feciſſe dic. l. fi. ff. de his qui deiecerunt §. ob hominem inſtitutio. de obligat. quæ ex quaſi delicto, c. 1. de iniurijs, quæ iura licet loquantur in vulnerato; in occiſo quoq; intelligenda ſunt, vt ex gl. in d. l. ex hac lege docent Ant. Gomez. d. c. 3. nu. 36. Plaza de delictis cap. 6. nu. 31. Couar. lib. 2. var. c. 10. nu. 7. Rubeus in repetitione rub. de donat. §. 25. n. 5. hęc autem operarũ condemnatio facienda eſt à Iudice iuſta cõputatione, l. hæreditatum ff. ad leg. Falcid. & docet Abb. in d. cap. 1. Couar. & alij proximè citati. Hoſt. verò in ſumma tit. de iniurijs, quem ſequitur Nauar. in Manuali nu. 23. putauit iure id quinquaginta aureis æſtimatum eſſe, ex l. 1. §. 1. ff. de his qui deiecerunt, & ex §. ob hominem inſtitut. de obligat. quę ex quaſi delicto. Sed mihi verius videtur Iudicem arbitraturum ſecundum qualitatem occiſi, & interfectoris, & licet quando pœna capitis imponitur, ceſſet confiſcatio bonorum, authen. bona damnatorum, C. de bonis proſcriptorum; tamen hæc pecuniaria operarum cõdemnatio etiam ſi capite puniatur, fieri poteſt, vt ex Hyppolito ſingulari 575. docuerũt Couar. & Plaza vbi ſupra imò etiam ſi ij, quibus de iure competit necẽ defuncti vindicare, accepta pecunia iniuriam remiſiſſent, non prohiberentur has operas, & mercedes petere, vt ex pluribus docet Couar. d. nu. 7.

13 Denique quia omni iure in homicidas pœna mortis impoſita eſt, vt conſtat ex Geneſ. cap. 9. Leuitici 24. Matth. 29. c. duo iſta 23. quæſt. 4. cap. fi. 3. diſtinct. cap. 1. de homicidio; iure quoq; ciuili pœna capitis impoſita eſt cum hac diſtinctione, vt honeſtiores deportentur in inſulam; humiliores vero beſtijs ſubijciantur, l. 3. §. legis l. penult. ff. de ſicar. Nouiori autem iure ciuili hac diſtinctione exploſa mortis pęna imponitur ei, qui hominem occiderit l. 3. C. de Epiſcopali audientia l. 1. C. quãdo liceat vnicuiq; l. 3. C. de his qui ad Eccleſias confugiunt l. vnica C. de raptu virginum l. penul. C. de ſicar. §. item lex Cornelia inſtit. de publicis iudicijs, & ita in hoc ſolum eſt differentia quod plebei ſuſpenduntur; nobiles vero decapitantur, vt docuit gloſ. verbo torquentur in l. deſertorem ff. de re militari, & in huius pœnæ conſequentiam priuabantur homicidæ omnibus bonis: quia vbi deportationis, aut mortis pęna imponebatur, bona omnia publicabãtur, l. 1. ff. de bonis damnatorum auth. bona damnatorum C. de bonis proſcriptorum, docet Menchaca controuerſ. illuſ. cap. 96. num. 1.

14 Pontificio autem iure ſeueriſſime hoc crimen vindicatur. Laici enim efficiuntur irregulares, ita quod ad ſacros ordines promoueri non poſſunt, & de facto promoti, in eis miniſtrare non valent, c. ſi quis viduam 50. diſtinct. cap. lator de homicidio, de inde ante ianuam Eccleſiæ iacere debent c. ſi quis voluntariè 50. diſt. Præterea ſeptem, vel quinque annorum pœnitentia in pane, & aqua eis iniungenda eſt, docet Hoſtienſ. in ſumma tit. de

pœni-

Digitized by Google

pœnitentijs, & remiſſionibus num. 60. Denique excommunicantur cap. 1. de homicidio, quod ita intelligendum eſt: cum enim mortis pœna canonibus ſit incognita, cap. ſententiam ſanguinis cap. clericis ne clerici, vel monachi Abb. in c. ad audientiam de crimine falſi Bart. & Alex. in l. 2. ff. de publicis iudicijs.

15 Vbicumque de mortis pœna ſit mentio, intelligitur de excommunicatione, text. in cap. per venerabilem propè finem qui filij ſint legitimi, & ibi Abb. notabile vltimo, & in cap. 1. de furtis Soccin. ibi num. 7. Plaza de delictis cap. 11. num. 57. Clerici vero irregularitatem etiam incurrunt, cap. miror 50. diſt. ita vt nequeant ad maiores ordines promoueri, neque in iam ſuſceptis miniſtrare, vt conſtat ex diffinitione irregularitatis, quã tradunt Hoſtienſ. in c. 2. col. 1. de clerico excommunicato Soccin. in c. ad audientiam nu. 4. de homicidio Ledeſma in ſecundã quarti quæſt. 26. artic. 2. Nauar. in manuali c. 27. nu. 191. Deinde deponendi ſunt, c. præſbyter 81. diſtinct. cap. cum non ab homine, de iudicijs cap. inquiſitionis de accuſat. quæ depoſitio non ſolum eſt ab ordine; ſed etiam à beneficio: homicida enim priuatur beneficio. Erit tamen vtiliter aduertendum non priuari ipſo iure, ſed per ſententiam d. cap. præsbyter d. c. cum non ab homine cap. veritatis de dolo, & contumacia c. clericus, ne clerici, vel monachi cap. ex literis de exceſsibus prælatorum, docuit Selua de beneficio 3. p. q. 2. num. 34. Couar. in d. clem. ſi furioſus 2. p. §. 3. num. 6. Clar. in §. homicidium nu. 25. Plaza d. cap. 11. num 2. Bernardus Diaz in practica cap. 94. nu. 2. & eſt veriſsimum licet contrarium defendat Archid. in c. ſtudeat 50. diſtinct. & Barbatia in d. cap. cum non ab homine num. 13. quorum argumentis reſpondet Præpoſitus in d. cap. ſtudeat num. 7.

16 Ex qua doctrina deducitur primo poſſe clericum homicidam renuntiare beneficio in fauorem alicuius quouſq; per ſententiam priuetur, ex gloſ. verbo finita in cap. 2. lite pendente lib. 6. quem ſequuntur DD. ibi, & omnes ſupra relati Rebuf. de pacificis poſſeſſoribus num. 261. quod procedit etiam ſi alius in Curia Romana eius beneficium impetrauerit, vt docent Couar. & Salcedo, vbi ſupra Gomeſ. in regulas Cancellariæ, de annali poſſeſſione quæſt. 42. num. 3.

17 Secundo deducitur clericum homicidã dum per ſententiam nõ priuatur, interim fructus ex ſuis beneficijs perceptos, ſuos facere: quia ſi poteſt vſque ad ſententiam beneficium licitè retinere, poterit etiam fructus, ex doctrina Cardinalis in clem. Conſtitutionem §. cæterum in fine de electione gloſ. in authen. de inceſtis nuptijs §. 1. verbo imminere in fin. Felin. in cap. de quarta nu. 33. de præſcript. Boer. deciſ. 93. num. 4. Plaza d. c. 11. nu. 3. & 8. Neque obſtat text. in l. 1. C. de his quibus, vt indignis, & in extrauag. Cum deteſtabilem de ſimonia, vbi priuati hæreditate, vel beneficio, nõ faciunt fructus ſuos quibus iuribus moti Paulus de Caſtro, & Iaſ. vbi ſupra Ripa in l. fin. quæſt. 46. C. de reuocandis donationibus Hyppolitus ſingulari 525. Couar. num. 4. 2. par. cap. 6. §. 8. nu. 6. contrarium tenuerunt. Nam reſpondendum eſt quod d. lex 1. loquitur de hæreditate eius, qui necem teſtatoris non vindicauit, quem lex prohibet hæreditatem acquirere priuſquam necem vindicet, l. ſi ea quæſtio l. minoribus l. cum fratrem C. eodem tit. Conſtat autem eum qui aliquid acquirit prohibente lege, fructus ſuos non facere: quia neque titulum, nec bonam fidem habet. Nos autem loquimur de clerico titulum, & bonam fidem habente, quam ante ſententiam non admittit. Vnde ſi poſt homicidium acquireret, quia tũc lex iam reſiſtit, fructus ſuos non facere ex d. l. 1.

Secundo ad textum in d. extrauag. reſpondeo loqui in clerico ſimoniaco qui ipſo iure priuatur beneficijs, & ideo fructus à die commiſsi criminis ſibi non acquirit ex doct. gloſ. verbo imminere in d. authen. de inceſtis nuptijs §. 1. quam ſequuntur Bart. & Angelus ibi Bald. in l. non ſolum de in integrum reſtitutione Felin. in d. cap. de quarta num. 33. Couar. d. §. 8. num. 8.

18 Iure autem Regio Hiſpano varijs quoque pœnis homicidij crimen vindicatur: primo enim condemnandus eſt homicida in quingentis ſolidis l. 4. tit. 17. lib. 4. fori, quæ pœna appellatur apud nos calumnia de l. homicidio, & licet quingenti ſolidi æſtimarentur pro quatuorcentum marapetinis, vt conſtat ex l. 71. tit. 11. lib 4. ordin. tamen nouiori iure, & communi hiſpanorum ſtylo condemnatur in ſexcentũ marapetinis ex l. 1. tit. 13. lib. 4. recopilat. hodie enim hæc pœna etiam eſt in vſu

non ſolum, vbi agitur de crimine homicidij; ſed etiam de quocunq; crimine, ex quo pœna mortis imponenda ſit, vt conſtat ex d.l.1.recopilat. ſed practicatur contra contumaces, & fugitiuos: ſi enim capiantur, ceſſat pœna de homicidio, vt conſtat ex d.l.4.fori, & ex l.12.titul.13. lib.8.ordin. Eſt enim pœna contumaciæ, & ideo praxis eſt quod propoſito ſecundo ædicto, quoad iuditium vocantur abſentes, & accuſata ſecunda cõtumacia Iudex profert ſententiam, in qua cõdemnat abſentem pęna homicidij l.9.tit.2.lib.3.ordin. & quia verè ſententia eſt, præcedere debet aliqualis probatio, vt docent Auen. in cap. prætorum cap.18. num.5. Auiles, cap.15. Plaza de delictis cap.10. num.13. Et licet in contumacia damnatus, ſi compareat, & velit ſe excuſare, audiendus ſit; tamen hanc pœnam non recuperabit, etiã ſi innocens ſit l.15.tit.2.lib.3.ordin.d.l.9. tit.2.eodem lib.3.& eſt gloſ. verbo vincet in l.& poſt ædictum ff.de iudicijs. Præterea pœna mortis hoc iure impoſita eſt, & practicatur contra homicidas l.2. titul.8. par.2.l.1. & 2.titul.17.lib.4. fori l.3.tit. 13.lib.8. ordin.l.3. titul.23. lib. 8. recop. Qui vero occiderit ſagitta, vltra dictam pœnam amittit dimidiam partem bonorum, l.5.tit.13.lib.8.ordin.l.5. tit.23. lib. 8.recopil. Qui vero occiderit, vel percuſſerit ictu ſcoppittæ, omnia bona amittit diuidenda iuxta formam l. penult. & fin. tit.23.lib.8.recopilat.

19 De iure vero huius Regni homicidæ voluntarij indifferenter ad mortem naturalem condemnantur, iuxta conſtitutionem *terminum vitæ* de homicidijs puniendis, hac adhibita diſtinctione, vt nobilis decapitetur; ignobiles vero furca ſuſpendantur, qua etiam pœna punietur ille, qui de alto ſe præcipitans, aliud occiderit, vt in Conſtit. *qui de alto* ſub rubr. qui ramum de alto proijciens, vel ſe præcipitans, hominem occiderit. ſed hæc pęna iam hodie per conſtitutionem *pœnam*, de pœna hominum alium occidentium, immutata eſt, ita vt ille, qui ſe de alto pręcipitans, vel ex alto aliquid incautè proijciens, alium occiderit in loco habitabili, per annum carceratus exiſtat; ſi vero in agro id contingerit, præſtito iuramento ab ipſo quod tranſeuntem non viderit, abſoluendus eſt, quod ſi ex prædictis percuſſus minimè moriatur, omnes expenſas iuſtas, quas in ipſa infirmitate fecerit, incautè proijciens ei reddere tenetur.

Qui autem ictu ſcoppittæ, & archibuſij, ſeu baliſtæ alium occiderit, ſeù ad occidendum aliquem dictis inſtrumentis vſus fuerit, etiam ſi non ſit ſequutus effectus, nec ictus nocuerit; dumtamen ad nocendum emiſſus ſit, in pœnam mortis naturalis incidit ipſo facto, ſiue intra ciuitates, vel terras, ſiuè extra dictum delictum perpetrauerit, vt in prag. vnica de ictu ſcoppittæ. Quapropter in Regia Aprutina Audientia me referente (fuit quidam inquiſitus, & conuictus de homicidio, & ictu ſcoppittæ (licet non ſpecificè teſtes depoſuerint cõtra ipſum de ipſo ictu, ſed genericè quod audierint plures ictus ſcopettarum, & poſtea viderint ipſum inquiſitum, occiſum inſectantem, ipſumque ſupra caput gladio percutientem, ex quo poſtea mortuus fuit) condemnatus ad triremes in perpetuum; & ad pœnam mortis vtique condemnatus fuiſſet ex d. conſtit. terminum vitæ, & d. pragm. vnica de ictu ſcopittę, ſi vel conuictus fuiſſet ſpecificè de ipſo ictu, vel teſtes deponentes de viſu dictę percuſſionis cum gladio, non depoſuiſſent occiſum dicto inquiſito ipſum ſequitanti, ſe oppoſuiſſe cum ſcopitta, ipſam contra eum emittentem, ex quo videbatur potius ad ſui defenſionem ipſum occidiſſe. Sed quia vt ſupra dixi conſtitit ſe illum ſimul cum alijs duobus fratribus, ac patre, inſectaſſe dicentes *arriua arriua, & ammazzalo* præcedentibus quatuor, aut pluribus ſcopittæ ictibus, loco pœnæ mortis, ad triremes, vt dixi in perpetuum fuit condemnatus.

20 Si autem homicidium non voluntariũ, ſed caſuale ſit præter voluntatem, & intentionem agentis, prædictæ pœnæ locũ non habent l.1.§.diuus l. diuus ff. ad leg. Cornel. de ſicar. l. cum autem §. capitalẽ ff.de ædilitio edicto, vt in exemplo l.5.§.ſi magiſter l. idem iuris §. ſi mulierem l. qui foueas, & l. ſi putator. ff.ad leg. Aquiliam cap. lator cap. ad audientiam cap. dilectus cap. ex literis cap. ſignificaſti cap. exhibita de homicidio, & notant Ant. Gomez. vbi ſupra Couar. in d.clem. ſi furioſus 2.par.§. 4. & num.1. Clar. in d. §. homicidium num.2. Plaza ſupra cap.26. Petr. Gregor. lib.36.cap.20.

In hoc autem homicidio caſuali diſtinguendi ſunt aliqui caſus. Prior eſt cum lata culpa, præter voluntatem tamen homicidium contingit: tunc enim quia

dolo

dolo proxima eſt l. quod Nerua ff. depoſiti l. 1. ff. ſi mēſor falſum modum dixerit; licet pœna ordinaria non teneatur homicida, criminaliter tamen erit puniendus, puta ad triremes, aut deportationem: vt in eo qui verſus turbam hominum proijcit lapidem, & in exemplo d. l. 5. §. ſi magiſter, & ita docent Clar. ſupra num. 3. & quæſt. 84. & Boſ. tit. de defenſionibus reorum num. 68.

21 Secundus caſus eſt quando homicidiū ſit culpa leui, vel leuiſſima, vt in eo, qui cū ramum ex arbore deijceret, non proclamauit, & in exemplo d. l. qui foueas, & d. §. mulierem cap. continebatur cap. ad audientiam de homicidio: & tunc licet apud Hiſpanos pœna exilij impoſita ſit ex l. 5 tit. 23. l. b. 8. recopil. tamen pœna erit extraordinaria, & Iudici arbitraria, vt docent ſupra relati.

22 Tertius caſus eſt quando homicidium propriè eſt caſuale ſine aliqua culpa, vt in caſu cap. dilectus cap. ex literis 1. & 2. cap. ſignificaſti 1. cap. Ioannes de homicidio. Vel quando quis in loco ſolito, & conſueto currens, hominem interfecerit: & tunc veriſſimum eſt nulla pœna, etiam extraordinaria occidentem teneri, d. l. ſi putator docet Bart. in l. reſpiciendum §. delinquunt num. 4. ff. de pœnis gloſ. iuncto text. in cap. 2. de Conſtit. Boſ. d. tit. de homicidio num. 66. Petr. Greg. d. c. 20. nu. 2. quæ ſententia admittenda eſt etiam ſi homicidia operam daret rei illicitæ, dummodò neceſſariam adhibuerit diligentiā, ne homicidium ſequatur, vt pluribus exēplis docet Menchaca cōtrouer. illuſ. c. 19. num. 15. Couar. d. §. 4. num. 2. vbi diſertæ ſcribit reum eſſe illius actus illiciti; cui operam dabat; non vero homicidij ſequuti, quem ſequitur Soto lib. 5. de iuſt. & iure quæſt. 5. art. 9. contra Diuum Thomā 2. 2. quæſt. 64. art. 8. & Gaiet. ibi, & communem canoniſtarum, quibus non ſuffragatur textus in cap. dilectus cap. ex literis 2. cap. Ioannes capit. finali de homicidio, quia nihil directo probant, sed à cōtrario ſenſu, quod argumentum inefficax eſt, ſi abſonum aliquid reſultet, capit. à nobis el ſegundo de ſententia excommunicationis.

23 Quod autem diximus pœnas à iure impoſitas pro homicidio voluntario, ceſſare in caſuali, ita intelligi debet, vt non comprehendatur irregularitas: hæc enim perinde in homicidio caſuali contrahitur, ac in voluntario, cap. præsbyterum, cap. continebatur c. ad audientiam cum alijs de homicidio. in modo tamen diſpenſandi ſuper eam longè differunt: Si enim procedat ex homicidio voluntario, licet Papa poſſit diſpenſare, tàm vt promoueatur, quàm vt miniſtret in ſuſceptis, vt ex reg. c. propoſuit de conceſſione præbendæ docuerunt Abb. num. 12. & ibi communis in cap. ſicut de homicidio Felin. num. 3. Soccin. num. 390. in cap. ad audientiam eod. tit. Couar. in d. clem. ſi furioſus 2. par. §. 3. num. 3. Nauar. in manuali cap. 27. num. 239. tamen nunquam ſolet diſpenſare niſi cum religioſis, aut volentibus ingredi religionem, vt docent Couar. & alij ſupra quomodo intelligenda eſt doctrina gloſ. magnæ in d. cap. ſicut §. fin. quæ videbatur admittere facultatem diſpenſandi.

24 Epiſcopus vero hoc caſu diſpenſare non poteſt, non ſolum quo ad ordines ſacros, vt conſtat ex cap. continebatur de homicidio; verum neque ad minores, vt docent Innoc. & Abb. nu. 7. in c. 2. de clericis pugnantibus Felin. nu. 4. & Soccin. nu. 397. in d. c. ad audientiam Salcedo in additionibus ad Bernar. Diaz d. c. 94. nu. 6. Couar. d. §. 3. nu. 5. licet contrarium voluerint Hoſt. Butr. Io. Andr. & Anania in d. cap. 2. nam tex. in d. cap. continebatur, & in d. c. ad audientiam, quibus fundantur, loquatur in homicidio caſuali, poteſt tamen quoad obtinendum beneficiū ſimplex, cum homicida voluntario diſpenſare ex c. 2. de clericis pugnantibus in duello, vbi notant Innoc. Abb. & communis Felin. & Soccin. vbi ſupra Couar. num. 6. Nauar. 240. in curato vero diſpenſare nō poteſt, arg. cap. 1. de filijs presbyterorum lib. 6. & ex c. fin. de reſcriptis eod. lib. docent Abb. & ceteri, vbi ſupra ita intelligentes textum in d. cap. 2. Hodie vero ex diſpoſitione Concil. Trid. ſeſs. 14. cap. 7. de reformatione expræſsè interdicta eſt Epiſcopus diſpenſatio in homicidio voluntario, etiam occulto; etiam quo ad ſimplicia beneficia.

25 Si autem homicidium uoluntariū ſit occultū, & homicida probabiliter poteſt timere quod incidat in ſuſpitionem cōmiſſi criminis, niſi celebret, poterit etiā ſine diſpenſatione poſt debitam cōfeſsionem, & cōtritionem licitè celebrare, vt docuit Nauar. d. c. 27. n. 29. in princ. Quod ſi irregularitas procedat ex homicidio caſuali

licet neque tunc poſſit diſpenſari niſi Roman. Pontif. vt docet Abb. in cap. continebatur num. 3. Soccin. in cap. ad audientiam num. 403. de homicidio Couar. & Salcedo vbi ſupra tamen facilius diſpenſatur cum homicida caſuali, vt conſtat ex dicto cap. continebatur, & dicto cap. ad audientiam. imò hodie ſi homicidium ſit occultum, & non voluntarium, poterit ſemper Epiſcopus diſpenſare ex Concil. Trident. ſeſs. 24. cap. 6. de reform.

26 Animaduerto tamen (ne vllus remaneat ſcrupulus circa ea, quæ ſupra dixi num. 22. nempè committentem homicidium caſualiter, & ſi operam daret rei illicitæ immunem eſſe à pœna etiam extraordinaria, & ab irregularitate: quia hæc irregularitas, aut oriri debet ex culpa illius acti illiciti; cui operam dabat, aut ex culpa homicidij. Ex hac autem oriri non poteſt, cum ſupponamus nullam culpam fuiſſe; ex illa vero neque oriri valet, cum irregularitas nō incurratur niſi ex homicidio, aut detruncatione, aut bigamia) nō obſtare tex. in d. c. dilectus, & in d. c. ex literis el ſegũdo, & in d. c. Ioãnes, & in d. c. ſi. in quib. fundari videntur Pontifices in opera licita, vel illicita: quia & ego fateor eſſe diſcrimen: nam ſi actus illicitus ſit ordinatus ſua propria natura ad homicidiũ, aut ſaltim ex illo frequenter ſequi ſolet, quia agens videtur eſſe in aliqua culpa homicidij, efficitur irregularis ex dictis iuribus. Vnde in hac ſpetie ſolum dicetur rei illicitæ operam dare, qui actum effecerit prohibitum ratione euitandi homicidium, aut membri abſciſſionem.

27 De homicidio autem neceſſario ad vitę defenſionem facto, illud adnotandum eſt ſupradictas pęnas in eo ceſſare omni iure. Cum enim cuilibet iure naturę ſe ipſum defendere liceat, l. vt vim de iuſtit. & iure l. 1. §. cum arietes ff. ſi quad. paup. feciſſe dicatur l. 1. §. vim vi l. 3. §. Cum igitur ff. de vi, & vi armata cap. 2. cap. ſignificaſti de homicidio cap. dilecto de ſentent. excomm. lib. 6. qui alium ſe defendendo occiderit, ab omni pęna immunis erit l. 2. & 3. C. de ſicar. de iure Regio Hiſpano leg. 3. tit. 8. part. 7. l. 1. tit. 17. lib. 4. fori l. 4. tit. 23 lib. 8. recopilat. & de iure huius Regni ex dicta Conſtitut. *terminum vitæ* in verſic. *qui tamen aggreſſorem*, quę doctrina non ſolum habet locum quo ad pœnam, vt in dictis iuribus; ſed etiam quo ad culpam, vt contra Accurſ. in d. l. vt vim verbo nã iure docent Bart. & Paulus ibi D. Tho. 2. 2. quæſt. 64. artic. 7. Soto lib. 5. de iuſtit. & iure quæſt. 1. artic. 8. Couar. in d. clem. ſi furioſus 3. par. §. vnico nu. 1. dumtamen modum defenſionis non excedat l. 1. C. vnde vi d. cap. ſignificaſti. Quando autem modum exceſſiſſe dicatur? Iudicis arbitrio relictum eſt, vt docet Tiraq. in l. ſi vnquã verbo omnia nu. 31. C. de reuocandis donat. & Menoch. de arbitr. caſu 277. nu. 5.

28 Si vero modum exceſſit, extraordinaria pœna Iudici arbitrariæ tenebitur, ex textu in l. ſi adulterium cum inceſtu §. Imperatores ff. de adulterijs, & in cap. ſignificauit de pęnitentijs, & remiſs. docet gloſ. in ſumma 23. quæſt. 1. Couar. ſupra nu. 3. Plaza num. 13. Menoch. caſu 278. num. 2. Ex quibus cõſtat quod ſi eum qui me percuſſerit, iam fugientem occidam non ero omninò immunis à pœna, licet ordinaria non tenear, gloſ. verbo ſecularibus in c. 3. de homicidio, & facit text. elegans in l. ſi ex plagijs 52. §. tabernarius ff. ad l. Aquil.

29 Quod vero attinet ad irregularitatem, licet plures exiſtimauerint eam omnino contrahi licet ad propriam defenſionem homicidium committatur; tamen hodie certum eſt immunem eſſe ab irregularitate qui mortem aliter vitare non valens, alterum occiderit, ex tex. eleganti in clement. ſi furioſus de homicidio cuius hæc ſunt verba. *Si furioſus, aut infans, ſeu dormiens, hominem mutilet, aut occidat, nullam ex hoc irregularitatem incurret: & idem de illo cenſemus, qui mortem aliter vitare non valens, ſuum occidit, vel mutilauit inuaſorem.*

30 Quod adeò verum eſt, vt ſi Sacerdos rẽ diuinam celebrans, inuaſorem occiderit, poterit eã ſtatim perficere, vt docuit Nicolaus Plouinus in tractatu de irregularitate, irregularitate 35. quod ſi aliter mortem vitare poſſit, ideſt moderamen inculpatæ tutelæ excedat, fiat irregularis dicto cap. ſignificaſti el ſegundo de homicidio, & colligitur per argumentum ex d. clem. ſi furioſus. Vnde ſi ad defenſionem ſuarum rerum quis hominem occidat, cum ea quoq; occiſio iure permiſſa ſit, non incurret irregularitatem, vt docet Couar. dicto num. 6. Plaza cap. 28. num. ſi. quam doctrinam accipiẽdam eſſe exiſtimo ſecundum diſtinctionem à nobis infra traditam quæſt. 25. num. 23.

SVMMARIVM.

1 *Quis dicatur homicida proditorius?*
2 *Qui inimicum ſuum occiderit, etiam ſi atergo percutiat, an ſit proditorius homicida?*
3 *Homicidæ proditorij quomodo puniantur de iure ciuili?*
4 *Iure Pontificio cui ſubijciantur pęnæ homicidæ proditorij?*
5 *Quæ ſit illis impoſita pœna de iure Regio Hiſp. & Neap.*

Homicidij pęna an augeatur contra proditorium homicidam? & qualis ſit?

QVÆSTIO XXVI.

1 NVlli dubium eſt homicidij pœnã quam præcedenti quæſtione propoſui, augeri ſi fiat homicidium proditoriè dubium tamen in hoc præcipue conſiſtit nempe quis dicatur humicida proditorius? in qua quæſtione breuiter, & reſolutiue dico homicidam proditorium eſſe, qui inſidioſa induſtria aliquem interfecit tex. ſic intelligendus in cap. 1. de homicidio, ideſt qui abſque cauſa rixæ, aut inimicitiæ, alterum nihil tale ſibi præcauētem occidit, vt colligitur ex gloſ. iuncto tex. in cap. clericus 46. diſtint. l. propter inſidias Cod. qui accuſare non poſſunt l. fin. C. de delatoribus lib. 10. l. 4. ff. ad leg. Iul. Maieſt. cap. ſi cupis 16. queſt. 1. explicant Bartol. in l. reſpiciendum §. delinquunt ff. de pęnis Couarr. lib. 2. variar. cap. 20. num. 7. Anton. Gom. 3. tomo variar. cap. 3. nu. 5. Plaza de delictis cap. 21. Menoch. caſu 361. num. 26. Petrus Gregor. lib. 35. cap. 5. num. 2. vnde non ſolum proditionem committit ille, qui amicum vel ſaltim non inimicum atergo percutit, ſed etiam ille, qui facie ad faciem nulla præcedente contentione, aut rixa, cum ille nihil tale ſibi præcaueret, ita docent Gomez. & Couarruuias, & Plaza vbi ſupra.

2 Ex quibus recte colligitur a contrario eum, qui inimicum ſuum occiderit, etiã ſi atergo percutiat, non eſſe proditorium homicidam: cum inimicus ſibi præcauere debuiſſe, vt teſtantur in terminis Bartol. in d. §. delinquunt Bald. in cap. 1. quibus modis fęudum ammictatur col. 4. Accur. Fel. & Soccin. in d. cap. 1. Aretinus in §. interdum num. 6. inſtitut. de hæreditatibus quæ ab inteſtato, licet apud nos Hiſpanos contrarium ſit verius ex l. ſi. titul. 7. leg. 10. titul. final. lib. 8. ordin. in quibus is cenſetur proditor, qui aliquem offendit abſque eo, quod in pugna, rixaue id fiat. Deinde deducitur, quod quamuis ex diſpoſitione d. l. Regiæ homicidium in rixa perpetratum, non cenſeatur proditorium; tamen ſi aliqui inter eos præuia fraudulenta pactione incipiant rixari, vt alium inter ipſos mediantem, ſic ſecure occidant, ſine dubio dicentur homicidę proditorij: cum percuſſus non potuerit ſibi præcauere, & ita fuiſſe de facto iudicatum teſtatur Perez in d. l. 12. titul. 13. lib. 8. ordin. verbo *à traicion*. ij igitur homicidæ, quia abhominabiles ſunt Deo, legi, & hominibus, vt teſtatur Hipolitus ſingulari 16. grauius reliquis puniuntur.

3 Iure igitur ciuili, quia pro ſimplici homicidio pęna mortis indicta eſt, vt reſoluimus in præcedenti quæſtione. num. 13. quam conſtat eſſe ſummam, ex l. capitalium ff. de pœnis. & Pauli reſponſo lib. 5. ſententiarum tit. 17. nulla lege grauior pœna inuenitur contra proditores impoſita: ideo forte, quia mortis pęna ſolum gladio imponi potuit l. aut damnum ff. de pœnis. poſteriores tamen aduertentes homicidium proditorium grauius eſſe cæteris, vt diximus ſupra num. 1. adiecta qualitate homicidij pęnam ita augerunt, vt proditorij prius per terram ignominioſe trahantur, deinde ſuſpendantur, & in fruſtra ſcindantur, ita docent Lucas de Penna in l. fin. C. de aleatoribus lib. 10. & Caſſaneus in conſuetudines Burgundiæ rub. 1. nu. 60.

4 Pontificio autem iure contra clericos pœna mortis impoſita videtur in cap. 1. de homicidio, & ita ex illo tex. affirmauit Abb. ibi, & in cap. at ſi clerici num. 39.

& in

& in cap. cum non ab homine de iudicijs, Benedictus poſt repetitionem cap. rainutius in q. de homicidio: affirmantes clericum homicidam proditorium cauſa cognita, a iudice eccleſiaſtico actualiter fore degradandum, & traddendum iudici ſæculari, etiam nulla data incorrigibilitate, ita interpretantes textum in c. clericus 46. diſtinct. Sed longe verius eſt propter hoc crimen non data incorrigibilitate non eſſe clericum attualiter degradandum; ſed tantum verbaliter, ideſt deponẽdum ab ordine, & beneficio, & ita de verbali degradatione accipiẽdum eſſe textũ in d. cap. clericus ex c. cum non ab homine de iuditijs c. tuę de pœnis c. clerici de exceſſibus prælatorum: Nec textus in d. c. 1. de homicidio probat intentionem Abb. cum non loquatur de clericis, ſed de laicis quos priuat eo caſu Eccleſiæ immunitate, & ita contra Abb. obſeruandum eſſe in praxi: niſi aliud caſus poſtulet inſpectis loci, temporis, & perſonarum qualitatibus, vt refert Bernardus Diaz in ſua pract. c. 96. in fi. & ibi Salzedo in addit. 2.

5 Regio autem iure Hiſpano homicide proditorij, per terram ignominioſe ad caudam æqui ſunt trahendi, & poſtea furca ſuſpendendi quorum bonorum dimidia pars fiſco applicatur l. 7. titul. 7. l. 12. titul. 13. l. 16. tit. fin. lib. 8. ordin. l. 2. titul. 12. lib. 4. fori l. 7. & 10. titul. 32. lib. 8. recop. deinde priuantur immunitate Eccleſiæ l. 2. tit. 2. lib. 5. recop. & facultate appellandi à ſententia condemnatoria l. 16. titul. 32. par. 3. & licet regulariter non ſoleat puniri affectus, niſi ſequatur effectus l. cogitationis ff. de pœnis tamen in hoc proditionis crimine punietur eadem pœna: dum tamen procedat ad aliquem actum proximum, ſcilicet, quod percutiat, ex doctrina Anton. Gomezius d. cap. 3. num. 5. Plaza ſupra nu. 4. & Couar. 7.

De iure vero huius Regni proditores puniuntur pęna mortis, & publicatione omnium bonorum, vt in capitulo, *nuper apud Tranũ Regis Caroli I. ſub rub. de pœna, & vindicta proditorum*. iunctis his quæ traddit Foller. in fragmentis à numer. 209. Sed ego exiſtimo tàmen ea, quæ continentur in dict. capitulo nuper, & in capitul. bona proditorum de bonis proditorum, quàm doctrinam Follerij, intelligenda eſſe de proditoribus Regi vel Principi, vt ex omnium lectura colligitur.

SVMMARIVM.

1 *Qui veneno aliquem occidit, proditionis delictum committit.*

2 *Qui veneno tentat occidere, proditionem committit, & pœna ordinaria tenebitur, etiam ſi mors ſequuta non ſit, dumtamen ad actum proximum deuenerit, vt mors ſequeretur.*

3 *Filius emens venenum ad occidendum patrem, morte mulctatur etiam non ſequuta morte patris.*

4 *Veneni venditio prohibita eſt.*

5 *Crimen iſtud quomodo apud Romanos vindicabatur?*

6 *Veneno occidentes pœna leg.* Cor. *de ſicar. qua capitalis eſt tenentur.*

7 *Iure* Pontificio *quæ ſit pœna veneno occidentis?*

8 *Iure Regio Hiſpano veneno occidentes ea pœna, qua pro homicidio proditorio puniuntur.*

9 *De iure huius Regni quomodo puniantur veneno occidentes: & poculum amatorium dantes ſequuta morte, vel effectu aut non?*

Veneno aliquem occidens, vel illud præſtans, licet mors non ſequatur, qua pœna puniatur, & illud vendens?

QVÆSTIO XXVII.

1 LIcet medicamenta dicantur venena in l. qui venenum ff. de verborum ſignificatione, & vocabulum iſtud ſit medium inter bonum, & malum l. 3. §. 1. ff. de ſicar. communi tamen vſa loquendi in malam partem ſemper accipitur, vt docet Rebuff in d. l. qui venenum in qua ſignificatione accipitur in propoſita quæſtione. Pro cuius reſolutione conſtituo

ho-

homicidij crimen, & pœnam augeri ſi ve
neno contingat l. 1. Cod. de maleficijs,
quia proditionis delictum etiam hoc mo-
do committitur, vt ex l. 1. §. occiſorum
verſ. quod ſi quis ff. ad Silanianum docue
runt Bal. in l. nemo col. 2. C. de ſumma
Trinitate, vt in l. confratrem Cod. de his
quibus vt indignis Couar. lib. 2. variar. c.
20. num. 7. Foller. in pract. verſ. item
quod ſororem venenauit num. 3. Muſcat.
in pract. crimin. titul. de homicidio ſim-
plice num. 45. Bernardus Diaz in pract.
cap. 95. num. 1. & ibi Salzedo addit. 1.
Anton. Gomez. 3. tomo variarum cap. 3.
num. 7. Plaza de delictis cap. 20. in princi
pio, & Petrus Gregor. lib. 36. cap. 18.
num. 6. in fine.

2 Ex quibus primo deducitur quod cũ
his, qui veneno tentat occidere, proditio-
nem committat, non ſolum pęna infra
referenda tenebitur ſi homicidium ſequa
tur, ſed etiam quando venenum dedit, me
dicamentis tamen adhibitis, vel alia ex
cauſa mors ſequuta non fuit: tunc enim
quia fecit actum proximũ conſumationi
criminis, & vltimum ab occidente agen-
dum, eadem ordinaria pœna tenebitur,
vt ex gloſ. in cap. 1. verbo in mortem de
præſumptionibus docuerunt Boſius in
praxi titul. de homicidio num. 13. & tit.
de mandato ad homicidium nu. 14. Diaz
d. cap. 95. num 2. Plaza, & Follerius vbi
ſupra Couar. in clem. ſi furioſus 2. part.
in initio num. 11. Menoch. caſu 360. nu.
47. Anton. Gomez d. cap. 3. num. 6. in fi.
& ita obſeruandum, & practicandum
eſt; licet contrarium velint Hipolitus in
dict. l. 3. de ſicar. Grammat. deciſ. 2. num.
7. & Foller. vbi ſupra num. 32. & alij cõ
muniter aſſerentes tantum extraordina-
ria pęna eo caſu puniendum, quorum opi-
nio tunc erit admittenda, quando ſolum
venenum emit præparauit, alium vè actũ
remotum fecit, non verò dedit, vt opti-
me docent Couar. Menoch. & Plaza vbi
ſupra.

3 Neque obſtat tex. in l. 1. in fin. ff. de
parricidijs, quæ etiam hoc caſu mortis
pęnam imponit: quia in eo de quo loqui-
tur eſt intelligenda, ſcilicet quando filius
emit venenum, vt patri daret: tunc enim
propter immanitatem criminis morte
mulctatur etiam ſi venenum emptum illi
non diderit, vt conſtat ex verbis d. l. 1. ibi
*& præterea qui emit venenum, vt patri
daret, quamuis non poterit dare* iunctis
præcedentibus ibi, *vt pœna ea teneatur,
quæ eſt legis cornel. de ſicarijs.* & ita re-
ſoluit Anton. Gomez vbi ſupra num. 7. in
fin. licet Plaza exiſtimet, & minus recte
nullam ſpecialitatem in ea lege conti-
neri,

4 Secundo ex prædictis deducitur iuſtiſ
ſimè ad euitanda damna, & pericula quæ
ex aſſidua veneni tractatione poſſunt ori-
ri, eſſe prohibitam veneni venditionem:
niſi per alterius materiæ adiectionem
vſui vtile eſſe poſſit l. quod ſæpe §. vene-
ni ff. de contrahenda emptione. Vnde
qui venenum in publicum vendiderit, ca-
pitali pęna tenebitur l. 3. verſ. eiuſdem ff.
de ſicar. quod ita intelligendum eſt ſi do-
lo malo, vt homicidium ſequatur, illud uẽ
diderit, vt in d. verſ. eiuſdem ibi, *qui in
publicum mala medicamenta vendide-
rit, vel hominis necandi cauſa habuerit,*
nam qui, vendendo ſolum in culpa fuit,
puta, quia minori diſcolis aut ignotis, aut
ſeruis vendidit mitiori pęna tenebitur,
vt docent Hyppolitus in d. l. 3. Antonius
Gomez vbi ſupra numer. 9. Plaza d. cap.
20. num. 9. Foller. ſupra num. 37. qui au-
tem probatis & notiſſimis viris vendide-
runt, cum neque culpa, neque dolus adſit,
leuiſſima quoque pęna punientur ex Gre-
gorius Lopez in l. 7. titul. 8. part. 7. &
alij ſupra.

5 Hoc igitur crimen adeo graue eſt, vt
etiam a Romanis acriter vindicaretur. ce
pit enim vindicari anno ab vrbe condita
423. quo fuit compertum matronas Ro-
manas inſano quodam conſilio venena-
ta quædam medicamẽta coxiſſe, & ita
cẽtum, & ſexaginta duas damnatas fuiſse
vt refert Liuius lib. 8. Præterea apud per-
ſas veneficorum capita inter duo ſaxa
contundebãtur atque confrigebantur, vt
refert Alex. ab Alex. lib. 3. dierum genia-
lium cap. 5. Balduinus in §. item lex cor-
nelia nu. 38. inſtit. de pub. iudit.

6 Iure autem ciuili pęna legis corneliæ
de ſicarijs, quæ capitalis eſt, tenentur. d.
l. 3. §. eiuſdem ff. de ſicar. d. §. item lex
cornelia verſ. ead. l. inſtit. de pub. iudit.
quæ autem ſit pœna legis cornel. declarat
I. C. in d. l. 3. §. legis corneliæ in hæc ver
ba *legis corneliæ de ſicar. & veneficis pœ
na inſulæ deportatio eſt, & omnium bo-
norum ademptio. Sed ſolent hodie capite
puniri: niſi honeſtiori loco poſiti fuerint
vt pęnam legis ſubſtineant, humiliores
enim ſolent beſtijs ſubijci, altiores ve-*

ro

ro deportantur in inſulam.

7 Pontificio vero iure ea pœna locum habet, quam & pro homicidio imponendã eſſe diximus in q.24. nu.14. cum ſequentibus, Cæterum quia grauius eſt veneno occidere iuſte poſt depoſitionem grauior detruſio, et longior imponi poterit, vt traddit Diaz d. cap.95. Et quia ſupra reſoluimus in q.præcedenti nu.4. pro homicidio proditorio clericum curiæ ſeculari non eſſe traddendum, niſi ex circumſtantijs delictum aggrauetur, idem dicendum erit in clerico veneno occidente, puta ſi clericus aliquem tentauit occidere, vel occidit veneno in calice propinato: pro vt duobus monacis cõtingiſſe refert Bernardus Diaz vbi ſupra.

8 Regio autem iure Hiſpano huius criminis reus beſtijs traddebatur deuorandus ex l.7.tit.8. p.7. cæterũ quia hæc pęna in deſuetudinem abijt. vt teſtatur Angelus in d.l.3. §.legis, & Greg. in d.l.7. verbo *a los leones* hodie ea imponitur pęna, quã pro homicidio proditorio imponendam eſſe diximus in q.præcedenti nu. 5. & in terminis docent Gomez & Plaza ſup. Quod iure huius Regni confirmatur in conſtit. *mala & noxia* de veneficijs. vbi Rex Rogerius in hæc verba, *mala & noſia medicamenta ad alienandos animos, ſeù venena qui dederit, vendiderit, vel habuerit, capitali ſententia feriatur*. & in conſtitutione *quicunque*, de vendentibus venenũ vbi venenũ, aut toxicum habentes, vel vẽdentes, ſuſpendendos eſſe dicitur. Verum quia aliquando venena dantur non ad occidendũ, Sed ad mouendas mentes hominũ ad amorem, vel odium: ideo ſtatutũ eſt in conſtit. *poculũ amatoriũ.* de correctione poculũ amatoriũ porrigentiũ, & in cõſtit. *amatoria pocula*, de poculis amatorij, ꝙ ſi amatoria pocula, aut exorciſmata vitam, vel ſenſum omnino ad hemerint, ipſa inſtruentes, ementes, vendẽtes, ac dãtes, mortis periculo ſubijciantur. ſi vero qui prædicta ſuſceperint in nullo lędãtur, ſi inſtructor, & author tanti criminis ſit honeſtæ vitæ, relegatione ad inſulam, ammiſſa parte bonorũ, & ſi eſt ſeruus, ad metallum dãnatur. ex l. ſi quis 38. §. qui abortionis ff. de pęnis cuius hæc sũt verba, *qui abbortionis, aut amatorium poculũ dãt, etſi dolonon faciant; tamen quia malè exempli res eſt, humiliores in metallum, honeſtiores in inſulã amiſſa parte bonorũ relegantur.* cuius legis, & cõſtitutionũ Regni virtute fuit quidã nobilis vir hiſce noſtris tẽporibus in caſtellũ perpetuo relegatus nulla tamẽ bonorum parte ſibi adẽpta, & diebus elapſis quinque fęminæ publice fuerũt fuſtibus cęſiæ, & in carcerẽ perpetuum incluſæ de mandato Excellentiſſimi Proregis.

SVMMARIVM.

1 *Aſſaſſinium quid ſit? & vnde dicatur.*

2 *Aſſaſſini ſunt qui pecunia, alioue pretio hominem occidũt, vel occidere faciũt.*

3 *Aſſaſſinium non aliter dicitur quã ſi interficiatur Chriſtianus mandato præcedente.*

4 *Licet regulariter in criminibus, non puniatur affectus, ſi nõ ſequatur effectus: quia aſſaſſinij crimen atrociſſimũ eſt, aſſaſſini puniuntur, licet non ſequatur effectus.*

5 *An pro aſſaſſinio non ſequuto effectu, imponenda ſit pœna ordinaria?*

6 *Iure ciuili quomodo puniatur aſſaſſiniũ.*

7 *Iure Pontificio aſſaſſini pœnã excõmmunicationis, depoſitionis ab officio, ordine, & dignitate incurrũt ipſo iure, & diffidati cẽſentur a populo Chriſtiano.*

8 *Licet maritus occidens propria authoritate adulteros, nõ excuſetur a culpa, excuſatur tamen qui occidit aſſaſſinos.*

9 *Diffidationis pęna contra clericos quoq; locum habet.*

10 *Qui recipiunt pecunias pro homicidio committendo, tenẽtur in foro conſcientia eas reſtituere haredibus occiſi.*

11 *Aſſaſſini quomodo puniantur de iure Regio Hiſpano, & Neap.*

Quis dicatur proprie aſſaſsinus, & qua pœna plectendus ſit?

QVÆSTIO XXVIII.

1 SI aſſaſſinium propriè acciperetur, fere inutilis eſſet hæc noſtra quæſtio. eſt enim homicidium perpetratũ a certo hominũ infideliũ genere, mercede aliqua conſtituta, aliquo Chriſtiano mandante: Aſſaſſini enim erãt populi quidã ex ſiria, qui a pueritia ita inſtituebãtur, vt inimicos Regis aut homines, qui obediebant, aut quoſcunq; ipſe iuueret facillimè occiderent, exiſtimantes ſe Deo obſequium præſtare, vt colligitur ex tex. in c. 1. de homicidio lib. 6. ibi *ſecuritatẽ ab eorundem aſſaſſinorum domino.* docent ibi Ancharanus notabili 6. Io. And col. 2.

& Do-

Digitized by Google

& Dominicus in principio Aretin. conſ. 165. Siluester in ſumma verbo aſſaſſinium n. 1. Couar. lib. 2. variar. c. 20. n. 10. & in clem. ſi furioſus 2. p. in initio n. 9. Nauar. in manuali c. 27. nu. 136. Plaza de delictis c. 19. n. 1. Menoch. caſu 360. n. 41. Petrus Greg. lib. 35. c. 5. n. 2. & lib. 36. c. 15. n. 16. exiſtimantes huius criminis pęnas ſtatim referendas, pro his tantũ imponẽdas eſſe, quæ ab infidelibus pecunia conductis perpetrantur. Sed communi vſu loquendi attento, aſſaſſinium dicitur omne homicidium ab hominibus pecunia ad id conductis, perpetratum.

2 Vnde aſſaſſini ſunt qui pecunia, aliouè pretio hominem occidere faciunt, contra quos eaſdem pęnas locum habere, quæ cõtra proprios aſſaſſinos indictæ ſunt, exiſtimarunt plures relati a Couar. Plaza, & Menoch. vbi ſupra Bart. in l. non ſolũ §. ſi mandato nu. 14. de iniurijs, & in l. Cicero de pęnis Caſtrenſis in l. 2. §. ſi ff. de eo. ꝑ quem Carrerius in tit. de homicidio §. circa tertium in principio Ant. Gom. 3. tomo variar. c. 3. nu. 10.

3 Eſt tamen aduertendum non aliter aſſaſſinium dici, quam ſi interfectus Chriſtianus ſit, vt probatur in d. c. 1. ibi *quẽpiam chriſtianorum*, quod aduocatus articulare debet, vt aſſaſſinij pœnæ imponantur ex his quæ docent Alex. conſ. 166. vol. 7. Bal. in l. ſi quis non dicam rapere col. 3. C. de Epiſc. & cler. Plaza ſup. nu. 8. Siluester nu. 1. Boſ. in pract. tit. de mandato ad homicidium n. 22. Secundo aduertendũ eſt, quod licet huius criminis pœnæ nominatim ipſis mandatoribus imponantur, neq; de occiſoribus mentio fiat; erunt tamen eædem pęnæ eiſdem imponendæ, vt conſtat ex. d. c. 1. vbi contra receptatores inducuntur prædictæ pęnæ. ergo multo magis contra ipſos aſſaſſinos: vt in ſpecie docet Bar. in d. l. Cicero Boſius vbi ſup. n. 23. Angel. de maleficijs verſ. & Semproniũ mandatorẽ in principio Plaza d. c. 19. nu. 11.

4 Vltimo aduertas, quod licet regulariter in criminibus non puniatur affectus: niſi ſequatur effectus l. 1. §. hęc autem verba ff. quodquiſq; iuris l. item apud §. ſi curauerit ff. de iniurijs l. ſi quis vxori §. ſi quis de manu ff. de furtis; tamẽ quia in atrocioribus ſufficit delictum eſſe attentatum l. ſi quis non dicam rapere C. de Epiſc. & cler. l. ſi quis cum telo C. ad legẽ Cor. de Sicar. l. quisquis C. ad l. Iuliam Maieſtatis, & aſſaſſinij crimen atrociſſimum eſt d. c. 1. licet effectus non ſequatur aſſaſſini puniendi ſunt d. c. 1. ibi, *quanquam ex hoc mors forſitan non ſequatur*.

5 Anceps tamen quæſtio eſt an eo caſu imponenda ſit pęna ordinaria? & imponendam eſſe ſignificare videtur textus in d. c. 1. contradicente communi DD. ſentẽtia, quæ habet delictum imperfectum nõ eſſe ordinaria pęna puniendum. vt reſoluunt Zinus. & Salicetus in d. l. ſi quis non dicã rapere Ang. vbi ſup. col. 2. Carrerius in praxi tit. de homicidio §. 2. n. 19. in qua quæſtione breuiter, & reſolutiue dico, quod ſi conatus peruenit ad actum proximum delicto, vt quia Chriſtianũ percuſſit quia non ſtetit per eum, quo minus moreretur, mortis pęna punietur tam mãdans, quam mandatarius, quò caſu loquitur textus in d. c. 1. ſecus vero ſi ſolum conſtat de mandato, & non de percuſſione, vt reſoluit eleganter Couar. in d. elem. ſi furioſus 2. p. in initio n. 6. Menoc. d. c. 360. n. 41.

6 Hoc igitur aſſaſſinij crimen iure ciuili grauiſſimè punitur, licet eodem iure certa pęna indicta non ſit, ſed ſolum indiſtincte cautum mortis pęna plectendum, quia pecunia recepta occidit licet alias mitiori pęna puniretur ex tex in l. Cicero ff. de pęnis quæ pęna ita imponẽda eſt, vt priua ad caudam equi trahatur, deinde in fruſtra ſcindatur, vt de conſuetudine teſtantes docuerunt Abb. in c. et ſi clerici nu. 42. de iudicijs Capicius deciſ. 155. Clar. nu. 4. & Plaza nu. 5. ſupra.

7 Põtificio autem iure multo ſeuerius hoc crimen vindicatur pęna enim excommunicationis, & depoſitionis ab officio, & beneficio, ordine, & dignitate incurrunt ipſo iure, & diffidati cenſentur à populo Chriſtiano, vt in d. c. 1. de homicidio lib. 6. eſt autẽ hæc diffidationis pęna, vt a quocunque impune occidi poſſint, & eorum bona occupari l. 3. §. fi. ff. de ſicar. c. fęlicis de pęnis c. 1. de ſciſmaticis lib. 6. docent Angelus conſ. 15. Dominicus in d. c. 1. §. fin. nu. 11. & ibi Peruſinus nu. 5 Siluester verbo aſſaſſinium nu. 3.

8 Eſt autem adeo deteſtabile in iure Canonico crimen iſtud, vt plura in eius odium fuerint specialiter ſtatuta. Primo enim licet maritus occidens propria authoritate adulteros, non excuſetur a culpa; tamẽ qui occiderit aſſaſſinos, dummodo puro animo faciat, excuſabitur à culpa, vt poſt alios reſoluit Siluester vbi ſup. & verbo homicidium 1. num. 6. Soto lib. 5. de iuſt.

& iure q.1.art.3. quia lex non ſolum permittit hoc caſu homicidium, vt in marito, ſed laudat, & approbat. vt conſtat ex d.c.1.de homicidio lib.6.

9 Secundo illa Summi Pont. conſtitutio non ſolum contra laicos ſuæ iuriſdictionis practicanda eſt; ſed etiam contra quoſcunq; alijs principibus, quod ad iuriſdictionem temporalem ſubiectos: cum hoc crimen tam atrox ſit, & chriſtiane religionis adeo pernicioſum. nec miretur aliquis medicentem ſummi Pont. conſtitutionẽ extendi ad laicos ſubiectos laicis in temporalibus, conſtat enim ad meliorem gubernationem poſſe Papam temporalẽ iuriſdictionem exercere c. grandi de ſupplenda negligentia Præl.lib.6 c.licet c.ex parte de foro competenti.

Tertio cum illa diffidationis pœna cõtra clericos quoq; locum habeat ex diſpoſitione dicti c.1.licet clerici non poſſint à iudice ſæculari puniri niſi pręcedat actualis degradatio, & tradditio facta curiæ ſeculari iux.textum in c.cum non ab homine de iudicijs; tamen clericus crimen aſſaſſinij committens poterit abſq; degradatione, aut remiſſione facta iudici ſeculari, ab eodem puniri. quæ ſententia probatur ex d.c.1.nam ſi poteſt a quocunque occidi, multo magis a iudice, quamuis ſecularis ſit, vt docent Dominicus & alij in d.c.1. Cap.ç.dec.112.Diaz c.91. & alij plures quos referunt Couar.d.lib.2.c.20.nu.10.Clar.d.q.36 n.29.Plaza d.c.19.nu.26. ꝙ ſine difficultate procederet ſi homicidium fieri mandaretur per infidelem, cũ propriè aſſaſſiniũ non ſit vt ſupradiximus n.3. imò & tunc durum eſſet a communi recedere.

10 Vltimo illi, qui receperũt pecunias pro homicidio committendo, tenẽtur eas reſtituere in foro cõſcientiæ hęredibus occiſi, vt reſoluunt Alex.in l.1.§.1.ff.de eo per quem, & ibi Bal.Carrerius in praxi tit. de homicidio §.2.nu.3.Plaza.vbi ſup. nu. 7.

11 Iure Regio Hiſpano tam contra mandãtem, quam contra mandatariũ indiſtincte pęna mortis impoſita eſt.ex l.3.tit.27.p.7. item dimidiam bonorum partem amittit vt conſtat ex l.7.tit.7.l.2.tit.13.l.2.& 3.& 16.tit.fin.lib.8.ordin.

De iure vero huius Regni nulla certa ſtatuta eſt pœna pro crimine iſto, præter eã, quam pro homicidio ſimplici ſtatutã eſſe diximus ſup.q.24.nu.19. de qua in conſt. *terminum vitæ*, & ita fatetur Muſcat. in pract. criminali tit. de pœnis homicidij cum mandato nu.1.cum ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Iniuria verbum latiſſimum eſt, & ſignificat quidquid non iure ſit.*
2 *Verbis iniuria ſit ſi cui conuitium ſiat, & conuitij verbum quid ſignificet?*
3 *Qui iniurioſa verba profert, ſemper præſumitur iniuriãdi animum habuiſſe.*
4 *Qui alicui crimina obiecerit, an & quomodo probare poſſit non iniuriãdi animo obiecisse, vt ab iniuriarum pęna excuſetur?*
5 *Proteſtatio actui contraria non releuat proteſtantem.*
6 *Verbis iniuriantes quomodo puniantur de iure ciuili?*
7 *Iure Pontificio clerici proximos verbis iniuriantes quomodo puniantur?*
8 *Iure Regio Hiſpano, & Neapolitano quę ſit iniuriantibus impoſita pęna?*
9 *Iniuria etiam abſenti fieri certiſſimũ eſt.*
10 *Pro vnica iniuria ſæpius repetita in eadem rixa, vnica tantum pęna erit imponenda.*
11 *Scriptura quibus modis iniuria ſiat? & quomodo puniatur de iure ciuili?*
12 *Iure Pontificio flagellorum & excommunicationis pœna imponitur ſcriptura iniurianti.*
13 *Iure Regio Hiſp.& Neap.quæ ſit ſtatuta pęna? & nu.14.& 15.*

Verbis literis, aut pictura iniuriantes, quomodo puniendi ſint?

QVÆSTIO. XXIX.

1 INiurię verbũ latiſſimum eſt: ſignificat enim quicquid non iure fit l.1. ff. de iniurijs principio inſtitutionum eodẽ c. quid dicam 14.q.4. ius enim, & iniuria contraria ſunt. vnde iniuriam facere animalia bruta non poſſunt: quia neq; iure quidquam facere poſſunt l. 1. §. 1.ff.ſi quadruplex paup.feciſſe dicatur, & inde iniquitatem ſæpe, & iuſtitiam ſignificat, veluti cum contra ius aliquid Iudex determinat l.qui proprio §.procurator ff. de ꝓcur.l.ſi per imperitiam ff.de euiction. ſed in propoſita quæſtione ſpecialiter ſumitur pro contumelia, quæ á contemnendo dicitur d.princ.inſtitutionum de iniurijs

rijs

rijs, quę tribus modis irrogari poteſt, facto ſcilicet verbis, aut ſcripto d. l. 1. verſ. iniuriam §. 1. inſt. eod. de ea quæ fit facto egimus in præcedentibus quæſtionibus, & egemus in aliquibus ex ſequentibus.

2 Verbis autem fit iniuria ſi cui conuitiũ fiet d. l. 1. & d. §. 1. vnde cum hoc conuitij verbum (quod propriè quãlibet reprehẽſionẽ ſignificat, vt ex Cicerone, & alijs probatis authoribus docet Rebardus lib. 1. variarum c. 3. & in eo ſenſu accipitur in l. iudicij 42. de iniurijs. & in l. illud 8. de appellatio.) interpretetur conſultus in l. itẽ, apud 19. §. conuitiũ de iniurijs ꝑ concitatione, & vocum tumultu, non videbatur verbis iniuria fieri, niſi quid cum vociferatione diceretur d. l. item apud §. ex is, ſed verius eſt ſi quid infamandi, & iniuriandi animo dicatur, iniuriam fieri d. §. ex his ex quo conſtat non ſolum eum, qui crimen aliquod in ſpecie, vel in genere alicui obijcerit iniuriam feciſſe videri, vt notant communiter DD. in l. 3. in princ. de lib. & poſth. vel qui aliquid bonis moribus contrarium Titio dixerit, vt docuit Corneus conſ. 80. verſ. 3. ſed etiam, ille, qui quæcunque verba etiam, quæ iniuriã non ſonant, animo tamen iniuriandi dixerit. Vt ſi quis diceret coniugato tu es vir bonus: tunc enim iniuriarum tenebitur, quia illi ſignificauit adulterium vxoris pauentem pati, vt docet Clar. d. lib. 5. ſententiarum §. iniuria nu. 1. Didacus Perez in l. 2. verſ. 1. cornudos tit. 9. lib. 8. ord. Parladorus rerum quotid. cap. 17. num. 4. plura traddit Boherius conſ. 4. à num. 9. iniuria enim ex animo, & effectu facientis conſiſtit l. illud §. 1. de iniurijs l. qui iniuriæ l. verum de furtis leg. diuus de ſicarijs. multum autem intereſſe puto inter verba, quæ natura ipſa iniurioſa ſunt, vt latro, proditor, & ſimilia, & ea quæ per ſe iniuriam non ſonant.

3 Nam qui iniurioſa verba protulerit ſẽper præſumitur iniuriandi animum habuiſſe. vt docent Pariſius conſ. 149. num. 19. lib 4. Clar. d. §. iniuriæ num. 12. quia talis animus præſumitur qualia ſunt verba l. labeo verſic. *id tubero* de ſupelectili legata l. re præhendenda C. de inſtitutio. & ſubſtitutio. ac proinde qui ſe vellet excuſare tenebitur, probare quod non dixerit animo iniuriandi l. ſi non conuicij C. de iniurijs, hoc caſu intelligenda, vt conſtat ibi, *aliquid iniurioſum*. ſi vero verba per ſe non iniurioſa obijcerit, vt ſi mulieri diceret *ſois vna buena muger* tunc onus probandi quod habuit animum iniuriandi incumbet ei, qui ſe his verbis dicit offenſum. ex d. l. labeo. cum alijs. pro qua mea ſententia facit doctrina Grammatici deciſ. 37. num. 5. in fine, & eam ſentit Petrus de Bela Pertica in d. l. ſi non conuitij nu. 4.

4 Varijs autem modis, qui aliqua crimina Titio obijecerit, probare poterit non in iniuriandi animo obieciſſe, vt ab iniuriarum pęna excuſetur. primus erit ſi in iudicio ea crimina contra teſtes ſibi aduerſantes appoſuerit, aſſerens hæreticos homicidas, vel latrones eſſe, & ideo non admittendos: quia licet ea non probauerit, iniuriarum non tenebitur maxime ſi proteſtetur ſui iuris conſequendi cauſa non iniuriandi cauſam obijcire. primo ex tex. in l. qui cum maior 14. §. ſi libertus de bonis libertorum tex. elegans in l. fiſcus in quæſt. §. delatoris 28. de iure fiſci, ſecundo ex l. iniuriarum §. is qui iure. de iniurijs l. nullus de regul. iuris. vltimo ex l. fin. ff. quod quiſque iuris vbi ita docuerunt Guillermus, Baldus, Salicetu, & alij Paulus in l. 3. de lib. & poſth. dicit communem Coraſius in l. ſi tam auguſt. numer. 7. de ſeruitutibus. Sed mihi verius videtur actorem ſi crimina teſtibus appoſita non probet iniuriarum teneri: quia qui non probat quod etiam excipiendo proponit, calumniari videtur l. 1. C. de Aduocatos diuerſorum iudiciorum. deinde quia illa proteſtatio non releuat iniuriantem, vt dicemus ſtatim, & probat Alex. & Iaſ. num. 2. in d. l. fin. Abb. in cap. cum 8. num. 28. de re iud. Boerius conſilio 4. num. 23. Petrus Gregorius lib. 38. ſintag. cap. 5. numer. 6. alter modus eſt ſi conuitium irrogãs proteſtetur ſe non iniuriandi animo facere: vt ſi in his verbis, *tu mentiris*, quæ ſine dubio iniurioſa ſunt Bartol. in l. item apud §. ait prætor num. 3. de iniurijs Alexander in l. 3. de lib. & poſth. Boer. dict. conſ. 4. num. 10. Villalobos lib. communium opinionum 1. verſ. actione Boſius in praxi tit. de iniurijs num. 7. & ſi dicat quis *ſaluo tuo honore mentiris*. quo caſu non teneri iniuriarum teſtantur Angelus in repertorio verſ. verba illa *tu mentiris* Bertachinus in repertorio verbo iniuria col. 3. licet ſi verba illa, *tu mentiris* præcedant, & ſequatur proteſtatio, ſaluo honore, non eſcuſari teſtetur Bar-

tolus in l. ſi quis extraneus in princ. nu. 3.
de acquir. hæred. & ibi Cumanus, & alij.

5 Ego autem veriſſimam eſſe puto Bart.
doctrinam ſiue ſequatur, ſiue præcedat in
iuria proteſtationem, ex regula generali
proteſtationem actui contrariam nõ rele-
uare proteſtantem c. cum. M. de conſtit. c.
ea te de iur. iuran. c. ſolicitudinẽ de appel
lat. d. l. ſi. idẽ Iaſ. in l. non ſolũ §. morte nu.
49. de noui operis nunciatione Abb. in d.
c. cum. M. Coraſius vbi ſup. n. 9. Clar. d. §.
iniuria nu. 13. Couar. lib. 1. var. c. 11. nu. 1.
Plaza de delictis c. 1. n. 11. idemq; foret ſi
quis diceret (*non dicis verum*) ex Corra-
ſio vbi ſup. 3. modus erit ſi verbũ iniurio-
ſum obijcens alij prius eſſet prouocatus,
tunc enim licet in iniurijs nõ ſit locus cõ-
poſitioni, vt ex c. veniens de iur. iurando
ibi *alternatiua conuitia inferendo* notat
Abb. in c. 1. de iniurijs Fel. in c. dilecto nu.
10. de exceptio. Boſius vbi ſup. n. 8. Boer.
n. 31. tamen quia prouocatus cẽſetur pro-
pulſandi conuitij gratia, non iniuriandi
animo iniurioſa verba retorquere, ceſſa-
bit iniuria d l. qui cũ maior §. ſi libert⁹ de
bon. libertorũ tex. in l. quę omnia 26. §. t.
de ꝓcurator. l. ſi ex plagijs §. tabernarius
ff. ad leg. Aquil. quod ſane intelligendum
eſt ſi conuitiũ à prouocato obiectũ, tẽdat
in defenſionẽ, aut ꝓpulſationẽ prioris cõ-
uitij, vt puta ſi dicẽti *latro*, replicetur *mẽ
tiris* ſecus ſi dicatur, *& tu es homicida*. ita
eleganter Bart. in d. l. quæ omnia vbi Pau
lus, & alij Alex. & Iaſ. in d. l. ſi. Claudius
in l. vt vim nu. 500. & Cutius nu. 40. de
iuſt. & iure Abb. in d. c. cũ. 25. Coraſ n. 6.
Boer. n. 25. vbi ſup. Menoch. conſ. 41. lib.
1. n. 9. & 10. Plaza d. c. 1. n. 21. Paulus Gra
nutius themate 5. per totum, & ita eſſet iu
dicandum, licet contrariam ſententiam
dicat communem Clar. d. §. iniuria nu. 14.
Suarez lib. communium opinionum verſ.
iniuriarum n. 13. quorum ſententia poſſet
procedere ſi conuitium, cui prouocatus
replicauit *mentiris*, eſſet verum, vt ex l. eũ
qui nocentem de iniurijs docent ſupra
relati, & Felin. in d. c. dilecti num. 11. de
exceptionibus.

6 Puniuntur autem verbis iniuriantes iu
re ciuili antiquo ſatis leuiter ex l. enim 12.
tab. pœna 25. æris impoſita erat his ver-
bis *ſi alteri iniuriam facit 25. æris pœna
ſumpto* vt referunt Gelius, Att. noctium
cap. 1. Alex. ab Alex. lib. 6. dierum c. 10.
Ant. Auguſt. de legibus ad l. 12. tab. l. 33.
Hottom. ad eaſdem ll. pag. 218. verum
quia ea lex erat adeo indulgens, pœna
contemnebatur: Lutium enim Neratium
referunt improbum hominem pro dele-
ctamento habuiſſe faciem liberi hominis
manu ſua verberare, aut conuitium ciui-
bus inferre, ſeruoque quem cum crumena
aſium plena ducebat, iubere ſocitum, &
iniuriam paſſo 25. aſes ex l. 12. tab. nume-
raret, & ideo abijt in deſuetudinem, &
nouiori iure huius criminis pęna effecta
eſt arbitraria, §. in sũma inſtituta de iniu-
rijs l. final. de iniurijs docẽt Felin. in d. c.
cum te num. 3. Clarus vbi ſupra numer. 7.
Gramaticus deciſ. 37. nu. 11. Petrus Gre-
gor. lib. 38. ſintagm. cap. 1. num. 5. Me-
noch. de arbitrarijs caſu 263. num. 3. &
præterea iniuriantes efficiuntur infames
l. 1. de is qui notantur infamia, quia non ſo
lum in atroci iniuria procedit ex l. diuus
de iniurijs, ſed & pro minima cap. cum
te de re iud. & docent ibi Abb. numer. 8.
Felin. num. 9 & communiter DD. Cla-
rus dict. num. 7. Corſetus in titul. de mi-
nimis 2. part. num. 26. Salzedo in addi-
tionibus ad Bernardum Diaz in practic.
cap. 66. littera A. licet contradicant plu-
res relati à Felin. vbi ſupra, & Plaza d.
cap. 1. num. 22. fuit quoque eo iure alter
vindicandæ iniuriæ modus, quod Reus
abiurabat ſe iniuriam nõ feciſſe, aut eum,
cui fecerat, indignum eſſe iniuria illa,
vt probatur ex Martiale lib. 12. Epigra-
mate 80. ibi *nihil in te ſcripſi vitimica
credere non vis? at abiurare iubes? ma-
lo ſatisfacere*, & ex Terentio in adelphis
actu 2. ſcena 1. vbi Samo indignis excep-
tus modis ab Æſquino, inter alia dicit, *no-
ui ego veſtra hac nolem factum dabitur
iusiurandum eſſe te indignum iniuria
hac* atque id ſignificauit tex. in l. lex cor-
nelia §. hoc C. de iniurijs.

7 Pontificio autem iure clerici proximos
conuitiantes pœna Iudici arbitraria tenẽ
tur c. 1. de maledicis docent Hoſtienſ. in
ſumma eodem tit. nu. 3. Fel. vbi ſup. nu. 3.
Bernardus Diaz in practica c. 66. num. 1.
Sunt tamẽ cogendi veniã iniuriato poſtu
lare, quòd ſi facere recuſauerint, deponẽ
di ſunt c. Clericus maledicus 46. diſtinctio.
præterea ſi actione hac condemnẽtur, ef-
ficiuntur infames d. c. cum te vbi DD. de
re iud. notat Bernard. Diaz vbi ſup. nu. 6.
murmurantes vero ſi religioſi ſunt, & ſu-
perioribus ſuis detraxerint, illis pœnis
ſubiacebunt, quæ, ſecundum eorum re-
gulam pro grauibus culpis imponi conſue
ue-

uerunt, clem. 1. §. quibus de priuilegijs. Cæteri verò à fratrum vnitate habentur alieni, & eorum oratio, vel oblatio abijcitur c. alienus 90. diſt. Ex quibus apparet quod etſi huius Regni iure, vt ſtatim dicemus, maiora cõuitia inferentes, teneantur Paltdoniam canere, & poſsit Eccleſiaſticus Iudex quando pœnæ canonicę deficiunt, immitari conſuetudinem, & ll. Regni, vt docet Palatius Rubeus in repetitione rubr. in initio num. 15. & ibi Baraona in additionibus litera H. Villadiego in c. cõſtitutus col. 7. de in integrum reſtitutione; tamen hoc caſu non poterit clericum condemnare, vt cantet Palidoniam, tum quia certa pęna iure canonico indicta eſt ad partis ſatisfactionem, in d. c. clericus tum quia nobiles, quos *bidalgos* appellamus, quibus æquiparantur clerici, quia eodem priuilegio gaudent, vt ſupra, gloſ. in cap. ſtudeat 50. diſt. & in l. miles de re iudic. recepta es Bart. & Ripa ibi, ea pęna non tenentur, vt dicam infra, & ita cõtra Bernard. Diaz d. c. 66. in fi. tenuerunt Padilla in l. quamuis num. 2. C. de iuris, & facti ignorantia Parladorus rerum quotidianarum cap. 17. num. 10.

8 Iure quoque Regio pœna contra iniuriantes arbitraria eſt l. 21. tit. 9. par. 7. & quamuis pro minoribus conuitijs cẽtum marapetinorum pęna indicta eſſet, in l. 3. tit. 9. lib. 8. ordinam. tamẽ denuò arbitraria reddita eſt in l. 3. tit. 10. lib. 8. recopil. exceptis tamẽ quibuſdam verbis ideſt *gaſo, ſometico, cornudo, traditore, beretero*, uel alio: aut mulieri coniugatæ *putta*, quæ qui obiecerit, certa pœna tenetur; condẽnatur enim in trecẽtis ſolidis; quorum ualorem tradit Couar. lib. 1. uariarũ cap. 11. nu. 3. Plaza de delictis c. 12. & cogitur Palidoniam canere coram Iudice, & bonis Viris l. 2. tit. 3. lib. 4. fori l. 2 tit. 9. lib. 8. ordinam. l. 2. tit. 10. lib. 8. recopilat.

Ex quibus conſtat quod cum hæc pęna canendi Palidoniam per ſe irroget infamiam, & omnẽ adimat honorem, & ęſtimationem, ut conſtat ex l. 8. tit. 3. par. 7. l. 2. tit. 2. ead. p. l. 2. tit. 8. lib. 8. recopil. quia in iniuriam damnatus pro his maioribus conuitijs efficitur ſine dubio infamis, ut docet Plaza d. c. 5. nu. 22. licet de iure ciuili diſſentiat, indeq; ſub infertur optimo iure nobiles quos *idalgos* appellamus, exceptos fuiſſe in ead. l. 2. ab hac pęna canẽdi Palidoniã: hos enim non oportet ignominioſa pęna punire, latè comprobat Plaza dicto cap. 1. num. 23. & alij ſupra.

Verba autem quibus debet Palidoniam canere (*digo que menti en dezir tal coſa de fulano*) prout exprẹſsè probat l. 8. tit. 3. part. 7. neq; ſufficeret dicere quia erraui, deceptus fui, aut nõ bene dixi, ut notat Greg. in d. l. 8. uerbo mintio, quem ſequitur Parladorus d. cap. 17. num. 16.

Circa quam retractionis pœnam nonnulla ſunt aduertenda, primum in d. l. 2. expræſsè cautum eſſe illam pęnam canendi Palidoniam nõ ſolum pro conuitijs ibi enumeratis imponendam eſſe; ſed & pro quibuſcunque ſimilibus dicimus autem eas iniurias eſſe ſimiles, quæ maiores aut æquales ſunt l. neque de ll. & probat l. 3. eiuſdem tit. unde ſi quis dixerit (*ſois aleboſo, echicero, brujo, alcabuete*) eadem pœna tenebitur: quia hæc crimina proditori, hæretico, & meretrici æqualia ſunt, aut ſaltim non minora. Vnde cõtingit dubitari quid in eo admittendum ſit, qui Iudęum aliquem appellauerit? & Couar. lib. 1. uariarum cap. 11. num. 2. in fin. & Plaza dicto cap. 1. nu. 14. teſtantur eandem pœnam locum habere, & ita praxi eſſe receptam, & ita fuiſſe iudicatum Pegeira quęſtionum criminalium cap. 33. num. fin. à quibus deſentit Parladorus d. cap. 17. num. 8. Salazar de vſu, & conſuetudine Curiæ cap. 1. à num. 85. quibus ego libenter accedo, tum quia hoc conuitium *tu es Iudęus*. Simile non eſt hęreſi, cum non eo ſenſu obijciatur, quaſi ſectam Iudæorum ſequatur, ſed vt indiget ex genere Iudæorum deſcendere, vt latè probat Pegeira d. cap. 23. tùm quia in d. l. 2. pro conuitio illo (*tornadicos*) cui ſimile eſt id, de quo loquimur, diuerſa pęna, quam retractationis impoſita eſt.

Secundo obſeruandũ eſt, quod ſi cõuitiũ Titio obiectũ verum ſit, obijciens actione iniuriarũ non tenebitur. probat text. in l. eũ qui nocentem de iniurijs. melior tex. in l. 1. tit. 9. par. 7. quod in his conuitijs verũ eſſe intelligit Bart. ibi, quæ nota eſſe Reipublicæ expedit, vt ſi appellaſſem, latronem, hæreticum, ſpurium, aut ſodomitã, quod ſi conuitia nota eſſe non expediret, perinde iniuriarum actionem locũ habere affirmat, ac ſi falſa fuiſſent: arg. l. 2. C. quando, & quibus quarta pars debeatur, lib. 10. ſequũtur Alex. num. 6. & Iaſ. in l. 3. in principio de lib. & poſtbum. Abb. in d. c. cum te num. 27. vbi Felin. Boer. ſup. Clar. d. §. iniuria nu. 15. Ant. Gomeſ. 3. to-

mo

Digitized by Google

mo variarum cap.6.nu.2. Didac. Perez.in reg.1.tit.9.lib.8.ordinam. col.3. Salazar dicto cap.1.num.101.

Ego autem longè aliter ſe habere hanc rem, puto: nam cum in principio dixerim iniuriam ex affectu, & voluntate facientis conſiſtere l.3.§.1.de iniurijs, neceſſarium quoque eſſe affirmo, vt quoties animo iniuriādi conuitia inferūtur, ſine vlla diſtinctione an ſint vera, vel falſa, producant iniuriarum actionem. Facit text.in cap.cum miniſter in c. relegentes 23.q.5.l.3.C.de officio rectoris l.1.C.de famoſis libellis, & ita defendunt Couar. d.c.11.nu.6. Plaza d.c.1.nu.3. Pegeira d.c.13.n.9.& 16. Salcedo ad Bernard. Diaz in pract. d.c.16. litera B. & in regulis. reg.784. vbi latè Boſius in praxi tit. de iniurijs nu.3. Didac. Perez, & Parladorus, vbi ſupra, quia ita temperandum eſt, vt ſi conuitium verum ſit, licet teneatur cōuitians actione iniuriarum; tamen non ordinaria pœna, ſed aliqua extraordinaria puniēdus erit, ſiuè notum eſſe expediat Reipublicæ, ſiuè nō, vt reſoluunt Couar. Plaza, Salcedo, Parladorus, vbi ſupra.

9 Tertio obſeruandum eſt, quod licet iniuriam etiam abſenti fieri certiſſimum ſit l.item apud labeonem 15 §.conuitium de iniurijs l.1.tit.9.part.6. tamen vt is, qui abſens fuit, poſſit iniuriarum agere, neceſſarium erit, vt eo animo dicta conuitia ſint, quod in eius notitiam peruenirent, quod ex loco, & perſonis facilè erit depræhendere docet Couar. d.cap.11.nu.4. verſic. erit vero Parladorus num.14.

10 Quarto obſerua pro vna iniuria ſæpius repetita, in eadem rixa, vnicā tamen pœnam imponendam d.l.item apud labeonē §.ait prætor, vbi Bar. quod ſi diuerſæ ſpetiei plures iniuriæ obijcerentur, puta *ladron, cornudo, heretico*. tot eſſent pecuniarum mulctę imponendæ, quot iniurię fuerunt l. nunquam plura, vbi gl. ordinaria de priuatis delictis docēt Plaza d.c.1. num.17. Salazar de vſu, & conſuetudine Curiæ c.6.nu.18. Couar. tamen lib.2. variar.c.10.nu.8. indiſtinctè exiſtimat vnicā tantum pęnam imponendā, cuius ſententia in praxi ſeruatur, vt teſtatur Plaza, vbi ſupra, & hæc de iniuria, quæ verbo fit.

11 Scriptura vero duplicetur iniuria fieri poteſt, aut cum aliquid contumeliæ cauſa abſq; infamiæ tamen nota, in aliquē ſcribitur, vocādo eum ſtultum, claudum, aut luſcum, aut quid ſimile ludibrij cauſa, eo caſu eadem imponitur pęna, quæ pro verbali iniuria eſſet imponenda, vt docuit Vbeſenuechius Imparatitla ad tit. de iniurijs nu.19. aut ad infamiam alicuius impingitur ei delictum infame, & hæc iniuria appellatur famoſus libellus, in rubr. ff. de iniurijs, & C.de famoſis libellis: ſæpè enim quod irrogat infamiā, famoſum dicitur l.ſi quid de ſolutionibus l. non debet de dolo l.furti de is, qui notantur infamia, & cum hoc delictum grauius conuitio ſit, cum conſultò fiat, & diutius perſeueret in conſpectu hominū l.1.titul.9. part. 7. Seuerius quoq; puniri ſolet. Iure enim ciuili antiquo pœna capitalis fuit. Ita enim in duodecim tabulis ſcriptum erat, *ſi quis cantauiſſet, ſiuè carmen condixiſſet, quod infamiam faceret; flagitium uè alteri, capitale eſto*, vt ex Cicerone, & D Auguſtino referunt Alexand. ab Alex.lib.6.dierū c.10. Ottom ad ll.12. tab. pag.218. Ant. Auguſt.lib.de legibus ad eaſdem leges l.34. deinde hæc pœna mutata fuit, & ad icta fuſtium redacta, vt cōſtat ex Horat.lib.2. Epiſtolarū Epiſt.1. ibi, *pœnaq; lato malo quem nolet carmine quenquam deſcribi, vertere modum formidine fuſtis, ad benedicendum delectandumque, relati, eandemq; fuiſſe auguror. Corneliā de iniurijs non quod nominatim ea lex eam pęnam imponeret, ſed quia Iudicis arbitrio reliquit puniendum*, l.lex Cornelia §. fin. cum l. ſequenti de iniurijs. Hocq; quodam Senatus Conſulto additum fuit, vt de hoc crimine damnati eſſent inteſtabiles l ob carmen de teſtibus l. ijs qui 18.§.1. de teſtamentis, & tandem per Imperatorem iure 12. tab. pœna ſuſcitata fuit in l.1. C. de famoſis libellis, quę ita temperanda eſt, vt tunc mortis pœna locum habeat, quando crimen in libello contentum, in iudicio deductum, & probatum, vltimum ſupplicium mereretur; alias enim iudicis arbitraria pœna locum habet, prout eam l.1. interprætatur Accurſius ibi gloſ.1. quem ſequuntur Zinus Salicetus, & alij Plaza de delictis c.3. nu.2. Ant. Gomeſ.3. tom. variarū c.6. nu.1. Greg. Lopez in l.3. verbo *aquella pena* tit.9. par.7. Petr. Greg. lib.38. ſintagm.c.6.nu.3. Menoch. de arbitrarijs caſu 263. nu.48. in fin. gl. fin. in c.fi.5. q.1. & ibi Dominicus, & Archid.

12 Pontificum autem iure flagellorum, & excommunicationis pœna imponitur in cap.1.& fin.5.q.1. ſed hodie clerici deponuntur,

Digitized by Google

nuntur, vt notat Plaz. d. c. 1. nu. 4. Menoc. de arbitrarijs caſu 263. nu. 39. Silueſter in ſumma verbo libellus num. 5.

13 Regio vero iure famoſos libellos componentibus ea pœna imponitur, quæ diffamato eſſet imponenda, ſi crimen obiectũ probaretur in iuditio l. 3. tit. 9. part. 7. & tandem plurimum in ea re arbitrium Iudicis poterit, vt ex d. l. 3. conſtat, & docet Clarus lib. 5. ſentent. §. fin. q. 68. num. 25. De iure vero huius Regni ſi de iniurijs generaliter quæramus nulla eſt certa ſtatuta pęna, ſed Iudicis arbitrio remittitur, qui ſi ciuiliter agatur, prout agi poteſt, ex §. in ſumma inſtit. de iniur. & l. prętor. §. ſi dicatur ff. eodem. Certam imponere poterit pœnam habito reſpectu ad æſtimationem partis offenſæ, vt in conſtit. varietates tit. de conſideratione iniuriæ, temporis, & perſonarum cum ibi latè adductis per Afflict. & Grammat. in tract. delictorum titul. de iniurijs nu. 24. ſi autem criminaliter agatur; conſiderata qualitate, & perſona iniuriantis, & iniuriati, loci, temporis, & circumſtantium, arbitrio ſuo mitiorem, vel grauiorem imponere Iudex poterit, ex practica Regni communiter recepta per d. conſtit. varietates, & per conſtit. vt dignitatum ſub titul. de iniurijs nobilium, & perſonarum, & per d. §. in ſumma inſtit. de iniur. excluſa ſemper pœna mortis naturalis, quod te nemẽti.

Si vero dubitamus de pęna iniuriarum titulo particulari, nempè de famoſis libellis, certa & determinata eſt, nempè mortis naturalis á iure communi in d. l. vnica C. de famoſ. libell. & in dicta l. lex Cornelia §. ſi quis libellum, & probant Gram. ſup. nu. 29. Foll. in fragm. nu. 134. & Iul. Clar. in §. iniuria num. 7. & Baiar. in addit. ad eum. num. 5.

SVMMARIVM.

1 *Amor an excuſet à delicti pœna?*
2 *Amor à deliberatione priuat, & ſicut vinum, ita amor inebriat.*
3 *Amore captus furioſus dicitur, & qui per furorem agit, non dicitur delinquere, nec pro delicto punitur.*
4 *Par in parem non habet imperium.*
5 *Qui ſui ſuperioris mandato obediuit, culpa carere dicitur.*
6 *Impoſſibilium nulla eſt obligatio.*
7 *Amor puer dipingitur: quia eſt irrationalis, & ſtultus.*
8 *Expedit Reipubl. ne delicta remaneant impunita.*
Et opinio authoris, & reſolutio quæſtionis apponitur.

Amor an excuſet à delicti pœna?

QVÆSTIO XXX.

1 CVm amor ſit quædam furoris ſpecies, teſte Platone qui in phędro ſcribit quatuor eſſe illius ſpecies, inter quas amorem reponit, qui eſt à Venere, idcircò Poetæ paſſim amorem furorem vocant, & amantes furibundos, furentes, furioſos, Catullus in nuptijs Pelij, & Thetidis.

Heu miſere exagitans immitti corde furores.

Virgil. lib. 4.

Ardet amans Dido, traxitq; per oſſa furorem.

Et alibi eodem lib.

Quid vota furentem quid delubra iuuantur.

Et paulò poſt.

Vritur infœlix Dido totaq; vagatur vrbe furorem.

Ouid. in Epiſt. Helenæ ad Paridem.

Qua licet, & poſſum, luctor celare furorem.

Et Io. Metamorphoſ. de Mirrha loquẽs. *Exilijt gremio furibunda*, & Summus Pontifex in cap. cum in iuuentute de pręſumpt. hunc affectum furorem vocat, qui igneus amoris furor, adeo neſcit habere modum, quod regulariter dici ſolet furore amoris nihil eſt vehementius. Vnde merito dubitari poteſt an excuſet à delicti commiſſi pœna? In qua quæſt. Oldrad. conſ. 250. col. 2. verſ. Tertia conſideratio reſpondet leuius eſſe puniendum, qui pręnimio ardentioriq; amore quidquam deliquerit. Cuius etiam ſententiæ fuit Iul. Clar. lib. 5. §. fi. q. 6. num. 9. qui refert Caſſan. in conſuet. Burgund. fol. 39. nu. 13. dicentem quod in facti contingentia vidit quodammodo excuſari propter amorem

quandam

quandam mulierem, quę receptauerat res furatas ab amante ſuo, & ipſe Iulius Clar. refert fuiſſe in facti contingentia abſolutũ quendam, qui fecerat ſortilegia, & alios caſus d. nu. 9. refert, in quibus in facti contingentia fuiſſe abſolutos inquit amoris furore delinquentes.

2 Pro qua ſententia, nempè vt excuſari debeant à pœna, ſequentia pondero. Primo, quod adducit Palatios Rub. in repetitione rubr. de donat. §. 28. nu. 6. dicens quod cum amor priuet à deliberatione: quia ſicut vinum, ita amor ebriat, vt in principio inſtit. de ſucceſs. ſublatis, & dixit Sapiens. Eccleſiaſt. 19. *vinum, & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes*, & furore amoris nihil vehemẽtius inueniatur, vt in authen. quibus modis nat. effic. leg. §. illud col. 6. & iſte amor inter coniuges præſumatur ineſſe, vt in d. authen. ſequitur quod donationes factæ inter eos, præſumantur factæ conſulto calore amoris, & ideo non debent à iure approbari; ergo nec delicta puniri, quæ calore, furore, & impetu amoris ſunt commiſſa.

3 Secundo, nam amore captus furioſus dicitur, vt in d. auth. & ſupra latè probauimus. Sed qui per furorem agit, non dicitur delinquere, nec pro delicto punitur, clem. ſi furioſus de homic. l. infans ff. ad l. Cornel. de ſicar. etiam in crimine læſę maieſtatis l. famoſi ff. ad l. Iul. maieſt. igitur nec amore captus puniri debet.

4 Tertio, nam par in parem non habet imperium l. nam magiſtratus ff. de receptis arbitr. l ille à quo §. tempeſtiuum ff. ad trebell. ſed amor ita terræ, mariq; præeſt, vt quiuis alter Imperatorum, vt Alciat. elegantiſsimè libello emblematon. cecinit dum illius formam deſignat.

Altera ſed manu flores, gerit altera piſcẽ,

.ſ. vt terrę iura det, atq; mari, igitur huiuſmodi delinquentem amoris furore altera lege puniri non poterit: cum lege amoris permittente, & cogente, hoc fecerit arg. l. Gracchus C. ad leg. Iul. de adult.

5 Quarto moueor ex eo nam ille, qui ſui ſuperioris mandato obediuit, culpa carere dicitur l. is damnum dat §. 1. ff. de reg. iur. & ibi Detius l. liberorum §. vlt. ff. de his qui not. infam. l. iuſtè poſſidet ff. de acquir. poſſeſs., ſed amore captus eſt ipſius amoris ſeruus, vt cecinit Proper. lib. 2. ad Cintiam.

Libertas quoniam iam nulli reſtat amanti,

Nullus liber erit, ſi quis amare volet.

Ergo ſequitur euidenter hunc culpa carere, & ita non eſſe puniendum ob delictum amoris furore commiſſum.

6 Quinto illud ſuffragatur, nam impoſſibilium nulla eſt obligatio l. impoſſibiliũ ff. de reg. iur. reg. nemo poteſt in 6. cum alijs à me adductis in c. ſi. de pactis num. ſed impoſſibile eſt amoris ardore, ſeù furore captum ſe poſſe continere, quandoquidem nec ipſi phyloſophi poſſunt, vt in d. auth. quibus mod. nat. effic. leg. §. illud col. 6. igitur iure optimo excuſari debet à pœna.

7 Ex quibus hæc ſententia probari poterit, nempè amore ductum excuſari a delicti pœna, & quia, vt rectè inquit Boer. deciſ. 23. num. 76. Amor puer pingitur, quia eſt irrationalis, & ſtultus. Vnde ſtultus erit ille, qui amore capto dicit, vt quid illud feciſti? ſi quidem amoris furore captum illud feciſſe conſtat, veluti quando quis furore ductus in præcipitiũ vadit, quo caſu inſanum eſt ab eo exigere, vt quid in præcipitium iuit? cum nec ipſe ſciat, nec ſi ſciuiſſet, feciſſet ob vitandũ illud periculum, vel damnum ei ſequutũ.

8 Ne autem detur occaſio delinquendi abſoluendo in totum eos, qui amore obcecati delicta committunt, cum expediat Reipubl. ne delicta maneant impunita, l. ità vulneratus ff. ad leg. Aquil. cap. vt fame de ſententia excomm. cum Menoch. de arbitr. caſu 328. in principio in eam ſententiam venio, nempè vt aut non puniatur ex fundamentis proximè adductis, vel ſaltim puniatur mitiori pœna Iudicis arbitrio, qui ſecundum qualitatem delinquentis, delicti, & loci, & temporis, in quo deliquit, & merita cauſæ, attentis temporibus, præterito, & præſenti, poterit iudicare an amoris furore fecerit an non? & ſic an debeat in totum à pęna excuſari, vel ſaltim mitiori puniri?

FINIS:

Digitized by Google

INDEX
LOCVPLETISSIMVS
OMNIVM, QVAE IN HOC VOLVMINE
continentur, ordine Alphabetico compoſitus;

IN QVO PRIMVS NVMERVS PARTEM, SECVNDVS QVAESTIONEM, tertius numerum, & quartus paginam ſignificat.

A

ABbas Comendatarius, de quo in propoſita queſtione, debet admitti in capitulo Canonicorum Regularium, & in eo poteſt vocem, & votum ſuum præſtare. 1. 2. 13. 5

Abbas Comendatarius in comenda ſibi à Pontifice ad vitam conceſſa, habet ius, ac titulum, & poteſt præſentare ſicut alius qui titulum habet. 1. 2. 5. 4

Abbatiſſa, & moniales ſunt capaces iuris ſpiritualis quoad habitum. 1. 6. 8. 11

Abbatiſſa poteſt exercere iuriſdictionem Epiſcopalem ſaltim in habitu, & numer. ſeq. 1. 6. 5. ibid.

Abſens condemnari non poteſt regulariter. 2. 24. 9. 131

Abſens in his, quæ ſui vtilitatem reſpiciunt conſentire præſumitur. 2. 23. 6. 129

Abſens plerumque in iure noſtro accipitur pro citato contumace. 2. 24. 17. 133

Abſentis bona dirui per Iudicem poſſunt. 2. 24. 7. 131

Abſolutio præſenti ſolum conceditur. 1. 1. 6. 2

Abſolutoria lata in petitorio, an obſtet agẽti interdicto recuperandæ poſſeſſionis? 2. 4. 1. 79

Abſolutoria lata in petitorio, obſtat agenti interdicto recuperandæ poſſeſſionis. 2. 4. 7. 79

Abſque legitima cauſa appellari non licet. 2. 22. 5. 125

Abſque ſcientia, & patientia eius, contra quem acquiritur, non poteſt acquiri quaſi poſſeſſio rei incorporalis de iure Hiſpano. 2. 8. 3. 89

A contractu bona fide celebrato propter hoc ſolum, quod alter maiorem obtulit ponderationem, recedi non poteſt. 2. 27. 5. 145

Acta à delegato ignorante mortem delegãtis, non valent. 2. 3. 12. 76

Acta à delegato ignorante mortem delegãtis re integra, an valeant? 2. 3. 1. 75

Acta facta ante litem conteſtatam coram Iudice, an ſint iudicialia? 2. 33. 1. 157

Acta iudicialia an debeant exhiberi ei, qui præſens fuit in iuditio? 2. 34. 1. 159

Acta iudicialia apud actuarium ſunt, & eſſe debent in eius dominio. 2. 32. 9. 155

Acta iudicialia debent fieri coram tabellione ſi reperiri commodè valeat, & ſi non reperiatur, coram duabus perſonis fide dignis 2. 32. 12. ibid.

Acta iudicialia facta in vna inſtantia, an probent in alia quo ad eaſdem perſonas? 2. 36. 1. 162

Acta iudicialia quare publica dicantur? 2. 32. 5. 154

Acta iudicialia ſolent appellari acta priuatorum. 2. 32. 4. ibid.

Acta publica, de quibus loquitur text. in l. 2. C. de edendo, ſunt ſcripturę, quæ corã Iudice conficiuntur. 2. 32. 2. ibid.

Acta publica ſecundum ſtrictam ſignificationem dicuntur quæ pertinent ad vtilitatem Fiſci, aut Reipubl. 2. 32. 3. ibid.

Acta, quæ fiũt ante litis conteſtationem iudicialia dici rectè poſſunt. 2. 33. 9. 158

Acta vnius iudicij; in quo quis ſolutus eſt à

tutela, non probant ad remiſſionem alterius tutelæ, vel curæ. 2.36.4. 163
Actio ex contractu emphyteotico procedẽs, à iure ciuili originem habet 2.2.5. 74
Actiones ex legibus duodecim tabularum compoſitæ ſunt. 2.2.2. 73
Actiones quo iure proditę fuerint? 2.2.1. 73
Actiones regulariter à iure gentium proditæ ſunt. 2.2.6. 74
Actio pręſcriptis verbis non competit vtrique permutanti, ſed ei tumtaxat, qui ex parte ſua cõtractum adimpleuit rem tradendo. 2.13.16. 106
Actio quaſi Seruiana ex expræſsis quibuſcunque hypothecis conceditur; Seruiana vero pro rebus coloni datur. 2.12.18. 102.
Actor an poſſit compelli inſtrumenta ſua reo edere? 2.5.1. 81
Actore non probante, Reus, & ſi nihil pręſtiterit, venit abſoluendus, & num. 17. 2.6.14. 85
Actori imputari poteſt, quod ſuorum iurium cautelas, & probationes ſibi non parauit. 2.7.13. 88
Actor non tenetur edere nomina teſtium, & valet argum. de teſt. ad inſtrumenta. 2.5.5. 81
Actor, qui in poteſtate habet quandocunque reum conuenire, paratus & inſtructus ad Iudicem accedere debet; reus vero, qui inuitus trahitur, minus inſtructus præſumitur. 2.5.10. 82
Actor prætendens iuſtam cauſam eſſe, vt reus compellatur ſibi inſtrumenta edere, an teneatur eam probare? 2.6.1. 84
Actor mittitur in poſſeſsionem rerum rei abſentis propter eius contumaciam, & ex primo decreto cuſtos, ex ſecundo poſſeſſor efficitur. 2.24.8. 131
Actoris aſſertio dicentis ſe malitioſè inſtrumenta rei non petere, ſed quia aliundè veritatem habere non poteſt, an ſit ſufficiens cauſa, vt reus compellatur illam edere? 2.7.1. 87
Actus factus á minore ſcienter dicente ſe maiorem eſſe, valet, & ei non datur reſtitutio. 1.19.2. 36
Actus contra iuramentum factus, an ſit validus licet agens ſit periurus. 2.11.1. 95
Actus coram Prætore, & ſuperiore factus præſumitur ritè, & rectè factus. 1.24.4. 52.
Actus cum peccato celebratus, obligationem producit, ſi modo licita ſit materia. 1.21.12. 42
Actus ita præſumi debet geſtus vt valeat; non vero, vt pereat. 1.24.1. 51
Ad abbatialem dignitatem ordo ſacerdotalis requiritur. 1.2.7. 4
Ad acquirendam quaſi poſſeſſionem iuris incorporalis an ſit neceſſaria ſcientia, & patientia eius contra quem acquiratur. 2.8.1. 89
Adiectio fundi in cenſu an ſit loco hypotecę vel ſeruitutis, aut alterius iuris realis? 2.1.1. 70
Ad hoc, vt crimen læſæ Maieſt. committatur, requiritur quod is qui aliquid in principem machinatur ſit illi ſubditus. 3.1.5. 176.
Ad hoc vt pater acquirat ſibi ſoli; non vero ſibi, & filiæ ſimul actionem ex ſtipulatu ad repetendam dotem, neceſſe eſt vt ſtipuletur ex continenti quando dat dotem. 2.6.4. 84
Ad hoc vt quis verè religioſus dicatur, neceſſario requiritur, vt non ſolum voluntati, ſed etiam propriæ facultati ita renuntiet, vt nihil proprij habere, aut poſſidere ex poſt facto poſſit. 1.9.2. 16
Ad obtinendum in interdicto de itinere actuque priuato, neceſſaria eſt quaſi poſſeſſio ſeruitutis, & non requiritur ſcientia. 2.8.5. 90
Ad perpetuandam iuriſdictionem Iudicis delegati quæ requirantur? 2.33.8. 157
Ad præſcriptionem rerum corporalium, & ſeruitutis, & vſusfructus non eſt neceſſaria ſcientia eius contra quem acquiritur. 2.8.4. 90
Ad religionis profeſsionem requiritur ſpontea voluntas. 1.18.9. 35
Ad tranſlationem dominij attento rigore iuris ciuilis ſufficit cauſa habilis, ideſt voluntas domini; ſed attenta naturali æquitate, requiritur, quod talis cauſa ſit firma, & iuſta. 1.15.8. 28
Adulterij pœna quæ ſit de iure canonico? 3.5.8. 190
Adulterij pœna quæ ſit de iure ciuili, & quę in ea imponenda obſeruare debeat Iudex? 3.5.7. ibid.
Adulterij vindicatio, an ſit de iure naturæ? 3.5.6. ibid.
Adulterium quid ſit? 3.5.2. 189
Adulterium quomodo puniatur de iure Regio Hiſpano Neap. & Mediol. 3.5.9. 191
Aequalitas ſeruatur inter actorem, & reum in dilationibus concedendis. 2.5.18. 83
Aetas eſt quid incertum: nam quotidie fugit, & quotidie mutamur. 1.24.10. 53
Affini-

Digitized by Google

INDEX:

Affinitas ex illicita fornicatione contracta ſolum impedit matrimonium cũ conſanguinea in 1. & 2. gradu. 3.4.4. 187

Agens pro beneficio permutato, non tenetur probare permutantes ius habuiſſe in beneficio, ſed habitum, & communiter reputatum pro tali beneficio. 1.7.14. 13

Agenti interdicto recuperandę poſſeſsionis non poteſt opponi exceptio notoriæ, & liquidæ compenſationis. 2.4.4. 79

A iure gentium omnes ferè contractus dimanarunt. 2.2.9. 74

Aleatores quomodo puniantur iure Regio Hiſpano, & Neapol. 3.23.7. 228

Alienatio rei minoris facta ſine decreto non valet, confirmatur poſtea veniente maiori ætate. 1.13.8. 24

Alienatio perempta inſtantia valet. 2.36.3. 163.

Amor à deliberatione priuat, & ſicut vinum ita amor inebriat. 3.30.2. 248

Amor an excuſet à delicti pœna. 3.30.1. 247.

Amore captus furioſus dicitur, & qui per furorem agit, non dicitur delinquere, nec pro delicto punitur. 3.30.3. ibid.

Amor puer dipingitur: quia eſt irrationalis, & ſtultus. 3.30.7. ibid.

An ſit differentia inter ius canonicum, & ciuile quo ad hoc, vt appellatio ab interlocutoria admittatur, vel non. 2.22.14. 127.

An contra tertium poſſeſſorem via executiua, ſicut cõtra principalem debitorem, vel ordinaria agendum ſit. 2.1.15. 72

Apoſtaſia quid ſit, & quotuplex? 3.15.1. 210

Apoſtaſiæ crimen iure ciuili quomodo puniatur? 3.15.2. ibid.

Apoſtaſiæ primæ pœna quæ ſit iure pontificio. 3.15.4. ibid.

Appellanti non licet alias cauſas proſequi, quam nominatim expreſſas in appellatione ſua. 2.22.6. 125

Appellaſſe dicens, tria probare tenetur. primo appellaſſe, ſecundo ex legitima cauſa, tertio infra tempus legitimum ad appellandum. 2.6.10. 85

Appellatio eſt defenſio, & an tolli poſsit. 2.24.4. 171

Appellatio interponi debet in præſentia Iudicis ſi eius copia haberi poſsit. 2.22.8. 125

Appellatio interpoſita in abſentia Iudicis valet. 2.22.8. ibid.

Appellatio ſine grauaminis expreſsione non valet. 2.22.4. ibid.

Appellatio vaga, & generalis in iure admittitur. 2.22.2. ibid.

Appellatione clericorum parochialis Eccleſiæ, non veniunt clerici collegiatæ. 2.38.2. 167

Appellatione hæreditatis non continetur propriè bonorum poſſeſsio, ſed impropriè. 2.17.21. 115

Appellatione inſtrumentorũ rationes quoque veniunt. 2.5.8. 82

Appellatione monachorum, ſeù canonicorum, Abbas ſeù caput illorum continetur, ſicut nomine decurionum præſes. 1.2.3. 4

Apud veteres omnium rerum alienatio fiebat venditione vera, vel imaginaria. 2.14.3. 107

Arbiter, vt poſsit iudicare contra expræſſam mentem partis, iniquum videtur. 2.10.3. 93

Argumentum ab ordine literæ in iure receptiſſimum eſt, & quare. 1.4.7. 8

Aſſaſſini iure Pontificio pœnam excommunicationis, depoſitionis ab officio, ordine, & dignitate incurrunt ipſo iure, & diffidati cenſentur à populo Chriſtiano. 3.28.7. 241

Aſſaſſini ſunt qui pecunia, alio vè prętio hominem occidunt; vel occidere faciunt. 3.28.2. ibid.

Aſſaſſinis effectu non ſequuto, an ſit imponenda pœna ordinaria? 3.28.5. ibid.

Aſſaſsinium quid ſit, & vnde dicatur? 3.28.1. 240

Aſſaſsinium nõ aliter dicitur, quam ſi interficiatur Chriſtianus mandato præcedente. 3.28.3. 241

Aſſaſsinium quomodo puniatur iure ciuili? 3.28.6. ibid.

Aſſociari non debet ille, qui diuerſæ profeſsionis eſt capitulo alterius religionis. 1.2.10. 5

Aſcendentes paterni, & materni pariter ſuccedunt deſcendentibus. 2.9.9. 92

Attento latino ſermone res iudicata dicitur ſententia infra tempus datus ad appellandum, ſed non attenta iuris diſpoſitione. 2.29.4. 150

Authores qui de materia remiſsionis penſionis ob ſterilitatem tractant. 2.26.4. 141

Authores qui tractant ſi Aduocatus accipiat ſalarium à duabus partibus quolibet anno pro patrocinio in cauſis præſtando, & ambæ partes ſint in lite vna inuicem contrariæ, cui tenetur ſeruire. 2.31.1. 152.

Authores qui tenent regem poſſe res, & iura ſui regni alienare, referuntur. 2.15.11. 110.

Authoris ſententia reſoluentis regem non poſſe alienare vnam ciuitatem, aut villam ſui Regni, nec in foro interiori nex exteriori traditur. 2.15.12. ibid.
Authoris opinio, & reſolutio quæſt. an amor excuſet à delicti pœna apponitur, 3.30.8. 324
Authores qui quæſtionis, an actus contra iuramentum factus validus ſit, licet agens ſit periurus, negatiuam tenent, referuntur, 2.11.15. 96
Auus paternus, vel maternus an ſuccedat nepoti ſine vlla bonorum diſtinctione, vel ſeparatione. 2.9.1. 91
Auus paternus, & maternus nepoti æqualiter ſuccedit ſine vlla bonorum diſtinctione, 2.9.6. 92

B

BAld. tenet quod ſi alicui vigore ſtatuti erit amputanda manus, & manum non habeat in alio membro erit puniendus. 2.20.13. 121
Bannitus capitali banno pro mortuo habetur. 2.21.8. 123
Bannitus extra protectionem iuris communis eſt, & factus alienus à communibus legibus. 2.21.7. ibid.
Bannitus perdit ius agnationis, & filiationis. 2.21.6. ibid.
Bannitus perdit iura, & beneficia inducta à legibus, ſeu ſtatutis illius ciuitatis, à qua bannitus fuit. 2.21.2. ibid.
Banniti qui impunè occidi poſſunt habentur pro penitus extraneis, & peregrinis. 2.21.9. ibid.
Beneficia regularia non poſſunt concedi niſi verè regularibus. 1.10.6. 19
Binas nuptias contrahens quomodo puniatur de iure ciuili? 3.9.3. 198
Binas nuptias contrahens iure Regio quomodo puniatur? 3.9.5. ibid.
Binas nuptias contrahens quomodo à pœna excuſari poſſit? 3.9.6. 199
Binas nuptias contrahentibus quæ ſit pœna de iure canonico? 3.9.4. 198
Binas nuptias contrahere interdictum eſt iure naturali, diuino, canonico, ciuili, & Regio. 3.9.1. ibid.
Blaſphemia quid ſit, & quomodo committatur delictum iſtud? 3.14.1. 208
Blaſphemantes quomodo puniantur iure diuino? 3.14.2. ibid.
Blaſphemantibus quæ ſit impoſita pœna iure Pontificio? 3.14.3. ibid.
Blaſphemantes quomodo puniantur iure Regio Hiſpano, & Neap.? 3.14.4. 209
Blaſphemię criminis accuſatio quibus competat? 3.14.5. ibid.
Bona feudalia ſcilicet indiuiſibilia, & cum onere perpetuo recognoſcuntur à dominis. 1.5.3. 9
Bona grauata onere memoriæ, aut anniuerſarij perpetui, an ſint affecta ſua natura vinculo maioratus. 1.5.1. ibid.
Bona maioratus confiſcari non poſſunt ob crimina etiam atrociſsima. 2.19.5. 117
Bona maioratus an poſsint ammitti ob crimen hæreſis, & ſimilia. 2.19.1. 116.
Bona maioratus ſunt ſui natura in alienabilia. 2.19.17. 118
Bonorum poſſeſsio an differat ab hæreditate. 2.17.1. 113
Bonorum poſſeſsio eſt iuris; actus autem illius eſt facti. 2.16.15. 112
Bonorum poſſeſsio eſt ius proſequendi. 2.18.5. 116
Bonorum poſſeſsio non eſt ius proſequendi in iuditio. 2.18.6. ibid.
Bonorum poſſeſsio non eſt retentio, & perſequutio; ſed ius, & facultas proſequendi, & retinendi. 2.16.14. 112
Bonorum poſſeſsio, & hæreditas differunt diffinitione. 2.17.6. 114
Bonorum poſſeſio, & hæreditas differunt origine, & nomine. 2.17.9. ibid.
Bonorum poſſeſsio petita, & agnita, per ſeruum acquiritur domino ratam habenti agnitionem. 2.16.12. 112
Bonorum poſſeſsionis beneficio, vt quis gaudeat, probare debet iuditium admittentis. 2.6.13. 85
Bonorum poſſeſsionis nomen iuris eſſe traditur. 2.16.4. 111

C

CAnonicus, qui non eſt ſaltim in ordine Subdiaconatus conſtitutus, non habet vocem in capitulo. 1.2.8. 4
Captiuus duorum ab vtroq; ſimul vocatus, obedire tenetur illi, cuius vocatio prius ad aures ſuas peruenit. 2.31.8. 153
Carcerati fugientes ſiuè cũ carceris fractura, ſiuè non; non habentur pro confeſsis, nec puniendi ſunt pœna ordinaria delicti proquo erant detenti. 3.19.3. 218
Carceres frangentibus, quę imponatur pęna de iure Regio Hiſp. & Neap. 3.19.5. ibid.
Carceres frangentes quomodo puniantur de iurę ciuili? 3.19.3. ibid.

Carce-

INDEX.

Carcerum effractores ad quid tenentur iure Pontificio? 3. 194. 218
Cartuſianorum religio alijs præfertur, & quare? 1.8.1. 14
Cauſa reconuentionis veluti acceſſoria principali conuentioni reputatur vnum, & idem cum illa. 1,28.2. 61
Cautio de reſtituendis vſuris non requiritur pro forma, vt fiat tẽpore quo teſtamentũ fit 1.13.4. 24
Ceſſante ratione legis ceſſat illius diſpoſitio. 2.24.4. 131
Charitas bene ordinata incipit a ſe ipſo. 1. 27.5. 59
Citatio eſt quid præparatorium ad iudiciũ. 2,33.11. 204
Citatio tunc demum iuris naturalis eſt, & tolli non poteſt a Principe quotiens eſt neceſſaria ad iuſtam alicuius defenſionem, & ius ſuum illi tribuendum. 2. 24. 18. 133
Citatus legitime & cõtumax, reputatur præſens quoad condemnationem. 2. 24. 19. ibid.
Clerici patres & ſuperiores laicorum dicuntur. 1.28.8. 62
Clerici, & moniales religionum militarium officiorum ciuilium incapaces ſunt. 2.38.1. 167
Clerici fœminili habitu vtentes quomodo puniantur? 3.10.5, 200
Clerici hęretici quomodo puniatur. 3.13.11. 206
Clerici proximos verbis iniuriantes iure Pontificio quomodo puniantur. 3. 29. 7 244
Clerici ſęcularibus negotijs immiſceri non debent. 1,6.3. 10,
Clericorum ſtatus an ſit dignior, & perfectior ſtatu religioſorum. 1.4.1. 4
Clericum percutiens ſententiam ipſo iure excommunicationis incurrit. 3. 25. 5. 231
Clericus concubinarius qua pęna punitur. 3.7. 5. 195
Clericus aleator publicus iure Pontificio beneficium obtinere non poteſt, & ſi de facto ei conferatur, collatio erit nulla. 3.23.6. 226
Clericus falſarius literarum Imperatoris quomodo puniatur iure Pontificio. 3.24.4. 228
Clericus falſificans literas Apoſtolicas, quã incurrat pœnam. 3.24. 5. ibid.
Clericus homicida facit fructus ex ſuis beneficijs perceptos, ſuos quouſque per ſentẽtiam priuetur. 3.25.17. 233
Clericus homicida poteſt beneficio renunciare in fauorem alicuius quouſque per ſententiam priuetur. 3.25.16. ibid.
Collegialis priuatus ſubſidio totius annui, vel portione totius diei vigore alicuius ſtatuti, ſi in ſimilem pęnam vigore alterius ſtatuti eodem anno vel die incidat, an debeat puniri alia pęna, vel prima primi lapſus ſufficiat? 2.20.1. 119
Commiſſo delicto neceſſario debet ſequi pœna ex legis diſpoſitione. 2.20.3. 121
Communem DD. ſententiam exiſtimantiũ per ſecundum reſciptum nõ extingui primum ipſo iure, veriorem eſſe, dicitur. 1.12.7. 22
Compenſatio ab homine oppoſita, ipſo iure fit, & excommunicatis omnis defenſio permittitur in iudicio. 1.29.5. 64
Compenſatio mutua petitio dicitur, & mutua petitio reconuentio eſt. 1.29.1. 63
Compenſatio ſolutio eſt. 1.29.4. ibid.
Conciliantur lex 10. tit.6. lib.3. fori, & l.1 tit.8. lib.5. recop. Regni Hiſpani. 2.9.11. 92
Conciliantur regula in iudicijs, & regula fauorabiliores in 6.2.5.12. 82
Conciliantur tex. in capite gratum, & in c. relatum de officio delegati. 2.33.10. 158
Conciliatio communis regulę in iudicijs, & reg. fauorabiliores improbatur, & alia verior aſſignatur. 2.5.13. 82
Concubinarij iure regio quomodo puniantur? 3.7.8. 196
Concubinarius quis & quando dicatur? 3.7.1. ibid.
Concubinis, quæ veniat imponenda pœna iure Pontificio. 3.7. 3. ibid.
Concubinarius publicus, & notorius quis dicatur. 3.7.6. ibid.
Conditio impoſſibilis affirmatiua vitiat contractum, cui adijcitur, ſecus negatiua. 2.25.1, 36
Conditio Impoſſibilis an vitiet actum, cui adijcitur? 2.25.5. ibid
Cõditio impoſſibilis poſſibilis à defuncto habita, reijcitur ac ſi vere eam impoſſibilem eſſe ſcierit. 2.25.21. 139
Conditio impoſſibilis quæ ſit, & quot illius ſpecies. 2.25.12. 137
Conditio rem dandi adiecta contractui emptionis, & venditionis efficit, vt transeat in permutationem. 2.13.11. 105
Conditio rem dandi appoſita contractui empt. & vendit. an vitiet ipſum? 13. 1. 103
Conditio *ſi probauerit ſe filium teſtatoris eſſe*

eſſe impoſſibilis reputatur.2.25.8. 137
Conditionum poſſibilium alia poteſtatiua, alia cauſalis,& alia mixta.2.25.10. ibid.
Confeſſio facta á clerico reconuento apud iudicem ſecularem an valeat? 1.28.1. 60
Coniugati ſe ſibi inuicem debent. 1.23.4. 46
Coniuges ad inuicem religionem profitendo poſſunt ſeparari; non vero vno in ſeculo manente.1.23.8. 47
Coniuges copula ſequuta ad inuicem religionem profitendo ſeparari poſſunt, aliter vero non 1.23.19. 51
Coniugatus an committat adulterium, ſi accedat ad ſolutam.3.5.3. 189
Conſtitutio ſeruitutis facta ab vno ex ſocijs non tenet: ſed confirmata ab alijs, conualeſcit.1.13.7. 24
Contenti eſſe debemus pœnis in legibus impreſſis.2.20.16. 121
Continuo pœnitere quando quis dicatur vt curiæ ſeculari non tradatur ad infligendam pœnam corporalem.3.13.12. 206
Contrahentes ſub impoſſibili conditione nullum conſenſum, neque animum ſe obligandi habere intelliguntur. 2.25.3. 136
Contractus mutui celebratus ſub conditione eandem rem reddendi, efficitur commodatum aut depoſitum.2.13.5. 104
Contra omnes tenetur vaſſallus Dominum iuuare etiam contra patrem filium, & fratrem, niſi contra alium Dominum antiquiorem.2.31.7. 153
Contra tertium poſſeſſorem rei cēſui ſuppoſitæ agi poteſt directo pro redditibus decurſis, antequam exequatur principalis debitor.2.1.14. 71
Contumacia delictum eſt,& aduerſus contumacem omnia iura clamant.2.34. 159
Contumacia,& mora ſua cuilibet eſt nociua 2.24.5. 131
Contumax non debet eſſe melioris conditionis quam obediens. 2.34.2. 159
Contumax vt audiatur, expenſas reficere tenetur.2.34.7. 160
Creditor cenſus conſtituti ſuper tribus prædijs, ſi ad tres ſingulares ſucceſſores deuenerint,contra vnumquemque poteſt pro redditibus decurſis inſolidum agere. 2.1.19. 72
Creditor expenſas facit in re communi,ſi illas facit in re pignoris ſibi data pro recolligendis fructibus ex ea.2.37.6. 165
Creditor ſi promiſit vendere, & debitor legauit pignus an valeat legatum. 2. 14. 7. 108
Creditor tenetur reſtituere debitori fructus perceptos, & quos percipere poterat ex re pignorata.2.37.11. 166
Crimē læſę Maieſtatis committit qui ſciens contra Principem ſuam machinationem fieri, non reuelauit,& qua pœna puniatur? 3.1.6. 176
Crimina omnia ex tertij iniuria,& præiuditio extimanda ſunt.3.5.1. 189
Cuicunq; licet peccato voluntario alterius, vti in bonum proprium. 1. 21.7. 41
Cum ad indubitatam probationem inuentū fuerit tabellionis officium,eius inſtrumēto omnimodo fides adhibenda erit, ſi teſtes fuerunt adhibiti.3.21.4. 223
Cum lata culpa (præter voluntatem tamen) homicidium contingit, quomodo puniatur? 3.25.20. 234
Cum quid alicui conceditur conceſſum tacite intelligitur omne id, quod competit ex officij contemplatione, & ſine quo illud exerceri non poteſt.1.2.1. 4
Cum teſtamenti validitas in dubium reuocatur, ante omnia quæritur, an teſtator habilis fuerit ad teſtandum, deinde an teſtamentum habeat debitam formam? 1.24. 9. 52

D

Damnum caſu fortuitu contingens, a nullo præſtatur.2.26.2. 141
Debitor dolo, & in fraudem creditorum non ſoluendo effectus ſi poſt ceſſionem bonorū perueniat ad pinguiorem fortunam poteſt conueniri inſolidum vſq; ad perā, & ſacculum non deducto ne egeat. 1.27.2. 58
Debitor, qui ſoluit debitum, poteſt repetere inſtrumentum obligationis.2. 5.11. 82
De cauſa hæreſis tanquam eccleſiaſtica Iudex ſecularis cognoſcere prohibetur. 1.30.4. 64
Deciſio Conc.tolet.relata in c.clerici 19. q. 1.refertur.1.4.4. 7
De filijs dictum an habeat locum inſiliabus, quoad huius criminis læſæ Maieſt.pœnā? 3.1.12. 178
De iure Regio Hiſpano omnia inſtrumenta habent paratam exequutionem licet deficiat clauſula guarentigia.2.1. 18. 72
Delictum non præſumitur,niſi probetur. 1.20.1. 38
Deportatus perdit omnia,quæ ſunt de iure ciuili, & quia retinet ea, quæ ſunt iuris gentium,retinet etiam actiones.2 2.7. 74

De ſimilibus idem eſt iudicium.1.25.2. 54
Dictio apud præſentiam denotat. 2.23.4. 129.
Dictio & inter diuerſa conſtituitur.2.1.12. 71
Dictio, & quandoq; ponitur pro *id eſt*. 2.40.15. 173
Dictio *pœnitus* quando inducat nullitatem ipſo iure?1.12.5. 22
Dictio *ſi* aliquando ponitur pro *quia*. 2.39.8. 170
Dictio *ſi* conditionem importat, & eſt futurus euentus, in quem diſpoſitio ſuſpenditur.2.39.2. 169
Dictio *ſuper* denotat hypothecam. 2.1.2. 70
Dictio *tantum* nihil operatur circa illud, quod erat alias de iure diſpoſitū.2.10.10. 94
Differentia quæ ſit inter conditionem poteſtatiuam, & mixtam?2.25.11. 137
Diffidationis pœna contra clericos quoque locum habet.3.28.9. 242
Diffinitio dat eſſentiam rei diffinitæ, & verbum *continere* proprietatem ſignificat. 2.17.4. 114
Diſpendia litigantium ſunt Vitanda. 1.7.8. 13.
Diſpoſitio odioſa concepta erga religioſos, non comprehendit niſi eos, qui ſecundum proprietatem vocabuli, & verborum religioſi dicuntur.2.38.5. 167
Diſpoſitioni magis repugnat pactum cōtra ſubſtantiam, quam impoſſibilis conditio. 2.13.4. 104
Diſpoſitum in vno ex diuerſis, non cenſetur diſpoſitum in alio.1.16.9. 32
Diſtintio Alex. & Det. pro cōcordia vtriuſq; opinionis aſſignatur circa acta in vno iuditio facta an faciant fidem in alio quo ad diuerſas perſonas.2.35.9. 161
Diſtintio prædictorum Alex. & Det. improbatur.2.35.10. ibid.
Diſtintio quædam pro reſolutione quæſtionis an abſolutio ab excommunicatione poſſit dari inuito excommunicato, & n. 10. & 11.1.1.9. 2
Diſtinctio quędam Romani refertur, & improbatur.2.11.16. 96
Diſtinctio Ant. Gab. tanquam verior admittitur.2.11.17. ibid.
Diuerſum eſt mouere terminos, vt lapides ſu retur, & mouere, vt prætendat quis limites.3.22.3. 224
Diuortium eſt duplex vnum quo ad vinculū, alterū quo ad cohabitationē.1.23.11.48
Donatio abſenti facta valet, ſi ſciens factus fuerit donatarius Abſens.2.30.6. 151
Dolo ad religionis profeſſionem inducti, in ea perſeuerare coguntur. 1.19.1. 35
Dolo facit, qui petit, quod reſtituere tenetur eidem.1.21.5.41. & 2.4.11. 79
Doloſa perſuaſio dici non poteſt, per quam inducitur quis ad religionis profeſſionē. 1.19.12. 37
Doloſa perſuaſio plus eſt, quam violenta coactio.1.19.8. 36
Dolus dans cauſam actui etiam manumiſſionis, reddit illum ipſo iure nullum. 1.19.5. ibid.
Dolus in ſpiritualibus non annullat actum ſi fuerit inductus ad bonum.1.19.3. ibid.
Dolus non pręſumitur, niſi probetur.1.20.3. 39
Dolus præſumi in aliquibus caſibus probatur. 1.20.6. ibid.
Dotis cauſa merè profana eſt, & ideo coram ſeculari tractanda.1.30.10. 66
Duobus equale ius habentibus, occupantis, aut alio modo præuenientis, potior validiorque conditio eſt.2.31.5. 153
Duplex eſt metus, probabilis, qui excuſat, & non probabilis qui non excuſat, & qualis ſit metus probabilis, qual *is* vero non probabilis.2.40.8. 172
Durante cauſa metus, & cauſa proteſtationis per actum contrarium coōſenſus, reus ſibi non præiudicat.2.22.11. 126

E

Ea, quę iuris ſunt, ad hæredes tranſeunt 2.16.5. 111
Ea, quæ per mortem alicuius tranſeunt ad filios, eius non vt ad hæredes, ſed vt ad filios, tranſeunt ad eos, etiam ſi pater non ſit naturaliter mortuus, ſed tantum ciuiliter.2.19.10. 117
Ea quæ non tranſeunt ad extraneum hæredem, nec ad fiſcum pro confiſcatione trāſire poſſunt, & nu.9.2.19.7. ibid.
Ea, quæ ſine corpore exiſtunt iuris ſunt. 2.16.2. 111
Ea, quæ ſunt indiuidua, non poſſunt ad plures peruenire, ſed ad vnum tantum, ſcilicet maiorem ob priuilegium ętatis.1.5.6. 9
Editio actorum iudicialium deſeruit ad inueſtigandam veritatis fidem.2.35.1. 160
Edictum de teſtamentis eſt prohibitorium, & ideo omnes teſtamenta facere poſſunt, niſi expreſſè prohibeantur.1.14.2. 25

Ele-

Digitized by Google

Elegans quædam diſtintio aſſignatur pro re ſolutione quæſtionis an profeſſio religionis præſumatur in dubio facta in legitima ætate.1.14.11. 53
Electio facta aliquibus abſentibus,& non vocatis,non valet,ſi tamen poſtea vocentur, & conſentient electioni,reconualeſcit. 1.13.6. 24
Emptio& venditio eſt cõtractus,nominatus qui ſoloconſenſu fit; permutatio vero eſt innominatus, qui nudo conſenſu obligationem non producit.1.13.14. 105
Emptio locationi comparatur,eiſdemq; iuris regulis conſiſtere dicitur.2.16.5. 141
Emptionis appellatione cõtractum emptionis & venditionis tantum complecti,nullique alij conuenire aut adaptari poſſe probatur.2.14.4. 107
Emptione perfecta periculum ad emptorem pertinet etiam ante tradditionem.2.26. 10. 141
Eodem ordine,modo, & iure ſucceditur in maioratum quo in regnum.2.19.2. 116
Epiſcopi iure diuino fuerunt inſtituti,& loco Apoſtolorum ſubrogati, & eorum vices in terris gerunt.1.3.3. 6
Epiſcopus abſq; licentia Sum.Pont. Epiſcopatum deſerere non poteſt, etiam ſi in arctiorem religionem vellet ingredi.1. 8. 6. 15
Epiſcopus an poſſit diſpenſare ſuper irregularitate commiſſa per homicidium caſuale?3.25.14. 235
Equiparatio debet eſſe diuerſorum,& nullũ ſimile eſt idem.2.17.19 115
Equites Hieroſolymitani continui ſunt milites defenſioni Fidei Catholicæ ſemper parati.1.10.4. 18
Equites Hieroſolymitani vere religioſi ſunt & priuilegio fori,& canonis gaudẽt poſtquam triplex ſollemne votum emittunt. 1.10.1. 18
Equites Hieroſolymitani non poſſunt ad officia ciuilia aſſumi ſtante ſtatuto,quod religioſi ad illam non aſſumantur; aliorum autem ordinum militarium, equites poſſunt.2.38.9. 168
Equites militares harum religionum non eſſe veros religioſos extimarunt nonnulli theologi.1.10. 19
Equites Sancti Iacobi Alcantaræ, & Calatrabæ an ſint vere religioſi.1.10.5. ibid.
Equites Sancti Iacobi Alcantaræ, & Calatrabæ,quæ,& quando vota emittant in profeſſione ſuarũ religionũ.1.10.7. ibid.
Equites Sancti Iacobi,Alcantaræ, & Calatrabæ etiam poſt emiſſa ſuę religionis vota poſſunt vxorem ducere.1.10.9. ibid.
Equites Sancti Iacobi Alcantarę,& Calatrabæ priuilegio canonis gaudent.1,11.8. 21
Equum eſt,vt cui prius aduocatus promiſit, perſonaliter ſeruiat,ſecundo vero per ſubſtitutum.2.31.10. 153
Error omnino remouet conſenſum.2.25.16. 138
Error potius quam dolus præſumitur.1.20. 5. 38
Etiam propter inopiam probationum ſerui contra dominum interrogari valent.2.7. 7. 88
Ex actu,cui lex reſiſtit,an transferatur dominium.1.15.7. 28
Ex cauſa licet a regulis iuris com. recedere. 2.7.11. 88
Exceptio excõmunicationis infra dies octo debet probari,a die quo fuerit oppoſita. 2.5.3. 54
Exceptio expoliationis & rapinæ debet probari infra dies quindecim ab eo,quo oppoſita fuerit.2.25.1. ibid.
Exceptio firmat regulam in contrarium. 2.7.12. 88
Exceptio rei iudicatæ obſtat quoties eadem quæſtio inter eaſdem perſonas reuocatur 2.36.5. 163.
Exceptio ſupponit actionem.2.18.7.34. & 2 40.6. 172
Exceptiones, quæ libellum ſeu ipſam cauſã reſpiciunt,regulariter poſt litẽ conteſtatã non admittuntur.2.33.3. 157
Excipiens de compenſatione agere dicitur, & reconuentio eſt mutua petitio, in quibus actor non tenetur reo edere inſtrumenta.2.5.21. 83
Excommunicatio eſt medicinalis, & tunc ea vtendum erit,quando ad animæ ſalutẽ profit.1.1.2. 1
Excommunicatio non ſolum profertur ad medicinam inhobedientis, ſed etiam totius communitatis eccleſiæ.1.1.5. 2
Excommunicatus in obediens, & pertinax non abſoluitur, ſed curiæ ſeculari tradditur.1.1.8. 2
Excommunicatus ne indureſcat abſolui debet.1.1.3. ibid.
Excommunicatus per exceptionem repellitur.1.29.3. 63
Excommunicatus petere non poteſt, ſicut nec agere.1.29.2. ibid.
Ex conuentione facta cum aduocato oritur obligatio præſtandi conſilium, & auxiliũ clientulo in cauſis & litibus ſuis.2.3.6.153

Ex

Ex copula etiam illicita contrahitur affinitas inter contrahentes & eorum conſanguineos.3.4.3. 187
Ex delicto nemo facit conditionem ſuam meliorem.2.34.3. 159
Ex diſpari obſeruantia in eodem loco ſcandalum generatur.1.2.9. 5
Ex duabus pręſumptionibus contrarijs efficacior excludit aliam minus efficacem. 1.15.11. 29
Exemplatum non oportet, quod ſit perfectius exemplari.1.1.2. 20
Ex emptione,& venditione ſolo conſenſu celebrata, naſcitur vltro citroq; obligatio, & hinc inde actio exempto, & vendito. 2.13.17. 106
Ex his, quę ſunt facti, non poteſt fieri aliquid iuris cũ generatio ſit ſimilium.2.16.6. 111
Ex incendio leuiſſima culpa exorto, non damnantur domum habitantes ad emendationem damni vicinorum.3.20.5. 220
Ex iuramento promiſſorio an oriatur actio. & n.11.1.21.3.41. & 41
Ex onere perpetuo non inducitur fideicommiſſum perpetuum.1.5.4. 9
Expenditur tex. in c.cum ad ſedem de reſtit. ſpoliat.2.10.7. 94
Expenditur tex. in l. nec in arbitris §. ſed & ipſe C. de arbitris.2.10.6. ibid.
Expenſæ factæ infirmitatis conductoris cauſa, ſunt etiam deducendæ antequam pro penſione domino prędij reliquum applicetur.2.12.10. 102
Expenſę factę in ędificando in ſolo alieno, cedunt ſolo.2.37.5. 165
Ex permutatione nulla nominata, & propria naſcitur actio, ſed ex pręſcriptis verbis, quę quare ita dicatur ibi dicitur, ex emptione vero naſcitur actio nominata exempto, & vendito.2.13.15. 106
Expedit reipub. ne delicta remaneant impunita.3.30.8. 248
Explicatur lex quoties ff. ſolut.matr.2.6.15. 85
Explicatur lex.2.C. de petitione hęreditatis. 2.6.16. ibid.
Explicatur tex. in c.audita de reſcriptis. 2.3.21. 18
Explicatur tex. in c.1.& in c.in literis de reſtitut.ſpol.& n.13.2.4.12. 80
Explicatur tex. in l.1.§.edenda.ff. de edendo. 2.5.19. 83
Expreſſio eorũ, quę tacite inſunt, nihil operatur. 2.39.4. 169
Ex quolibet delicto oritur duplex accuſatio altera criminalis ad pęnam corporalem altera ciuilis ad reſarcienda mala, & intereſſe parti.3.25.12. 232
Ex ſola abſentia & taciturnitate non pręſumitur conſenſus etiam in lucratiuum niſi concurrat alius actus poſitiuus, vel ſigna exteriora cõſensũ inducentia.2.23.7. 129
Ex ſponſalibus ante copulam non oritur impedimentum affinitatis,3.4.5. 187
Ex verbis narratiuis facti non poteſt ſumi argumentum.2.28.8. 148
Ex vinculo coniugali conſtat fides, ex qua hoc attenditur ne quis vxore dimiſſa alteram ducat.1.23.9. 47

F

Facilius probatur manifeſtum, quam occultum.1.25.5. 55
Facilius quis reaſſumit ius, ꝙ in beneficio habebat, quam de nouo acquirat.1.7.7. 12
Facilius impeditur faciendum, quam irritetur iam factum.1.14.3. 25
Falſarij quomodo puniantur iure ciuili. 3.24.3. 228
Falſificans litteras iudicum inferiorum quã incurrant pęnam? 3.24.6. ibid.
Falſificantes ſeù vtentes falſitate quomodo puniantur iure Reg.Hiſp.3.24.7. ibid.
Falſitas debet eſſe alteri nociua, vt falſi pœna locum habeat.3.24.2. ibid.
Falſitatem fabricantibus & literis falſis vtẽtibus quæ ſit impoſita pœna de iurę huius Regni.3.24.8. ibid.
Falſum committentes quomodo puniantur iure Reg.Hiſp.& Neap.3.21.7. 223
Falſum committit, qui falſis literis etiam ignoranter vtitur.3.24.1. 227
Fauorabiliores ſunt rei potius quam actores 2.5.9. 82
Fœmina quę in uirili habitu deprehenditur qua pœna puniatur? 3.10.3. 200
Fœminę non poſſunt exercere ea, quæ ſunt de poteſtate clauium.1.6.1. 10
Fideicommiſſum, & maioratus inducuntur ex coniecturis.1.5.5. 9
Fideicommiſſum perpetuum eſt onus & in dubio debet interpretari quod non ſubſiſtat.1.5.2. ibid.
Fideiuſſor an poſſit pecuniam pro fideiuſſione recipere, abſq; vſuræ labe. 1.26.1. 56
Fideiuſſor dummodo fraus & colluſio abſit, poteſt retinere ratione periculi fideiuſſionis pretium iuſtum, & paciſci.1.26.3. 57
Fideiuſſor pro principali ſoluẽdo poteſt ab

es repetere quod ſoluit etiam cum intereſſe.1,26.6. ibid.

Fideiuſſor non tenetur iudicatum in ſecunda inſtantia ſoluere.2.28.9. 149

Fideiuſſor ſtrictè obligatur, & ideo obligatio ab eo facta in prima inſtantia non nonocet illi in ſecunda.2.36.9. 163.

Filijs debetur ſucceſſio paterna de iure naturali: quia eſt immutabile.2.21.1. 123

Filiorum generatio non cadit incertum hominis ſenſum.2.25.8. 137

Filiorum procreatio non cadit incertũ hominis ſenſum, & ideo teſtibus probari nõ poteſt.2.25.24. 140

Filius emens venenum ad occidendum patrem, morte mulctatur etiam non ſequuta morte patris.3.27.3. 239

Filius, & ſeruus, qui in patria & Dominica poteſtate, ſunt, teſtamenta condere non poſſunt.1.17.3. 32

Filiusfamilias non poteſt adire hæreditatem niſi præcedente iuſſu patris; bonorum autem poſſeſſionem poteſt agnoſcere patre ignorante.2.17.13. 114

Forma præſtandi fidem quæ inter Hiſpanos nobiles obſeruatur, quæ dicitur homagiũ non inducit periurium.3.3.14. 185

Fractores eccleſiarũ quomodo puniantur Põtificio iure? 3.18.3. 217

Frangentes domum alienam iure ciuili grauius quam fures puniuntur. 3.18.2. 216

Frangentibus domum alienam quę ſit impoſita pœna de iure Reg. Hiſp. & Neapol. 3.18.4. 217

Fratri defuncto ab inteſtato præfertur conſanguineus in bonis habitis a patre, & vterinus in habitis a matre.2.9 3. 92

Fructus illi dicuntur, qui deductis neceſſarijs vel vtilibus expenſis quærendorum, colligendorum, conſeruandorumq; fructuum cauſa factis, remanent.2.37.1. 164

Fructus rei pignoratæ non pertinent ad creditorem illam poſſidentem. 2.37.4. ibid.

Fructus vere non dicuntur niſi deductis expenſis factis pro recolligendis conſeruandis, & tuendis.2.37.7. 165

Fructuum hypoteca tacitè a iure conceditur locatori prædij ruſtici pro pẽſione illius; locatori autem prædij vrbani bonorum in illud inuectorum.2.12.11. 100

Fruſtra fiunt per plura, quæ poſſunt fieri per pauciora.2.14.4. 107

Fures quomodo puniãtur ꝓ furto.3.17.7.215

Fures quomodo puniantur de iure Reg. Hiſpan. & Neap.3.17,8. 216

Furibus quæ ſit impoſita pęna de iure ciuili. 3.17.5. 214

Furtorum genera quot ſint.3.17.4. ibid.

Furtum eſt contractio fraudoloſa rei alienæ lucri faciendi gratia, vel vſus, vel etiam poſſeſſionis illius.3.17.2. ibid.

Furtum quo iure ſit ꝓhibitũ.3.17.1. 213

Fundans ſe in ętate ſiue negatiue, ſiue affirmatiue illam probare tenetur. 1.24.6.52

G

GEſta contra legem præſcribentem modũ procedẽdi ſunt nulla.2.22.10.126

Geſta coram pręſide ſucceſſoris aduentum ignorante valida ſunt.2.3.5. 76

Geſta per eum, qui communi opinione habilis reputatur, valent.2.3.3. ibid.

Geſta per iudicem ignorãtem, id ex quo ſibi principaliter iuriſdictio competit, non valet.2.3.14. ibid.

Geſta quę ſunt trãſlata in publica monumenta perpetuã habent firmitatẽ.2.36.6. 163

H

HAbilitas perſonę pręſumitur in dubio quando actus fuit ſolemnitate factus. 1.24.5. 52

Hæreditas adiri poteſt intra triginta annos bonorum poſſeſſio delata liberis intra annum peti debet, delata tranſuerſalibus intra centum dies.2.17.12. 114

Hęreditas nõ poteſt adiri ꝑ ꝓcuratorẽ bonorũ, poſſeſſio acquiri poteſt.2.17.14. ibid.

Hæreditas non poteſt adiri ſub conditione; bonorum tamen poſſeſſio poteſt ſub conditione agnoſci.2.17.17. ibid.

Hæreditas transfert iura directa; bonorum poſſeſſio vtilia.2.17.11. ibid.

Hæreſis crimen mere eccleſiaſticum eſt, & ideo nullus præter iudicem eccleſiaſticũ de eo cognoſcere poteſt.3.13.5. 204

Hæreſis delictum quomodo puniatur de iure ciuili.3.13.6. 205

Hæretici de iure canonico quam incurrant pœnam.3.13.7. ibid.

Hæretici priuantur omni debito fidelitatis dominij, obligationis, & obſequij, quo illis alij tenebãtur adſcripti.3.13.10. 206

Hæretici relapſi qui dicãtur. 3.13.13. 207

Hæreticis pœna quæ imponitur de iure Regio.3.13.14. ibid.

Hæreticorum bona omnia fiſco applicãtur nec filiorum legitima deducitur de iure cano-

canonico.3.13.9. 206
Hæreticorum filij vſq;ad ſecundam generationem an poſſint ad officium publicum, & beneficium eccleſiaſticum admitti. 3.13.8. 205
Hæreticus ab hęreſi dicitur, & hęreſis vnde dicatur? 3.13.1. 203
Hęreticus an ſit qui nũquam Chriſtum profeſſus eſt, nec eius fidem, ſi male contra fidem ſentiat. 3.13.2. ibid.
Hęreticus verus vt quis dicatur, quę requirãtur? 3.13.3. 204
Hęres ad eundo hęreditatem quaſi cõtrahit cum creditoribus abſentibus. 2.30.2. 150
Hypotheca ſua natura acceſſoria eſt alteri obligationi. 2.1.6. 70
Homicida ꝓditorius q̃s dicatur? 3.26.1. 237
Homicidæ proditorij cui ſubijciantur pœnæ iure Pontificio? 3.26.4. ibid.
Homicidæ proditorij quomodo puniantur de iure ciuili. 3.26.3. ibid.
Homicidæ proditorij quomodo puniantur Iure Reg. Hiſp. 3.26.5. 238
Homicidæ iure ciuili priuantur hęreditate, & ſucceſſione occiſorum ſiue ex teſtamẽto, ſiue ab inteſtato eſſent ſucceſſuri. 3.25.11. 232
Homicidæ quomodo puniantur iure Regio Hiſpano? 3.25.18. 233
Homicidij crimen à primo fere homine originem trahens, cęteris omnibus grauius & deteſtabilius eſt. 3.25.1. 230
Homicidij pœna de iure huius Regni quæ ſit? 3.25.19. 234
Homicidiarijs pœna mortis omni iure diuino, & humano impoſita eſt. 3.25.13. 232
Homicidium caſuale eſt, quod caſu præter intentionem agentis, vel committentis, contingit. 3.25.8. 231
Homicidium caſuale committens licet non puniatur pœna ordinaria, nec extraordinaria, incurrit tamen irregularitatem. 3.25.23. 235
Homicidium eſt interfectio corporis humani violenter facta. 3.25.1. 230
Homicidium eſt triplex voluntarium, caſuale, & neceſſarium, & quale ſit homicidiũ voluntarium? 3.25.7. 231
Homicidium neceſſarium eſt, quod quis ſe, ſuaq; defendendo, committit. 3.25.9. ibid.
Homicidium Iure Põtificio ſeueriſſimè vindicatur, & laici nequaquam ad ſacros ordines promouentur. 3.25.14. 232
Homicidium in iure canonico, quando de pœna mortis ſit mẽtio, intelligitur de excommunicatione. 3.25.15. 233
Homicidium quando ſit culpa leui, vel leuiſſima, pęna extraordinaria punitur. 3.25.21. 235
Homicidium quando eſt propriè caſuale ſine aliqua culpa, nulla pœna etiam extraordinaria tenetur homicida. 3.25.22. ibid
Homicidum quodcunq; olim vocabatur parricidium. 3.2.1. 180
Homicidium voluntarium ſi ſit occultum, & homicida probabiliter poteſt timere, quod incidat in ſuſpitionem criminis niſi celebret, an poſſit ſine diſpenſatione licite celebrare 3.25.25. ibid.
Homicidium voluntarium ad vitæ defenſionem iure naturæ permiſſum eſt. 3.25.27. 236
Homicidij pœna quæ ſit de iure ciuili. 3.25.13. 232

I

ID quod eſt tale, & tale non appellatur, neceſſarium eſt, vt differat ſpecie à tali. 2.17.5. 114
Ieſuitarum religio à quo fuerit instituta, & confirmata? & an eius regula pendeat ab alia alterius religionis? 1.9.1. 16
Ieſuitarum religio verè propria, & legitima eſt. 1.9.4. ibid.
Ieſuitarum religio hoc habet priuilegium ſpeciale reſpectu ſcholarium, vt profeſſio ab eis facta poſt biennium, ſit reuocabilis ex parte prælatorum eos dimittere volentium ex cauſa. 1.9.7. 17
Ieſuitæ etiam poſtquam triplex votum emiſerunt, a religione ſua dimiſſi, poterũt matrimonium contrahere. 1.9.3. 16
Ieſuitæ licet in profeſſione ſibi reſeruent dominium, & proprietatem rerum ſuarum; ammittunt tamen vſum, & adminiſtrationem illarum. 1.9.5. ibid.
Ignorantia mortis mandatarij facit geſta per eum valere. 2.3.7. 76
Illa dicitur conditio neceſſaria, quę propriè non eſt conditio. 2.39.9. 170
Illud dicitur dignius, & perfectius, quod magis adhæret præcepto diuino. 1.3.1.5
Illud, de quo ius prędicatur in quid, iuris eſſe dicitur. 2.16.3. 111
Imaginaria venditio non ſit prętio accedente, ſed vera. 2.14.8. 108
Impedimentum publicæ honeſtatis ad primum gradum reſtringitur. 3.4.6. 187
Impenſæ factæ pro cuſtodiendis fructibus pen-

pendentibus,an ſint neceſſariæ, & ſic deducendæ? 2.37.2. 136
Impoſſibilis negatiua,an vitiet contractum, quia efficitur poſſibilis.2.25.4. 146
Impoſſibilium nulla eſt obligatio.2.25.2. ibid.
In bonis, quæ oportet remanere in corpore patrimonij,non poteſt fieri miſſio in poſſeſſionem.2.19.11. 117
In actis iuditialibus ſola iudicis perſona cū tabellione facit actum publicum. 2.32.13. 155.
In cauſis criminalibus ſi reus reſpondendo poſitionibus & articulis actoris, vel fiſci, deierauerit,pœna temporalis non punitur.3.3.10. 183
In cauſis ſummarijs dilationes omnes ſunt arbitrarię.1.25.6. 55
In caſu dubio cum de incendij cauſa non cōſtat,contra domum habitantes ius præſumit.3.20.4. 220
Incendiarij iure Pontificio tenentur ad ſatisfactionem damnorum, & pœnitentiam trium annorum in foro pœnitentiali, & ad quid in iudiciali.3.20 8. 221
Incendium dolo malo, & data opera contingens,quomodo puniantur de iure ciuili? 3.20.7. ibid.
Incendium quando dicatur caſu fortuito accidiſſe? 3.20.3. 220
Incendium quantum reipub.periculum importet? & quam graue ſit incendiorum crimen demonſtratur.3.20.1. 219
Incendium ſi leui culpa habitantis accidat ad quid teneantur? 3.20.6. 220
Incendia quęcūq;etiam leui culpa exorta punienda ſunt.3.20.2. 219
Inceſtus vnde dicatur, & quare ita appellatur? 3.4.1. 186
Inceſtus quando & a quibus committatur? 3.4.2. ibid.
Inceſtus crimē eſt adulterio grauius, & adulterij pœna à iure ciuili ſtatuta vendicatur,& quid ſit de iure codicis? 3.4.7. 187
Inceſtus crimen quomodo puniatur de iure canonico? 3.4.8. 188
Inceſtus quomodo puniatur de iure Regio Hiſp.Neap.& Mediol.3.4.9. ibid.
Inceſtus pœna quibus modis excuſetur? 3.4.10. ibid.
Inceſta matrimonia contrahentes poſſunt tanquam ſuſpetti de hæreſi,ab inquiſitoribus puniri.3.9.2. 198
Incidentia vel connexitas non tollit incapacitatem.1.28.10. 62
In conductione merces nō ſoluitur,nec promittitur tanquam pretium rei præſentis, ſed vſus vel fructuum percipiendorum. 2.26.11. 142
In contractibus æqualitas ſeruanda eſt, & damni & lucri ratio a pari procedit,2.26 6. 141
In contractibus bonę fidei multa veniunt,de quibus expreſſe nō fuit actum.1.19.9. 36
In contractibus bonæ fidei maior bonę fidei exuberantia requiritur.1.19.13. 38
In dubio ita fieri debet interpretatio actus, ne fruſtra quis ſibi in eo proſpexiſſe dicatur.1.24.2. 52
Inducta ad pœnam,non debent immunitatē operari.2.20.7. 120
Inductio in fundum,patientię euidens ſignū eſt.2.8.9. 91
In emptione pretium ſoluitur pro re, quæ vt plurimum,celebrati contractus tempore eſt in rerum natura.2.26.9. 142
Infantes exponentes quomodo puniantur de iure ciuili? 3.11.3. 201
Infantes expoſiti iure antiquo efficiebantur ſerui eorum,qui eos ſuſcipiebant, & educabant.3.11.2. ibid.
Infantes exponentibus quę ſit impoſita pœna iure Regio? 3.11.5. 202
Infantes ſi exponantur iure canonico ingenui fiunt,& à patria poteſtate liberi.3.11. 4. ibid.
In filijs ſuſceptis,aut conceptis ante commiſſum crimen lęſæ Maieſt.hęc pœna locum non habet.3.1.11. 177
In iuramento iudiciali litis deciſorio, quod defertur à parte parti, non imponitur pęna tēporalis periurio,& quare? 3.3.8.183
In iuramento calumnię ad excludendā malitiam prętito,non procedit pœna temporalis;ſecus vero in iuramento calumniæ, pro veritate dicenda.3.3.9. ibid.
In iuditijs non eſt exceptio perſonarum habenda.2.5.2. 81
Iniuria verbum latiſſimum eſt,& ſignificat quicquid non iure fit.3.29.1. 242
Iniuria verbis fit, cui conuitium fiat,& conuitij verbum quid ſignificet? 3.29.2. 243
Iniuria vnica ſępius repetita in eadem rixa, vnica tantum pęna erit imponenda.3.29. 10. 246
Iniuria quibus modis ſcriptura fiat, & quomodo puniatur de iure ciuili? 3.29. 11. ibid.
Iniuriantes verbis quomodo puniantur de iure ciuili? 3.29.6. 244

I N D E X.

Iniurianti ſcriptura iure Pontificio flagellorum,& excommunicationis pœna imponitur.3.29.12. 246

Iniuriantibus quę ſit impoſita pęna iure Regio Hiſpano,& Neap.3.29.8. 245

Iniuriantibus ſcriptura,quę ſit ſtatuta pœna Iure Reg.Hiſp.& Neap. & nu. 14.& 15. 3.29.13. 247

Iniurioſa verba proferētes sēper pręſumuntur iniuriādi animū habuiſſe.3.29.6. 244

In notorijs criminibus etiam eſt neceſſaria abſentis citatio? 2.24.15. 132

In obligationibus, quę conſenſu tantum fiunt, præſentia omnimodo opus non eſt. 2.30.5. 151

In odioſis etiam fit extenſio ad caſum, qui large ſumpto vocabulo, comprehenditur ſub expreſſo.2.38.8. 167

In ordinibus militaribus requiritur ſolum caſtitas coniugalis, ne propagatio nobilium virorum deficiat. 1.11.7. 21

In periurio nemini damnoſo pœna temporalis non procedit. 3.3.7. 183

In periurio requiritur dolus, & animus fallendi, aſſerendo, & confirmando iuramento mendacium. 3.3.3. 182

In probationibus æqualiter fauemus reo, & actori. 2.5.6. 81

In quolibet actu conditionali duplex eſt voluntas, quarum vna euaneſcente, alia ſubſiſtit. 2.25.17. 138

In quibus caſibus poſſit procedi contra reum abſentem, etiam in delictis capitalibus? 2.24.23. 134

In quibus differant, & conueniant vſura, & furtum? 1.25.9. 55

In quibus caſibus licitum ſit ab interlocutoria appellare? 2.22.19. 129

In ſpiritualibus, & in ciuilibus criminaliter intentatis, reconuentio clericorum apud ſeculares Iudices locum habere non poteſt. 1.28.4. 61

Inſtrumenta edenda ſunt, quibus quis vſurus eſt in iudicio. 2.5.7. 82

Intellectus verus ad l. cum hæres §.1. ff. de ſtatu liber. 2.25.23. 140

Intellectus verus l. ſecundum naturam ff. de reg. iur. aſſignatur. 2.26.16. 144

Intellectus verus aſsignatur ad text. difficil. in l. naturalis §. at cum do ff. de præſcript. verb. 2.27.11. 146

Inter iuramentum, & ſimplicem loquelam nullum apud Deum conſtituitur diſcrimen. 1.21.2. 41

Interprętatur text. in cap. per tuas de ſententia excomm. 1.1.13. 2

Interprætatur text. in cap. ſi beneficia de præbend. in 6. 1.7.13. 13

Interprætatur Concil. Trid. ſeſs.23. cap.18. de reform. 1.10.2. 18

Interprætatur text. in cap. vlt. §. officium de offic. deleg. in 6. 1.12.8. 22

Interprætatur text. in cap. ad noſtram de empt. & vend. 1.14.12. 27

Interprætatur text. in cap. in præſentia de probat. & l. ex facto §. fin. ff. ad trebell. 1.17.9. 33

Interprætatur text. in l.1.ff. de eo, quod metus cauſa 1.18.10. 35

Interprætatur text. in l. ſi non conuitij C. de iniurijs, & in l.1.C. ad l. Cornel. de ſicar. 1.20.7. 39

Interprætatur text. in l. ſi quis affirmauerit §.1.ff. de dolo. 1.20.8. 40

Interprætatur text. in cap. cum virum de regul. & cap. puellæ 20.q.1. 1.22.6. 44

Interprætatur text. in cap. ad audientiam de his quæ vi metusvè cauſa fiunt. 1.22.7. ibid.

Interprætatur text. in cap. 2. de conuerſ. coniug. & text. in cap. quia Agatha cum cap. ſeq. 27.9.2. 1.23.15. 49.& 50.

Interprætatur text. in l. certi iuris C. de locato 2.12.16. 101

Interprætatur text. in §. item Seruiana inſt. de action. & Seruiana, & quaſi Seruiana, non ſolum tacita; imò frequentius expreſſa pignora proſequuntur. 2.12.18. 102

Interprætatur text. in l. fi. ff. de Saluiano interdicto 2.12.19. 102

Interprætatur text. in l. eo iure §. ſtabula ff. in quibus cauſis pign. vel hypotheca tac. contr. 2.12.21. ibid.

Interprætatur text. in l. ſicut §. venditionis ff. quibus modis pignus, vel hypotheca ſoluitur 2.14.6. 108

Interprætatur text. in cap. venerabilis de iuditij. & in cap. cum olim de priuilegijs 2.22.17. 127

Interprætatur text. in l.2.ff. de appellat. recip. 2.22.19. 128

Interprætatur tex. in l.2.C. de reb. cred. & iur. iurand. & in l. nam ſufficit ff. de dolo. 3.3.6. 183

Interprætatur tex. in l. Lucius 82. ff. de condit. & demonſtr. 2.25.25. 140

Interprætatur tex. in l.1.§. ſi quis ſeruum ff. depoſiti, & in §. præterea inſt. locati. 2.27.

2. 27. 10. 146
Interprætatur tex. in l. 1. ff. mandati 2. 27. 12. ibid.
Interprætatur text. diff. in l. chirographis §. ab eo ff. de admin. tut. 2. 28. 7. 148
Interprætatur tex. in l. eleganter §. poſt rem iudicatam ff. de conditione indebiti. 2. 29. 3. 150
Interprætatur text. in l. certum §. ſi quis abſenti ff. de confeſſis. 2. 30. 7. 151
Interprætatur text. in l. in fraud. §. quoties 1. in fine ff. de iure fiſci. 2. 32. 14. 156
Interprætatur text. in l. moris §. ſolent ff. de pœnis, & in l. immunitatis C. de agricolis, & cenſ. lib. 11. 2. 32. 15. ibid.
Interprætatur text. in l. ingenuum ff. de ſtatu hominum, & in l. Pap. §. ſi. ff. de inofficioſo teſtam. 2. 35. 12. 162
Interprætatur text. in l. 2. ff. iudicat. ſolui. 2. 36. 8. 163
Interprætatur text. in l. ſumptus ff. de rei vindic. 2. 37. 12. 166
Interprætatur tex. in l. 2. ff. de his qui notantur infamiæ. 2. 38. 10. 168
Interprætatur text. in l. ſi ita §. illi ſi volet. ff. delegat. 1. 2. 39. 12. 171
Interprætatur text. in l. inter omnes §. rectè ff. de furtis. 3. 17. 3. 214
Interprætatur text. in cap. 1. de iudicijs. 2. 24. 14. 132
Interprætatur text. in cap. cum ſit Romana §. fin. de appellat. 2. 24. 16. ibid.
Interprætatur text. in l. ne diu C. de pœnis, & in l. ſi apparitor C. de cohortalibus lib. 12. 2. 24. 22. 134
Interprætatur text. in l. 1. ff. de condit. iuſtit. cum ſimil. 2. 25. 13. 138
Interprætatur text. in l. cum Papinianus C. quomodo, & quando Iudex cum ſimilibus. 1. 28. 9. 62
Interprætatur text. in cap. cauſam quæ qui filij ſint legitimi. 1. 30. 11. 66
Interprætatur text. in l. quoties C. de iudicijs. 1. 30. 9. ibid.
Interprætatur aliter tex. in cap. ſi Iudex laicus de ſentent. excom. in 6. 1. 30. 15. 67
Interprætatur text. in §. de conſtituta inſtit. de action. 2. 2. 12. 74
Interprætatur text. in clem. 1. de renunciat. 2. 3. 19. 77
Interprætatur text. in l. 1. ff. quod iuſſu. 2. 3. 23. 78
Interprætatur text. in cap. 1. de probat. 2. 5. 15. 83
Interprætatur l. theſaurus ff. ad exhibend. 2. 7. 14. 89
Interprætatur text. in l. ſi ego ff. de publ. in rem actione. 2. 8. 7. 90
Interprætatur text. in l. 2. C. de ſeruit. & in l. ſi à te ff. ſi ſeru. vind. 2. 8. 6. ibid.
Interprætantur text. in l. de emancipatis C. de legitimis hæredibus l. fœminæ C. de ſecundis nuptijs, & l. ſed ſi plures, §. in arrogato ff. de vulgari, & pup. 2. 9. 10. 92
Interprætatio vera ad l. ſeruo manumiſſo ff. de condit. indeb. aſſignatur. 2. 25. 22. 139
Interprætatio alia elegans d. l. certi iuris aſſignatur. 2. 12. 17. 101
Interprætatio elegans ad text. in cap. tuam de ordine cognitionum aſsignatur. 1. 30. 12. 66
Interprætatio text. in l. cum quæreretur §. prædijs ff. delegat. 3. 2. 37. 10. 166
Inuecta, & illata in prædium ruſticum, vel vrbanum, an ſint tacitè pro penſione pignori obligata? & an ad id requiratur ſcientia domini prędij, volentis, aut ſcientis illa inuehi. 2. 12. 1. 98
Inuecta in prædium ruſticum non ſunt pignori obligata, niſi exprçſsè, & nominatim in conuentione fuerit dictum, etiam ſi ſciente domino fundi fuerint illata ſecus in vrbanis, & nu. 8. 9. & 10. 2. 12. 7. 100.
Ioannem nubere volentem Deus à nuptijs reuocauit. 1. 11. 4. 21
Ita ſe habet bonorum poſſeſsio ad hæreditatem, vt poſſeſsio facti ad rem poſſeſſam. 2. 17. 7. 114
Iudex, à quo poterit reuocare ſententiam à ſe latam interlocutoriam, ſed non diffinitiuam. 2. 22. 20. 128
Iudex Eccleſiaſticus contra cõcubinas procedere, & eas punire poteſt. 3. 7. 4. 195
Iudex Eccleſiaſticus, qui principaliter cognoſcere non poteſt de cauſa temporali, & profana, poterit incidenter de ea cognoſcere. 1. 30. 7. 65
Iudex ex officio debet confirmare poſſeſsionem eius, de cuius iure ſibi conſtat. 2. 4. 10. 79
Iudex parte citata atteſtationes recipere debet. 2. 24. 11. 132
Iudex quando ſcit, vel probabiliter credit excommunicationem non profuturam, non debet illam proferre, ſed potius ſemel latam etiam inuito excommunicato relaxare. 1. 1. 1. 1

Iudex

Iudex, qui de aliqua cauſa cognoſcere non potest principaliter poterit de ea incidenter cognoſcere. 1. 30. 6. 65
Iudex ſecularis poteſt cognoſcere de cauſis Eccleſiaſticis incidenter circa factum, vel non factum illarum. 1.30.13. 67
Iudex ſecularis poteſt incidenter de matrimonio cognoſcere. 1. 30. 8. 65
Iudex ſecularis poteſt de facto ſententiæ hæreſis cognoſcere, veluti ſi petenti dignitatem aliquam, opponatur tanquam hæreticum fuiſſe damnatum. 1.30.14. 67
Iudex ſecularis pronuntiare poteſt ſuper facto matrimonij clandeſtini; nam ſuper iure ius ipſum pronuntiat. 1. 30. 17. 68
Iudex ſecularis poteſt regulariter de cauſis Eccleſiaſticis incidenter cognoſcere: quia non ſuper iure, ſed ſuper facto pronuntiat. 1. 30. 18. ibid.
Iudici à quo honor eſt deferendus, & ab eo appellare non licet, niſi debita reuerẽtia, & ſine illius iniuria. 2. 22. 7. 125
Iudicis authoritas maximè attendi debet. 2. 3. 24. 78
Iudicium de iure gentium dicebatur manus Regia. 2. 2. 10. 74
Iudicium incipit à citatione. 2. 33. 1. 157
Iudicium non eſt niſi facta litis conteſtatione. 2. 33 5. ibid.
Iudicium verum incipiat à citatione, vel à litis conteſtatione. 2. 33. 6. ibid.
Iuramentum à iure deriuatur, & ille qui iurat tenetur ad obſeruantiam iuramenti tanquam ad obſeruantiam iuris. 2. 11. 10. 96.
Iuramentum contra bonos mores non eſt obligatorium. 1.21.4. 40
Iuramentum de ſoluendis vſuris validum eſt. 1. 21. 6. 41
Iuramentum Deo præſtatur, & ex præcepto obligat. 2. 11. 9. 96
Iuramentum efficit, vt fiat extenſio ad incognita. 2. 11. 11. ibid.
Iuramentum non permittit quidquam in contrarium fieri. 2. 11. 12. 96
Iuramentum, quod ſine interitu ſalutis æternæ ſeruari poteſt, eſt obſeruandum. 2. 11. 8. ibid.
Iuramentum, quod non vergit in diſpendiũ ſalutis æternæ, omninò ſeruari debet. 1.21.8. 41
Iuramentum ſequitur naturam actus, cui adhæret, quando opponitur citra validitatem actus; ſecus quando ad validitatem. 1.21.9. 42. & 1.21. 1. 40
Iuramentum tres habere debet comites, veritatem, iudicium, & iuſtitiam. 3.3.1. 182
Iuranti nõ calumnioſè poſtulare editionem iniquum non eſt inſtrumentorum concedi. 2. 7.5. 88
Iura deceptis, non decipiẽtibus ſubueniunt. 1. 19. 10 37
Iura non ſolum prohibent clericos inuitos trahi apud ſeculares Iudices, verum nec volentes permittunt coram eis reſpondere. 1. 28. 11. 62
Iura, quæ prohibent clericum conuenire apud ſecularem Iudicem tantummodò intendunt, ne clerici ad illam trahantur. 1. 28. 3. 61
Iure ciuili inſtantia finitur triennio, iure vero canonico perpetua eſt. 2. 22. 15. 127
Iure communi reuocantur attẽtata poſt appellationem ab interlocutoria expræſsè, & verificata iuſta cauſa. 2. 22. 12. 126
Iure communi attento ſolum illi, qui ſunt illius profeſsionis cuius negotia geruntur, ſunt de capitulo, & in eo poſſunt præſtare vocem. 1. 2. 11. 5
Iuriſdictio delegati non intelligitur reuocata per ſecundum reſcriptum, donec habeatur notitia illius. 2. 3. 6. 76
Iuriſdictio præſidis eſt ordinaria, & vt fauorabilis non expirat. 2. 3. 20. 77
Ius, & factum ſeparari poſſunt, & quando. 1. 30. 16. 67
Ius, & poteſtas cudendi monetam competit tantum Principibus non recognoſcentibus ſuperiorem, aut quibus hi priuilegiũ hoc conceſſerint. 3. 16. 1. 212
Ius regale non ſolum reducitur ad ſpecies de quibus ibi numer. 5. ſed etiam ad alias. 2. 1. 11. 71
Ius in contractibus præſumit contrahentes illudere voluiſſe conditionem impoſsibilem adijcientes. 2. 25. 18. 139
Ius perſequendi, & retinendi neceſſarium eſt quod differat ſpecie, & eſſentia à re, quam perſequimur, & retinemus: cum actio, & paſsio non detur in eod. ſubiecto. 2.17. 18. 115
Ius, quod non habet cauſam præexiſtentem, vel ius ad rem, vel in re, poteſt eſſe actio. 2. 18. 3. ibid.
Iuſtæ impenſę ſunt deducendæ. 2. 37. 3. 164
Iuſtificatio contractus cenſus pendet ex eo, quod ſit contractus emptionis, & venditionis. 2. 1. 4. 70

L

LAici lege diuina ſunt incapaces iuriſdictionis Eccleſiaſticę. 1.30.1. 64

Laici ſunt incapaces rerum ſpiritualium. 1.6.2. 10

Legata, & fideicommiſsa non debentur niſi adſit hęres, qui eſt caput teſtamenti. 2.39.7. 169

Legatum accipere nemo inuitus cogitur. 2.39.5. ibid.

Legatum annuum ex certa re nō afficit rem. 1.5.7. 6

Legatum ſub conditione ſi hęres hęreditatē adierit relictum, an ſit conditionale, vel purum. 2.39.1. 168

Legatum vſufructus deducto vſu, de iuris rigore nullum eſt. 2.13.3. 103

Legitima non eſt debita de iure naturali, ſed de iure communi mediante naturali coniunctione. 2.21.12. 124

Legitima per ſtatutum tolli in totum non poteſt. 2.21.3. 123

Lenocinium vnde dicatur, & quot modis committatur? 3.6.1. 192

Lenocinium, quod ab internuntio Italico ſermone *Ruffiano* Hiſpano *Alcaguete* committitur, quomodo puniatur? 3.6.5. 193.

Lenociniū quomodo puniatur iure Regio Hiſp., Neap. & Mediolan. 3.6.4. ibid.

Læſæ maieſtatis crimen ad hoc, vt dicatur, quæ requirantur? 3.1.2. 176

Læſæ maieſtatis crimen committitur, ſi aliquid contra Regis Conſiliarios, in eorumque iniuriam fiat. 3.1.3. ibid.

Læſæ Maieſtatis crimen ad hoc vt committatur, requiritur quod is, qui aliquid in principem machinatur, ſit illi ſubditus. 3.1.5. ibid.

Læſę maieſtatis crimen committentes qua pœna puniantur iure ciuili. 3.1.7. 177

Læſę Maieſtatis crimen committens, fructus ſuorum bonorum non facit ſuos à die commiſsi delicti. 3.1.9. ibid.

Læſę maieſtatis criminis rei, clariſsimo mortis ſupplicio puniuntur. 3.1.13. 178

Læſę maieſtatis crimen committens iure Pontificio quomodo puniatur. 3.1.14. ibid.

Læſę Maieſtatis crimen committentes iure Regio Hiſpano qua pœna plectantur? 3.2.15. 179

Læſę maieſtatis crimen committentes iure Regio Hiſpanó, Neapol. quomodo puniantur? & quid in Statu Mediolani obſeruetur. 3.1.16. ibid.

Lex diuina, & poſitiua ſolum delicti auctores punit. 2.19.6. 117

Lex duodecim tabularum emptionis verbo omnem alienationem complectitur. 2.14.1. 107

Lex ſemper eſt certa. 2.22.13. 126

Lex ſemper loquitur, & illius ignorantia non excuſat. 1.25.4. 54

Lex naturaliter §. nihil commune ff. de acquir. poſseſs. interpretatur. 2.4.16. 80

Libellus, in quo cōtinetur actio, vel factum, ſuper quo actoris petitio fundatur, ante litis conteſtationem præſentari debet. 2.33.4. 157

Libertas libero homini relinqui non poteſt. 2.25.6. 137

Libertas omnibus rebus fauorabilior eſt. 2.3.25. 78

Licet arbiter pronunciet contra ius partis, nihilominus ius dixiſſe dicitur. 2.10.11. 94.

Licet animus facti ſit, ea, quę ad animum referuntur, iuris, non facti ſunt. 2.16.13. 112.

Licet emptio, & permutatio in aliquibus æquiparentur, tamen in plurimis differunt. 2.13.13. 105

Licet regulariter filius ob delictum patris puniendus non ſit, tamen in criminis lęſæ maieſtatis deteſtationem, filij illud committentis in perpetuam cadunt infamiā, & ſucceſsione priuantur. 3.1.10. 177

Licet regulariter tutores non poſsint donationes facere, tutor tamen Principis poteſt. 2.35.5. 190

Licet regulariter in criminalibus non puniatur affectus, ſi non ſequatur effectus, quia aſſaſsinij crimen atrociſsimum eſt, aſſaſsini puniuntur, licet non ſequatur effectus. 3.28.4. 132

Licet reus non teneatur actori ſua inſtrumēta edere, niſi ex iuſta cauſa; actor tamen compellitur ſua reo edere. 2.5.20. 83.

Limites ſeu terminos occultantes, grauiter delinquunt. 3.22.2. 224

Locum non habet conſenſus, vbi metus, vel coactio intercedit. 1.19.11. 37

Locatio, & conductio celebratur, & valet ſi inter contrahentes cauetur quod fructus mercedis nomine penſentur. 2.27.6. 145.

Loca-

INDEX:

Locatio regulariter mercedem in pecunia numerata requirit. 2.26.7. 141

Locus ad cuſtodiam datus, carcer dicitur. 3.12.1. 202

Ludere animi relaxandi à rebus ſerijs cauſa, nullum crimen eſt. 3.23.1. 225

Ludentes quia raro modum excedunt, ludus indiſtinctè crimen appellatur, & prohibetur. 3.23.2. ibid.

Ludentes iure ciuili quomodo puniantur. 3.23 4. 226

Ludentium receptatores an aliqua pœna teneantur. 3.23.5. ibid.

Lupi doctrina adducta nu. 2. refellitur cum explicatione illius. 2.19.15. 118

M

Magna cauſa eſſe debet, vt reus contra æquitatem naturalem compellatur inſtrumenta edere actori. 2.6.18. 85

Mandatum ex officio, & amicitia originem trahit, & niſi ſit gratuitum, nullum eſt. 2.13.8. 104

Mandatum gratuitum eſſe debet, & pecunia interueniente efficitur locatio. 2.27.3. 145

Maritis lenonibus adulterio conſentientibus, quæ ſit ſtatuta pœna iure ciuili? 3.6.2. 193

Maritus occidens propria authoritate adulteros, licet non excuſetur à culpa, excuſatur tamen qui occidit aſſaſsinos. 3.28.8. 241

Maritus, qui adulterio vxoris conſentit, quomodo puniatur de iure canonico? 3.6.1. 193

Matres, quæ accepta pecunia filias fornicandas vendunt, quomodo puniri debent? 3.6.6. 194

Matrimonium eſt contractus duorum conſenſu celebratus. 1.18.4. 34

Matrimonium carnale dolo celebratum, valet. 1.19.14. 38

Matrimonium carnale introductum fuit ad vitandum fornicationem, & ſobolem procreandam. 1.23.3. 46

Matrimonium eſt maris, & fœminæ coniunctio, indiuiduam vitæ conſuetudinē retinens, & quos Deus coniunxit, homo non ſeparat. 1.23.5. 46

Matrimonium ſpirituale quod per ſacerdotij ſuſceptionem contrahitur, perpetuo durat, nec poteſt ad tempus contrahi. 1.23.6. ibid.

Matrimonium an recipiat diem, & conditionem, & num.16. 1.23.7. ibidem, & 50.

Matrimonium contractum à procuratore reuocato, etiam reuocationem ignorante, non valet. 2.3.15. 77

Matrimonium ſub conditione impoſsibili celebratum, valet, & conditio pro non adiecta habetur. 2.25.9. 137

Matrimonium eſt contractus, in quo exuberantior requiritur conſenſus. 2.25.19. 139.

Matrimonium metu celebratum, eſt ipſo iure nullum. 2.40.10. 172

Maxima differentia eſt inter verbum *actus*, & verbum *acta*, & quæ? 2.32.1. 154

Maxima differentia eſt inter acta iudicialia, & inſtrumenta publica, & quę? 2.32.11. 155

Melior eſt caſtitas cęlibatus, quam caſtitas nuptiarum. 1.11.5. 21

Mercedis appellatione ſignificatur quodcunque pręmium, quod pro labore, aut re datur, 2.27.8. 145

Merces locationis in quacunque re conſiſtere poteſt, dummodò cognoſci poſsit quod ſit merces, & quid vſus rei, vel opera, quæ ex alia parte præſtatur? 2.27.9. 146.

Merces an debeat conſiſtere in pecunia numerata, vt valeat locatio, & conductio? 2.27.1. 145

Merces poteſt conſiſtere in fructibus, & valet locatio. 2.27.7. 189

Metus non iactationibus tantum, vel conteſtationibus, ſed atrocitate facti probari debet. 1.20.2. 39

Metus quando dat cauſam contractui bonæ fidei, contractus ipſo iure eſt nullus; ſecus eſt in contractibus ſtricti iuris. 2.40.11. 173

Metus, vel dolus excludit auxilium legis. 2.40.13. ibid.

Monachi, ſeù canonici regulares nullum negotium decidere poſſunt ſine conſenſu Pręlati, & ſuperioris. 1.2.6. 4

Monachus propriam deſerens religionem, ſeuerisſime punitur de iure canonico. 3.15.7. 211

Monachus ſuam religionem deſerens, Apoſtata eſt, & hoc eſt ſecundum apoſtaſiæ genus. 3.15 5. ibid.

Monachus tranſiens ad aliam religionem

etiam laxiorem, non dicitur apoſtata. 3.15 6. ibid.
Monaſterium an habeatur loco filij? 1.17. 5. 32
Monaſterium nec filij, nec poſthumi loco habetur. 1. 17. 7. 33
Moneta falſa dicitur, quæ ex adulterina materia fit, aut iuſto pondere, vel forma defraudata, etiam ſi facta ſit à poteſtatem habentibus. 3. 16. 2. 212
Monetam falſam expendentes, an pœnam falſi incurrant. 3. 16. 4. ibid.
Monetarij falſi quomodo puniantur de iure ciuili? 3. 16. 3. ibid.
Monetarij falſi quomodo puniantur Pontificio iure? 3. 16. 5. ibid.
Monetarij falſi quomodo puniantur iure Regio Hiſpano, & Neapolitano? 3. 16. 6. ibid.
Moniales Chriſtianę religionis ſimiles ſunt Virginibus Veſtalibus, quę apud Romanos in ædibus Deę Veſtę ſacratis, extincti luminis curam habebant. 3.8.1. 197
Moniales corrumpentes, vno actu committunt quatuor delicta, inceſtum, ſacrilegium, ſtuprum, & adulterium. 3. 8. 2. ibidem.
Monialem corrumpens quomodo puniatur de iure ciuili? 3.8.3. ibid.
Monialem corrumpens quomodo puniatur iure Pontificio? 3. 8. 4. ibid.
Monialem corrumpens quomodo puniatur iure Regio? 3. 8. 5. ibid.
Mortuo delegante, re integra, ſpirat iuriſdictio delegata, & proceſſus poſtea factus eſt ipſo iure nullus. 1. 12. 6. 22
Mulctari tunc dicitur, quando imponitur pœna mediante ſententia Iudicis. 1. 16. 7. 31

N

NAturalis ratio ſuadet liberos à parentibus ali, & quanto tempore? 3.1 1.1. 201.
Negantis factum per rerum naturam improbabile eſt. 2. 6. 8. 85
Nemo duplici pœna debet puniri. 2.20.19. 121.
Nemo ex ſua malitia commodum reportare debet. 2.24.5. 131
Nemo poteſt exhæredato filio, Eccleſiam hæredem facere. 2. 15. 13. 110
Nemo poteſt pro vno delicto pluries puniri, & quomodo intelligitur regula iſta in cauſis mixti fori. 3.14.6. 209
Nemo poteſt ſine actione in iuditio experiri. 2.2.9. 74
Nemo poteſt ſibi legem imponere, à qua non poſſit recedere, in his quæ licita ſunt, & num 10. 2. 11. 5. 95.& 97.
Nihil agricoltura melius, aut Reipubl. vtilius inuenitur in ea, & num. 14. 2.12.13. 100.& 101.
Nihil debet permitti, per quod veritas occultetur. 2. 7. 4. 88
Nihil commune habet proprietas cum poſſeſſione. 2. 5. 5. 79
Nobilitas hanc ſibi legem imponit, vt debere ſe, quod ſponte nobilis tribuit, exiſtimet, & niſi in beneficijs creuerit, nihil ſe præſtitiſſe putet. 2. 15. 3. 109.
Nobilitatis propria eſt, & peculiaris liberalitas, & munificentia. 2. 15. 3. ibidem.
Nomina teſtium edi non debent propter timorem ſubornationis. 2. 5. 17. 83
Non debet fieri interpretatio, ex qua deciſio legis, vel canonis reddatur illuſoria. 2. 7. 10. 88
Non licet à capite membra recedere. 1. 2. 2. 4
Non licet à maiori, & digniori ſtatu, ad minorem, & viliorem tranſire. 1. 3. 4. 6
Non mutat conditionem, quod in inſtrumento fideiuſſionis duorum plurium vè dicatur, *quod ſinguli inſolidum teneantur*. 2. 39. 6. 169
Non poſſunt omnes articuli legibus comprehendi. 2. 19. 14. 118
Non minus inhumanum eſt paupertatis detegi vilitatem, quam diuitias inuidiæ exponere. 2. 12. 6. 100
Non valet argumentum de compoſitione nominis, ad compoſitionem rei ſignificatæ. 2. 16. 11. 112
Notarij, & actuarij quare creati fuerint, & quibus nominibus antiquitus appellarentur. 3. 21. 1. 222
Notarij falſum inſtrumentum conficientes quomodo puniantur de iure ciuili? 3. 21. 5. 223
Notarios Apoſtolicos falſum committentes poteſt Epiſcopus de iure canonico ſuis officijs priuare. 3. 21. 6. ibid.
Notorius tituli defectus non impedit reſtitutionem. 2. 4. 3. 79
Notorius tituli defectus an obſtet agenti interdicto vnde vi? 2. 4. 14. 80

Nulla

Digitized by Google

Nulla actio eſt ius retinendi. 2. 18. 2. 115.
Nulli licet à perfectiori regula ad imperfectiorem tranſire. 1. 8. 5. 15
Nulli licet impugnare conſtitutiones religionis Ieſuitarum. 1. 9. 9. 17
Nunquam nuda traditio transfert dominium. 1.15.6. 28
Nunquam pœna ipſo iure impoſita dicitur, niſi hoc expræſsè dicatur, vel inferatur ex verbis illud ſua natura importantibus. 2. 16. 8. 31

O

Obligatio perſonalis reſultans ex contractu cenſus, acceſſoria cenſetur, & appoſita, vt citius emptor conſequatur redditus per capturam perſonæ. 2.1.10. 71.
Obligatio perſonalis reſpectu rei reperempta, tollitur. 2. 26. 3. 141
Occaſio delinquendi nemini dari, ſed inquantum poſsit euitari debet. 2.20.6. 120.
Odia reſtringi fauores conuenit ampliari. 2. 20. 1. 121
Odio vſurarum ſpecialiter inductum eſt, vt reus inſtrumenta actori edat. 2. 7. 8. 88.
Officium fideiuſſionis procedit ex charitate, & effectu benefaciendi. 1. 26. 5. 57.
Omne animal diligit ſuum ſimile. 1. 2. 12. 5
Omne delictum regulariter præſcribitur ſpatio viginti annorum. 2.24.7. 131
Omne ius reale, aut eſt ius ſeruitutis, aut dominij, vel quaſi, aut hypothecæ. 2.1.5. 70
Omne, quod eſt fundamentum intentionis alicuius, ab eo debet probari, cuius ipſa intentio eſt. 2.6.2. 84
Omni iure pro concubinatu graues ſunt impoſitæ pœnę. 3. 7. 2. 195
Omnis actio eſt inſtrumentum agendi. 2. 18. 4. 116
Omnis actio præſupponit aduerſarium. 2.18.1. 115
Omnis obligatio ciuilis eſt pecunia æſtimabilis. 1. 26.2. 56
Omnis vitę Chriſtianę perfectio ab Apoſtolis cæpit. 1. 11. 1. 20
Omnes iuris facultates, quæ incorporales dicuntur, quia in iure conſiſtunt, iuris ſunt. 2. 16. 1. 111
Omnium actionum inſtituendarum initium ab ea parte ædicti proficiſcitur, qua prætor edicit de in ius vocando. 2.2.4. 73
Opiniones ſibi inuicem contrariæ ad concordiam rediguntur. 2. 1. 13. 71
Ordo iuris expræſſus in mandato hominis videtur dare formam mandato. 2.10.2. 93.

P

PActi diffinitio comprehendit pacta tám bonæ fidei, quam ſtricti iuris. 2. 40. 12. 173
Pactum adiectum ne reuocetur donatio, quod eſt contra naturam illius, efficit vt transferatur in donationem inter viuos. 2. 13.7. 104
Pactum contra naturam, & ſubſtantiam contractus valet, & efficit, vt contractus in alium ſimilem tranſeat, ſi ſimul concurrant tria requiſita de quibus ibi. 2.13.9. ibid.
Pactum eſt duorum, plurium vè in idem placitum, & conſenſus. 2. 23. 2. 129 & 2. 40. 1. 171
Pactum an poſſit fieri vno ex illud celebrantibus abſente, ſi in eius vtilitatem redundet? 2. 30.2. 150
Pactum, & pollicitatio differunt, & nu. 9. 2. 30. 4. 151
Pactum inter abſentes celebratum, valet. 2. 30. 5. ibid.
Pactum metu celebratum, pactum eſt, licet poſtea reſcindatur actione, quod metus cauſa. 2. 40. 5. 172
Parentes, qui ęgeſtate, vel honore ſuadentibus, filios infantes exponunt excuſantur ab huius delicti pœna. 3. 11. 6. 202.
Par in parem non habet Imperium. 3. 30. 4. 248
Parricidium non ſolum committitur quando filius legitimus, & naturalis patrem, aut matrem occidit; ſed etiam quando ſpurius, & baſtardus; quia verè, & hic filius eſt, & ille pater, 3. 2. 2. 180
Parricidij pœna licet olim ſolum plectetur occidens aſcendentem in infinitum; hodie tamen extenditur illius pœna ad quemcunque deſcendentem, aut tranſ-

uerſalem, vſque ad quartum gradum. 3.2.3. ibid.

Parricidij pœna, quæ ſit de iure ciuili? 3.2.4. ibid.

Parricidij pœna quæ ſit de iure canonico? 3.2.5. 181

Parricidium quomodo puniatur de iure Regni Hiſp. Neap. & Status Mediol. 3.2.6. ibid.

Participium futuri temporis importat ſententiam Iudicis. 1.16.6. 31

Partium conſenſus iuriſdictionem non præſtat ei, qui alias eam non habet. 2.3.2. 76.

Patientia pro conſenſu reputatur. 2.12 17. 101

Patientia in incorporalibus nihil differt à traditione. 2.8.8. 90

Paupertas, & inopia an in foro animæ operetur idem; quod ceſſio bonorum in foro contentioſo. 1.27.7. 59

Pœna mortis an, & quando veniat imponenda pro furto. 3.17.6. 215

Per actionem præſcriptis verbis non compellitur præciſè, qui rem accipit, contractum adimplere; ſed præſtando intereſſe liberatur, & dicitur incerti actio? 2.13.16. 106

Perempta inſtantia deficit authoritas, & fides eorum, quæ acta ſunt. 2. 36. 2. 163.

Perfectio ſtatus magis conſiſtit in dilectione Dei, quam in dilectione proximi. 1.3.2. 6

Perfectior eſt religio, quæ dirigitur ad vitam contemplatiuam. 1.8.4. 14

Per iuramentum adhibetur Deus ipſe veritatis teſtis, & aſſertor. 2.11.14. 96

Periurium, & quilibet actus, ex quo peccatum mortale ſequitur, omninò vitandum eſt. 2.11.13. ibid.

Periurium eſt mendacium iuramento firmatum. 3.3.2. 182

Periurii crimen eſt mixti fori. 3. 3. 16. 186.

Periurij pœna venit imponenda quando principaliter agitur de periurij crimine; ſecus ſi incidenter. 3.3.15. ibid.

Periurij crimen grauiſſimum eſt, & quibus criminibus comparetur. 3. 3. 5. 182.

Periurij pœna, quæ ſit de iure ciuili? 3.3.11. 184

Periurij pœna, quæ ſit iure Pontificio? 3.3.12. ibid.

Periurij pœna quæ ſit de iure Regio Hiſpano, Neapol. & Mediol. 3.3.13. 185

Perpenditur text. eleg. in clement. 2. de vita, & honeſtate clericorum. 2.20.t t. 121.

Per permutationem cum præcedere debeat renunciatio, vacant beneficia. 1.7.1. 12.

Per reſtitutionem, vel cautionem idoneam de reſtituendis vſuris, reſtituitur vſurarius manifeſtus ad priſtinum ſtatum, & tollitur inhabilitas teſtandi. 2.14.4 26.

Per ſecundum reſcriptum, in quo primi mentio facta fuit, primum tollitur. t.12.t. 22

Pertinaciter errorem defendere dicitur, qui poſt Iudicis monitionem in eodem errore perſiſtit. 3.13.4. 204

Pluralitas delictorum pœnarum pluralitatem requirit. 2.20.4. 120

Plures differentiæ reperiuntur inter bonorum poſſeſſionem, & hæreditatem, & num. 20. 2.17.8. 114

Pollicitatio eſt ſolius offerentis promiſſio non acceptata. 2.23.1. 129

Pollicitatio fieri poteſt præſenti, & tacenti. 2.23.3. ibid.

Ponderatur text. elegans in cap. duæ ſunt. 19.q.2. 1.4.2. 7

Ponderantur aurea verba Diui Auguſtini in cap. quantumlibet 47. diſtinct. 1.4.3. ibid.

Ponderatur text. in capit. ſi Iudex laicus de ſentent. excomm. lib.6. 1.30.5. 65

Ponderatur text. difficilis in l. 3. C. de bonis quæ liberis. 2.9.2. 91

Ponderatur text. in l. ſed ſi plures §. in arrogato ff. de vulgari, & pupil. 2.9.5. 92

Ponderatur text. in l. ſicut §. venditionis ff. quibus modis pignus, vel hypotheca ſoluitur. 2.14.2. 107

Ponderatur text. in l.2. C. vt infra certum tempus crim. quæſt. 2.20.8. 120

Ponderatur text. in clem. t. de decimis. 2.20.10. ibid.

Ponderatur text. in §. præterea inſtit. locati. 2.27.4. 145

Ponderatur text. in l. ſi ita. §. ſi. ff. de fundo inſtructo. 2.37.8. 165

Popularis actio dicitur illa, quæ ius populi tuetur 2.35.6. 161

Poſſeſſio rerum maioratus poſſeſſore defuncto, vel aliter priuato, ipſo iure tranſit in ſequentem. 2.15.10. 110

INDEX:

Poſſeſſor rei cenſui ſuppoſitæ, directo conuenitur ante excuſum principalem.2.1.8. 71
Poſtquam bona ſunt vnita non admittitur ſeparatio niſi in caſibus à iure expreſſis. 2.9.8. 91
Potentiſſima dos in Principe liberalitas, & clementia 2.15.3. 109
Prędium vrbanum principaliter conducitur ad cuſtodiam bonorum conducentis ruſticum vero ad colendum, & fructus ex eo deducendos. 2.12.15. 101
Prælatus electus, & confirmatus, non tamen cōſecratus, habet iuriſdictionem epiſcopalem in habitu; non tamen in actu. 1.6.7. 11.
Princeps poteſt ius naturale interpretari. 2.24.18. 135
Principes poſſunt donare non obſeruatis iuris ſollemnitatibus. 2.15.5. 109
Principes magiſtratus & pars offenſa ex quocunque delicto lęduntur. 3.1.1. 176
Priuilegium facilius tollitur, quam ius commune. 2.34.6. 160
Primogenitus ius ſuccedendi in maioratu habet ab inſtitutore maioratus. 2. 19. 8. 117
Priuatio pręſupponit habitum. 2. 20. 15. 121.
Probatio neceſſaria fieri non poteſt niſi teſtes, de certo, & proprio ſenſu teſtificentur. 2.25.8. 137
Profeſſio a filio vel filiafamilias facta metu reuerentiali, quia non audebat patris voluntati contradicere, an ſit coacta? 1.22.1. 43
Profeſſio metu, qui poteſt cadere in conſtantem virum, facta, coacta eſt. 1.22.2. ibid.
Promiſſio dotis metu facta, non inducit obligationem. 2.40.3. 172
Proprię facultatis renūtiatio dupliciter cōſideratur, nempè in actu, & quo ad pręparationem animi. 1. 3.5. 6
Proteſtatio actui contraria non releuat proteſtantem. 3.29.5. 244
Pupillus non poteſt adire hæreditatem ſine tutoris authoritate; bonorum poſſeſſionē agnoſcere poteſt decreto iudicis. 2.17.16. 115
Pupillus, & illi, quibus bonis interdictum eſt, alienare non poſſunt bona ſua, licet veri domini ſint. 2.19.4. 117

Q

Quamuis dicamus in cenſibus fundum Hypotecę loco conſignari intelligere oportet hanc hypotecam non eſſe acceſſoriam, ſed irregularem per ſe ſubſiſtentem, quæ principaliter, & directo contrahitur abſque alia obligatione perſonali. 2.1.9. 71
Quando tanta eſt peruerſitas ſubditi, quod diſciplina non prodeſt, ſeueritate vtendū non eſt, ſed dilectione. 1.1.4. 2
Quando ex mero iure proceſſit aliquis effectus, licet adſit æquitas illum extinguendi tamen neceſſarium eſt miniſterium iudicis, qui cauſatum a iure impedimentum tollat. 1.7.4. 12
Quādo ad beneficium renuntiatum quis redire non poſſit propria authoritate, & nſeq. 1.7.10. 13
Quando religioſi ſanguinem proprium fundunt propter fidem Dei, quia id proprie martiribus competit, alijs præferuntur. 1.8.7. 15
Quando pœna eſt priuatina & lex ſeu canon nō vtitur verbis importantibus effectum ipſo iure, dicitur impoſita mediante ſententia iudicis. 1.16.4. 30
Quando dolus purgatur per actionem deſcēdentem ex contractu, illa actio datur contra hæredes. 1.19.7. 36
Quando quo ad vinculum, matrimonium dirimatur? 1.23.12. 48
Quando, & quomodo fiat diuortium quo ad mutuā cohabitationem. 1.23.13. ibid.
Quando duo ſunt ſimilia ſimpliciter, eorum idem eſt iudicium; ſecus quando ſunt ſimilia ſecundum quid. 1.25.8. 55
Quando quis mandat id, quod ipſe facere tenebatur, mandatum morte illius non extinguitur: niſi hæredes contradicant. 2.3. 27. 78
Quando actus iuratus eſt in ſe licitus, & pendet à mera voluntate iurantis, non impedit actum contrarium poſtea factum, licet faciens ſit periurus. 2.11.18 97
Quando iuramentum ſit alteri, quam ſibi ipſi iuranti, actus etiam licitus contra illud factus, eſt nullus & quare? 2. 21.21. ibid.
Quando quis prohibetur alienare, non propter ſe ſed fauore tertij; omnis alienatio excluditur, tam voluntaria, quam neceſſaria, quæ ſit propter delictum. 2. 19. 13. 118

Quan-

Quando vaſſalli delinqunt contra naturam fęudi, & committunt offenſam contra dominum, poſteri delinquentis, fęudum amittunt, etiam ſi feudũ ſit antiquũ. 2.19. 16. ibid.
Quando plures actiones naſcuntur ex diuerſis delictis, nunquam vna alia conſumit. 2.20.5. 120
Quando pœna quæ imponitur à lege, non cadit inſeruum delinquentem, officio iudicis alterari poteſt. 2. 20. 9. ibid.
Quando pœna imponitur in ſpetie, non habet locum dupplicatio pœnę. 2.20.14. 121
Quando appellationi reſiſtit ius commune, neceſſaria eſt cauſæ expreſſio etiam in diffinitiua. 2.22.21. 128
Quando quis conditionem impoſſibilem apponit, non ſatis voluntatem ſuam declarat, & ideo neceſſaria eſt iuris interpretatio. 2.25.15. 138
Quando debeat concedi remiſſio penſionis. 2.26.17. 144
Quamuis propriè alearum appellatione, ſolum comprehendantur ludi a fortuna pẽdentes; tamen ſub alearum ludi prohibitione omnes ludi continentur. 3. 23. 3. 226
Quandocunque ratio legis vel canonis eſt amplior, & generalior dicto, tunc ad amplitudinem rationis extenditur ipſa diſpoſitio. 1.25.10. 56
Quare liceat de miſterijs Fidei, & Santiſſimæ Trinitatis diſputare. 1.9.10. 17
Quare magis conditio impoſſibilis vitiet actum in contractibus? quam in vltimis voluntatibus. 2.25.14. 138
Quare ſuſpendatur ſententia attento futuro euentu? 2.28.6. 148
Quæ ab initio non ſubſiſtunt, ex poſt facto conualeſcere non poſſunt. 1.13.3. 24
Quæ dicantur expenſæ factæ fructuum quærendorum, colligendorum, tuendorum & conſeruandortm cauſa? 2 37.9. 165
Quæ dicatur magna cauſa? & in quibus conſiſtat dicitur. 2.6 19.85. & ſeq.
Quæ iterantur frequenti præuaricatione frequenti ſunt condemnanda ſententia. 1.14.5. 26
Quæ non differunt niſi reſpectu, eſſentialiter differre non dicuntur. 2.17.3. 113
Quæ ſit differentia inter prædia ruſtica & vrbana, quoad tacitam pignoris obligationem, & quare differat. 2.12.5. 99
Quæ ſit differentia inter iudices incapaces & iudices incompetentes, dicitur. 1.30. 9. 66
Quædam diſtinctio pro duarum opinionum concordia traditur & comprobatur, & nu. ſeq. 1.14.10. 27
Quædam Antonij de Butrio concordia refertur, & refellitur. 1.22.5. 44
Quædam interpretum inductio c. 1. de probat. reijcitur. 2.7.6. 88
Quędam diſtinctio pro concordia harum opinionum aſſignatur. 2.24.13. 132
Quædam Carrozij, & Romani diſtinctiones refelluntur. 2.26.14. 143
Quædam Oldradi opinio, pro concordia harum opinionum refertur & refellitur. 2.28.4. 148
Quædam Couar. reſolutio. aſſignatur. 2.35. 11. 208
Quæcunque ad animi operationem, referuntur, facti eſſe dicuntur. 2. 16. 8. 111.
Quęcunque conſiſtunt in faciendo, facti ſũt. 2.16 9. ibid.
Quæcunque æquiparantur per modum regulæ, in omnibus differre eſſentialiter non dicuntur. 2.17.2. 113
Quæſtio natalium apud eccleſiaſticum tractari debet. 1.30.3. 165
Qui abſens eſt ignorat, & Ignorantia repugnat conſenſui. 2.30.3. 151
Qui actum efficit prohibitum ratione vitandi homicidium, aut membri abſciſſionem, dicitur rei illicitæ operam dare, & efficitur Irregularis. 3.25.26. 236
Qui alicui crimina obijcerit, an & quando probare poſſit non iniuriandi animo obijeciſſe, vt ab iniuriarum pœna excuſetur. 3.29.4. 243
Qui alterius habitum aſſumit, delictum cõmittit. 3.10.2. 200
Qui alterius habitum opprobrij, aut contemptus cauſa vſurpat iniuriarum actione tenetur. 3.10.7. ibid.
Qui alias ſolitus eſt manifeſte fœnerari, ſi poſtea conuincatur per præſumptiones, & argumenta proxima, de vſuris occultis, tamquam manifeſtus puniatur. 1. 14. 8. 26
Qui actionem habet, etiam exceptionem habebit. 1.21.13. 42
Qui actum fecit, præſumitur omni meliori, & efficaciori modo facere voluiſſe. 1.24. 3. 52

Qui

INDEX:

Qui appellationem interpoſuiſſe dicit, duo probare debet, vnum quod appellauit, alterum vero quod intra legitima tempora appellauit. 1.24.8. ibid.

Qui caput, brachium, aut membrum hominis mortui amputauerit, non eſt homicida. 3.25.4. 231

Qui cum telo ambulauerit animo alium occidendi, pœna homicidij tenetur, ſed nõ eſt irregularis. niſi ſequatur effectus. 3.25. 6. ibid.

Qui dicantur coloni; & qui inquilini. 2.12. 2. 98

Qui fœtum in vtero per quatraginta dies ſi ſit maſculus, vel nonaginta ſi ſit fœmina, abortionis poculo, aut actu interfecerit, homicidium committit. 3.25.3. 230

Qui fractis carceribus fugit, & ſe ſtatim præſentat in tribunali maiori, an ſit aliqua puniendus pœna. 3.19.6. 219

Qui fraudis & falſitatis cauſa alterius habitum vſurpat grauem coerctionem meretur. 3.10.6. 100

Qui in tempore fundamentum facit, illud probare debet. 1.24.7. 52

Qui inuitus, & per metum adit hæreditatem, ſibi acquirit; bonorum poſſeſſionem non acquirit. 2.17.15. 114

Qui in carceribus detenti cum ipſorum carcerum fractura aufugiunt, grauiter delinquunt. 3.19.1. 217

Qui inimicum ſuum occideri, etiam ſi atergo percutiat, an ſit proditorius homicida. 3.16.2. 237

Qui lucrandi cauſa fęminas habens fornicarias, ſeù meretrices, quomodo puniantur. 3.6.7. 194

Qui modum excedens in propriæ vitæ defenſione alium occiderit, pœna extraordinaria iudicis arbitrio punitur. 3.25.28. 236

Qui mortem aliter vitare non valens, alterum occiderit, immunis eſt ab irregularitate. 3.25.29. ibid.

Qui mutuat licet ad mutuandum non teneatur, tenetur tamen ad mutuandum gratis, nullum ex eo lucrum ſperans. 1.26.7. 57

Qui non habet in bonis, luat in corpore. 2.20.12. 121.

Qui poſt abiurationem hæreſis, de qua fuerat conuictus, facto, vel verbo hæreticis communicat, in hæreſim relapſus dicitur 1.14.9. 26

Qui prior eſt tempore, potior eſſe debet iure. 2.31.4. 152

Qui rei alicuius a principio dominus non eſt, ſed poſtea ex iuſto titulo authoritate legis dominus efficitur, non tenetur ad illius reſtitutionem. 1.15.2. 28

Qui ſint contractus à iure ciuili introducti explicatur. 2.2.14. 75

Qui ſe fundat in regula iuris communis, trãſfert onus probandi in aduerſarium allegantem exceptionem à regula. 2. 6. 11. 85

Qui ſui ſuperioris mandato obediuit, culpa carere dicitur. 3.30.5. 248

Qui tabellio non eſt, vel eſt, ſed non creatus ſeruata legis forma, ſi conficiet inſtrumẽtum, vt falſarius eſt puniendus. 3.21.4. 223

Qui verum iurat putans eſſe falſum, peiurare dicitur. 3.3.4. 182

Quibus caſibus liceat abſque priuati carceris pœna delinquentes capere? 3. 12. 3. 202

Quid agendum vt delicta non præſcribantur? 2.24.21. 134

Quid liceat marito vxorem cum adultero capienti. 3.5.10. 191

Quid obſeruari debeat ad hoc vt pœna à Cõcil. Trid. ſtatuta imponatur clericis concubinarijs. 3.7.7. 196

Quidquid filius, vel ſeruus acquirit, patri, & domino acquirit. 1.17.4. 32

Quidquid acquirit monacus, monaſterio acquirit. 1.17.8. 33

Quilibet prælatus tenetur fundare vnum ſeminarium, in quo ſuæ diœceſis pueri eccleſiaſticis diſciplinis erudiantur. 1.10.2. 18

Quilibet præſumitur bonus, niſi contrariũ probetur. 1.6.9.11. & 1.20.4. 39

Quilibet etiam priuatus poteſt ius, quod habet vendere. 2.25.2. 109

Quilibet poteſt de bonis ſuis allodialibus ad libitum diſponere, etiam ab vtendo. 2.15. 1. ibid.

Quis dicatur carceris priuati crimen committere. 3.12.2. 202

Quod metus cauſa ſit mero iure valet. 1.18. 6. 34

Quod emittant votum in profeſſione Ieſuitæ. 1.9.6. 17

Quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari. 2.15.7. 109

Quoties ſtipulanti quis promittit iure ciuili tenetur. 2.2.3. 73

Digitized by Google

R

Ratio naturalis non patitur vt ex facto vnius alteri grauamen inferatur. 2.35.2. 16

Rationes propter quas fundat quis maioratum aſſignantur. 1.5.8. 9.

Recipientes pecuniam pro homicidio committendo, tenentur in foro cōcientiæ eas reſtituere hȩredibus occiſi. 3. 28. 10. 241

Recognitio cenſus quos producat effectus. 2.1.17. 72

Reconuentio nihil aliud eſt, quam mutua conuentio, per quam aliquis apud iudicē agens mutuo vel inuicem cōuenitur apud eundem. 1.28.5. 61

Reconuentio procedit à voluntate, & conſenſu actorum, qui dum pro ſe iudicem adeunt, debent eum admittere contra ſe 1.28.7. 62

Recuſationes ante litem conteſtatam opponi debent. 2.33.2. 157

Reges & Principes tenent locum Imperatoris in terris ſuis, & legibus poſitiuis derogare poſſunt. 2.15.14. 110

Regibus & Principibus ſecularibus ſola regni Gubernatio conceſſa eſt, non dominium, & ſic Rex a regendo dicitur. 2.15. 8. 109

Regi prohibetur vendere bona & iura Regni, etiam pro ad implēdis legatis patris. 2.15.9. 110

Regis poteſtas publica eſt. 2.15.7. 109

Regulariter abſolutio ab excommunicatione dari poteſt inuito excommunicato. 1.1.15. 13

Regulariter omnes exceptiones dilatoriæ probandȩ ſunt infra tempus iudicis arbitrio aſſignandum. 1.25.7. 54

Regulariter quod metu fit, mero iure valet, & voluntas coacta, voluntas eſt. 2. 40. 9. 172

Regula negatiua ſpecialis præualet generali affirmatiuæ. 1.18.6. 61

Reipub. intereſt ne delicta remaneant impunita. 2.24.6. 131

Relicto patre, & auo bona materna acquirūtur patri quoad proprietatem, & auo quoad vſumfructum. 2.9.9. 92

Religionis profeſſio an ſit irrita ex eo, quod fiat ſub cōditione quod poſſit habere proprium qui profitetur, vel quod permittatur ei coniugalis vſus; an vero ipſa conditio reijciatur. 1.13.18. 50

Religioſi ad clericale munus promouendi, quæ probare debeant. 1.4.5. 7

Religioſorum vita perfectior eſt quo ad ſtatum; clericorum autem quo ad honores eſt dignior & excellentior. 1.4.8. 8

Remiſſio penſionis ob ſterelitatem an debeat colonis fieri? 2.26 1. 141

Renunciatio ex cauſa permutationis non pura ſed conditionalis videtur. 1. 7. 6. 12

Renunciatio quȩ fit ex cauſa permutationis reſpectu renunciationis dicitur pura, conditionalis vero reſpectu ordinarij collatoris. 1,7.12. ibid.

Renunciatio beneficij facta à procuratore reuocato valida eſt, ſi reuocatio ei non fuerit intimata & nu. 8.2.3 4. 76

Reſciſſio actus ſupponit validitatem illius. 2.40.6.172. & 1.18.8. 34

Reſcripta omnia ex intentione concedentis habent tacitam conditionem, ſi ille, in cuius fauorem conceduntur, eiſdem vti velit. 1.12.3. 22

Reſcriptum primum, cuius mentio facta fuit in ſecundo, ipſo iure reuocari probatur. 1.12.4. ibid.

Res ad rem ruſticam & agriculturam pertinentes, pignori non obligantur, nec generali nec tacita obligatione veniunt. 2. 12. 1:. 100

Res etiam ex turpi cauſa tradita, efficitur accipientis cum eadem turpitudine. 1.15. 3. 28

Res inter alios acta, alijs non nocet. 2. 24. 10. 132

Res iudicata pro veritate habetur. 2. 35. 7. 161

Res iudicata dicitur, quæ finem controuerſiarum imponit. 2.29.2. 150

Res ſi detur, non locatio, ſed contractus innominatus intelligitur celebratus. 2. 27. 2. 145

Res poſſunt cōdici iure gentium ab his, qui ſine cauſa poſſident. 2.2.8. 74

Rex ſi alienat aliqua, quorum donatio eſſet in maximam Regni diminutionem, non valet etiam iuramento firmata. 2. 15 6. 109

Reuerentia patris conſenſum filij tollere nō poteſt. 1.22.4. 44

Reuocatur primum teſtamentum iuramento de non reuocando vallatum, per ſecundum poſtea factum. 2.11.4. 95

Reus carceratus ſi non audeat appellare ne retineatur in carcere, poterit ante ſenten
tiam

Digitized by Google

tiam proteſtationem facere de proſequendo cauſam ſuam coram ſuperiore, non obſtante, quod poſtea acquieſcat ſententiæ contra eum latæ. 2. 22. 9. 126.
Reus excommunicatus admittitur in iuditio ad ſe defendendum, ſed non actor ad agendum. 2. 5. 13. 82
Reus in exceptionibus actor eſt. 2. 5. 4. 81.
Reus non tenetur inſtrumenta ſua actori edere, niſi ex iuſta cauſa. 2. 6. 9. 85.
Reus tenetur ſuam exceptionem probare, ſicut actor ſuam actionem. 2. 5. 16. 83.
Romani veſtitu, & habitu dignitates quodammodo ſecernebant. 3. 10. 1. 199

S

SAcerdos rem diuinam celebrans, ſi aggreſſorem occiderit, quia aliter mortem vitare non poterat, poteſt eam ſtatim perficere. 3. 25. 30. 236
Satis eſt quod ſtatus religionis ſit ſtabilis ex parte profitentium, vt dicantur vere religioſi. 1. 9. 8. 17
Scienti, & conſentienti non fit iniuria nec dolus. 1. 19. 4. 36
Semel conſtitutæ obligationi aduerſario non conſentiente, renuntiare nemo poteſt. 1. 23. 2. 46
Semper quis vim inferre præſumitur, qui ſemel vim ab initio intulit, & in ea poſtmodum perſeuerauit, etiam occultè. 1. 14. 6. 26
Sententia arbitri qui de iure tamen pronuntiare tenebantur, valida eſt licet pronuntiet contra ius. 2. 10. 4. 93
Sententia arbitri qui de iure tantum pronuntiare tenebantur ex partium conuentione an ſit nulla ſi contra ius pronuntiet. 2. 10. 1. ibid.
Sententia facit notorium inter partes. 2. 4. 8. 99
Sententia an poſſit in abſentem proferri? 2. 24. 1. 130
Sententia abſque citatione valet. 2. 24. 2. ibidem.
Sententia an extinguatur per appellationem, vel ſolum ſuſpendatur? 2. 28. 1. 147.
Sententia attento præſenti ſtatu, extinguitur per appellationem; attento vero futuro euentu, ſuſpenditur. 2. 28. 5. 148.
Sententia, an dicatur in rem iudicatam transacta appellatione interpoſita? 2. 29. 1. 149
Sententia in abſentem ferri non poteſt, ne defenſio quæ iure naturali omnibus competit, tollatur. 2. 24. 3. 131
Sententia lata reo abſente in criminibus, in quibus venit imponenda pœna capitalis, redditur illuſoria, & exequutioni mandari non poteſt. 2. 24. 12. 132
Sententia lata in cauſa filiationis inter patrem, & filium prodeſt, & nocet omnibus alijs, quibus ex ea radice ius aliquod competit. 2. 35. 8. 161
Sententiam per appellationem ſuſpendi, non extingui probatur. 2. 28. 2. 147
Sententiam per appellationem extingui, non ſuſpendi dicitur. 2. 28. 3. ibid.
Sæpè compenſando conſequitur quis, quod non conſequeretur agendo. 1. 29. 6. 64.
Seruitutes acquiruntur per traditionem, & patientiam domini. 2. 8. 2. 90
Seruus eſt capax bonorum poſſeſſionis. 2. 16. 7. 111
Seruus iure inſpecto quo ad ea, quæ iuri ſunt, pro mortuo habetur. 2. 16. 7. ibidem.
Seruus manumiſſus poſt mortem patris, ab eius filio libertatem conſequitur. 2. 3. 10. 76
Seruus vindicta manumiſſus, liber fit, ſi inter viuos mittatur; alias ſecus. 2. 3. 26. 78.
Si amicus venditoris mortuo eo priuſquam ad eius notitiam perueniſſet, emptorem in poſſeſſionem vacuam miſerit, rectè poſſeſſio ei tradita eſt. 2. 3. 11. 76
Si argentarius inſtrumenta perdidit caſu fortuito, reus compellitur illi edere ſua inſtrumenta. 2. 7. 2. 87
Sicut maius bonum minori, ita communis vtilitas particulari, præfertur. 1. 8. 2. 14.
Si deponens permittat depoſitarium rebus depoſitis vti, depoſitum efficitur mutuum. 2. 13. 6. 104
Si deſponſatam per verba de præſenti alteri accedat, an committat adulterium? 3. 5. 5. 189
Simile non eſt idem, & inter ſimilia non magis valet argumentum quam ratio ſimilitu-

militudinis dictat. 2. 26. 8. 142

Si per adeptionem ſecundi beneficij curati dimittat quis primum, & poſtea ſecundum euincatur, poterit libere ad primum redire.1.7.5. 12

Si plures ſint hæredes inſtituti, non eſt tacite neceſſarium vt omnes adeant hęreditatem, niſi ſint hęredes neceſſarij.2. 39. 10. 170

Si pronunciatum fuerit in officioſum teſtamentum, ſuccedit ſuus hæres & legata, & libertates in illo relictę, non debentur 2.35.5. ibid.

Si quis iuret non contrahere matrimonium & contrahat, valet matrimonium, licet ſit periurus contrahens, & nu. 19.2.11.2. 95

Si quis ſit vaſſallus duorum, & ambo domini inuicem belligerantur, cui eorum iuuare teneatur? 2.31.2. 152

Si vaſſallus neſciat cui primo homagij iure teneatur, quia fęudum ab anteceſſoribus incepit, neutrum de rigore iuris iuuare tenetur, de ęquitate tamen gratificari poterit, cui maluerit perſonaliter illum iuuando.2.31.11. 153

Si quis Cardinalem occidat, aut aliquod in eum moliatur, in crimen læſę Maieſtatis incidit.3.1.4. 176

Si res cenſui ſuppoſita, fuerit alicui legata, ad ipſum expectabit ſolutio reddituum non vero ad hæredem.2.1.20 72

Si Verba & mens contrahentium refragentur, neque alius ſit contractus in quem fieri poſſit translatio, ſine dubio vitiabitur contractus, cui appoſita fuerit conditio contra naturam illius. 2. 13. 10. 105

Si vſurarius manifeſtus condidit teſtamentum facta vſurarum reſtitutione, & poſtea clam & occulte vſuras exerceat, an vitietur teſtamentum antea factum. 1. 14. 1. 25.

Si vſurarius manifeſtus poſt conditum teſtamentum pręſtet cautionem de reſtituendis vſuris, an reconualeſcat tale teſtamentum.1.13.2. 23

Societas dolo contracta eſt ipſo iure nulla. 1.19.6. 36

Societas nihil aliud eſt quam lucri & damni communio & participatio. 2. 13 2. 103

Solutio vera ad tex.in l.qui ſpadonem §.qui abſolutus ff. de excuſat. tut. aſſignatur.2. 36.10. 163

Specialiter inductum eſt in fauorem fiſci, vt ſi aliter veritas haberi non poteſt, reus teneatur illi ſua inſtrumenta edere.2.7.9. 88

Spiritualis poteſtas à Chriſto Domino fuit Diuo Petro, & ſucceſſoribus conceſſa. 1.30.2. 65

Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus, etiam ſi ſit prędo.2.4.2. 79

Spoliatus qui patitur ſpoliantem probationes afferre ſuper proprietate, non reſtituitur.2.4.9. 79

Sponſa de futuro an committat adulterium ſi alteri accedat.3.5.5. 189

Stari debet ſententię arbitri, ſiue ęqua, ſiue iniqua ſit.2.10.5. 93

Statutum municipale loci poteſt derogari iuri communi in illo loco.2.21.5. 123

Statutum poteſt auferre legitimam ſucceſſionem debitam iurę naturæ reddendo filium inhabilem.2.21.10. ibid.

Statutum poteſt alicui auferre dominium rei ſuæ 2.21.11. 124

Statutum non poteſt tollere legitimam directè: indirectè tamen recte poteſt redendo inhabilem, eũ, qui eam habiturus erat 2.21.13. ibid.

Statutum eſt ſtricti iuris, & in ſtricta ſignificatione accipiendum.2. 38.3. 167

Statutum diſponens id, quod ius commune non dicitur ſtatutum ſed ius commune. 2.39.11. 170

Statutum prohibitorium debet ita interpretari, vt aliquid operetur.2.38.4. 167

Statutorum verba ita debent interpretari, vt aliquid operentur.2.38.6. ibid.

Stipulatio pro altero facta non valet, quia inuenta eſt vt vnuſquiſque acquirat quod ſua intereſt.2.30.8. 151

Sua cuique domus tutiſſimum refugium eſt 3.18.1. 216

Succeſſio in hęreditatem eſt actus legitimus, & nu.12.2.21.4. 123

Succumbens in poſſeſſorio, non prohibetur agere in petitorio.2.4.6. 79

Succeſſio, quam lex aufert ab occiſore, aufertur tamquam ab indigno, ac proinde non defertur venientibus ab inteſtato, ſed fiſco.3.25.11. 232

Sufficit actus minor ad prævientionem iuriſdictionis, quam ad perpetuandam iuriſdictionem delegati.2.33.12 158

Summus Pontifex libere poteſt diſponere contra ius commune, maxime in beneficialibus. 1.2 4.4.& nu.13. 5

Su-

Digitized by Google

INDEX.

Super perſonali obligatione tantum cenſus conſtitui non poteſt.2.1.7. 70
Supponere idem eſt quod hypotecare. 2. 1. 3. 70

T

TAbellionis perſona non ſufficit, vt acta ab eo facta publica dicantur, niſi inter veniant teſtes 2. 32.8. 155
Tabellionis officium licet de iure ciuili eſſet vile, hodie tamen vile non eſt. 3. 21. 2. 222
Tacita conditio non reſpicit ſubſtantiam iuriſdictionis, ſed ſolum actum condemnandi.2.10.9. 94
Tacita pignoris obligatio pro penſione domus locatæ, quare fuerit introducta? & n. ſeq.2.12.3. 99
Taciti & expreſſi idem eſt iudicium.2.30.9. 151
Tam iure canonico, quam iure ciuili poteſt iudex ad quem retinere cauſam principalem ſi appellatio ab interlocutoria fuit iuſtificata,2.22.16. 127
Tempore neceſſitatis omnia ſunt communia.1.27.8. 59
Terminos mouentibus an ſit ſtatuta aliqua pœna iure Pontificio.3.22 4. 225
Terminos mouentes quando puniantur iure Regio Hiſpan.& Neapol. 3. 22. 5. ibid.
Tertius poſſeſſor non ſolum compelli poteſt ad redditus ſolutionem, ſed etiam ad recognoſcendum cenſum.2.1.16. 72
Teſtamentum eſt voluntatis noſtræ iuſta ſẽtentia de eo,quod quis poſt mortem ſuam fieri vult.1.17.1. 32
Teſtamentum debet eſſe diſpoſitio rei ipſius teſtantis.1.17.2. ibid.
Teſtamentum poſthumi agnatione rumpitur.1.17.6. 33
Teſtamentum reuocari non præſumitur,niſi per aliam expreſſam vltimam voluntatem.1.13.5. 24
Teſtamentum vſurarij manifeſti non valet, niſi vſuras reſtituerit,vel præſtiterit cautionem de illis reſtituendis. 1. 13. 1. 23
Teſtator conditionem impoſſibilem legato adijciens, nullum animum illud præſtandi cenſetur habuiſſe.2.25.7. 137
Teſtator ſi dicat *lego titio centum ſi alter ex his hereditatem adierit*, erit conditionale legatum.2.39.3. 169
Teſtatorum lex quam rebus titulo maioratus in vltima voluntate relictis dederint, ſeruanda.2.19.17. 118
Teſtes parte abſente quando recipi poſſint, & illis fides adhiberi.1.24.20. 133
Teſtes priuilegiati, qui non compelluntur teſtimonia dicere,veluti filius contra patrem, vxor contra maritum, & ſimiles, ſi aliunde veritas haberi non poteſt an poſſint compelli teſtimonia dicere? 2. 7. 3. 87
Theologorum & iuriſtarum concordia, & quæſtionis ſi profeſſi in ordinibus militaribus ſint vere religioſi? reſolutio aſſignatur.1.10.10. 19
Tradens res profanas ex cauſa permutationis, non ſecuta traditione alterius partis, non poteſt propria authoritate illas capere, ſed repetere condictione ob cauſam.1.7.2. 12
Tranſiens ad ſecunda vota tenetur relinquere filijs primi matrimonij, bona habita ex eo, & filijs ſecundi quæ habuit ex ſecundo.2.9.4. 92
Tutius eſt contra canonum ſtatuta aliquos copulatos dimittere, quam cõtra dei præcepta legitime coniugatos ſeparare.2.25. 20. 139

V

VAlent geſta à procuratore reuocato coram iudice ignorante reuocationẽ. ..2.3.9. 76
Valet argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale,1.18.2. 34
Valet argumentum de præſenti ad præteritum.1.14.7. 26
Valet argumentum de lege ad teſtatorem,& è contra.2.20.2. 120
Valet argumentum de teſtibꝰs ad inſtrumẽta,& teſtes non probant niſi aduerſario citato.2.35.3. ibid.
Valet argumentum de teſtibus ad inſtrumenta.2.36.7. 163
Valet reuocatio procuratoris etiam ſi quis iurauerit non reuocare.2.11.7. 95
Vaſſallus propter atrociora crimina ſeudo priuatur,& eius filij excluduntur à fœudi ſucceſſione.2.19.3. 117
Vaſſallus illum iuuare tenetur, cui primo homagium fecit.2.31.3. 153
Vbi aliquid permittitur iudici faciendum ex cauſa, illa probari debet per eum, cuius intereſt.2.6.12. 8.

Vbicunque agitur de pœna alicui imponenda, debet conſtare de voluntate legis. 2.20.18. 121
Vbicunq; priuatio vel extinctio expreſſa vnius actus inducitur ad finem alterius, licet non ſequatur finis, extinctio tamen firma manet. 1.7.3. 12
Vbicunq; pro ſolemnitate qualitas aliqua requiritur, ea deficiente, corruit actus. 2.40.4. 172
Vbicunq; requiritur de ſollemnitate & eſſentia actus, ſpontaneus conſenſus, ſi interueniat metus corruit actus. 1. 18. 1. 34
Vbicunque requiritur in actu aliquo ſpontaneus ſeu liber conſenſus, ſi interueniat metus, an valeat actus. 2.40.2. 172
Vbi maius periculum ineſt, ibi cautius eſt attendendum. 1.6.4.10. & 2.22.3. 125
Vbi reuocatio expreſſa fit in alicuius fauorē ex mente reuocantis, habet eamdem tacitam conditionem, ſi pars ea vtatur. 1.12.9. 23
Vbicunque negatio eſt cauſa intentionis alicuius, ſiue agentis, ſiue excipientis negan ti incumbit onus probandi, & nu. 5.2.6.3. 84
Venditio contra iuramentum de non vendendo facta, valet. 2.11.3. 95
Venditio ſi fuerit celebrata non rei præſentis, ſed naſcendorum fructuum, & propter caſum fortuitum parui aut nulli naſcantur, poterit emptor prætij remiſſionem vel reſtitutionem petere. 2.26.12. 142
Venditor per actionem empti cogitur præciſe rem tradere vel mancipare. 2. 13. 17. 106.
Veneni venditio prohibita eſt. 3. 27. 4. 239
Veneno aliquem occidens, proditionem committit, & pœna ordinaria tenebitur, etiam ſi mors ſequuta non ſit, dum tamen ad actum proximum deuenerit, vt mors ſequeretur. 3.27.2. ibid.
Veneno aliquem occidens proditionis delictum committit. 3.27.1. 238
Veneno occidentes quomodo vendicabantur apud Romanos. 3.27.5. 239
Veneno occidentes pœna l. corn. de ſic. quæ capitalis eſt, tenentur. 3.27.6. ibid.
Veneno occidentibus quę ſit impoſita pœna iure Pontificio? 3.27.7. 240
Veneno occidentes iure Regio Hiſp. ea pœna, qua pro homicidio proditorio puniuntur. 3.27.8. ibid.
Veneno occidentes de iure huius Regni quo modo puniantur, & poculum amatorium dantes ſequuta morte vel effectu aut non? 3.27.9. ibid.
Venia non datur niſi correctis. 1.1.7. 2
Vera explicatio cap. cum veniſſet, de teſt. aſsignatur. 2. 3. 17. 77
Vera interpretatio cap. cum non ab homine de iudicijs traditur. 1. 1. 14. 2
Vera interpretatio reg. quod ab initio de reg. iur. aſsignatur. 1. 13. 9. 24
Vera, & elegans interpretatio cap. iuramenti 2. quæſt. 5. 1.21.10. 42
Vera interpretatio text. in cap. obijciuntur 33. q. 4. 1.23.10. 47
Vera interpretatio reg. actus legitimi in 6. 1.23.16. 50
Vera interpretatio §. fin. inſt. de pœna temere litigan. traditur. 2.2.13. 74
Vera reſolutio quæſt. an excommunicatus poſsit ad compenſandum in iuditio admitti. 1. 29. 7. 64
Vera reſolutio quæſt. an valeant acta à delegato ignorante mortem delegantis re integra proponitur. 2.3.28. 78
Vera reſolutio aſsignatur ad fundamenta pro contraria adducta vſque ad num. 25. 2.20.20. 121
Vera ſolutio ad text. in l. ſtatu liberi à cæteris §. Quintus Mutius ff. de ſtatu liberis aſsignatur. 2. 14. 5. 107
Verba generaliter loquentia, generaliter ſunt intelligenda. 2. 5. 3. 81
Verba illa *quod pronunciet de iure* appoſita in compromiſſo dant formam ipſi compromiſſo. 2. 10. 8. 94
Verba præſentis temporis inducunt effectum ipſo iure. 1. 16. 2. 30
Verba præteriti temporis important effectum ipſo iure. 1. 16. 5. 31
Verba placitum, & conſenſus poſita in diffinitione pacti ſupra numero quinto ponuntur ſubſtantiue. 2. 40. 14. 173.
Verba rem dandi conueniunt naturæ contractus permutationis. 2. 13. 12. 105.
Verba ſunt intelligenda ſecundum communem loquendi vſum, & ea dicitur propria ſignificatio. 2. 38. 7. 166
Verbum *manet* idem importat quod *ſubiaceat* & importat effectum ipſo iure. 1. 16. 3. 30
Verbum *quaſi* denotat improprietatem. 2.32.10.

Digitized by Google

INDEX.

2. 32. 10. 155

Verus intelle&stus ad l. 2. §. deinde ex his ff. de origine iuris aſſignatur. 2. 2. 11. 74.

Verus intellectus l. ſi mandaſſem ff. mandati. 2. 3. 22. 78

Verus intellectus ad l. fin. C. de compenſat. 2. 4. 15. 80

Verus intellectus ad l. ſi donationes §. ſpeties ff. de donation, aſſignatur. 2. 23. 8. 130.

Virtus conſiſtit circa difficile, & bonorum. 1. 4. 6. 8

Vis eſſentia, & ſubſtantia profeſſionis religionis conſiſtit in emiſſione. 1. 18. 3. 34.

Vltra ignorantiam requiritur quod ſit negotium quaſi cęptum ante mortem delegantis, vt valeant geſta per eum. 2. 3. 16. 77

Vnus ex coniugibus an poſſit religionem profitendo ſeparari ab altero, vel neceſſaria ſit ad inuicem ſeparatio per profeſsionem ab vtroque factam. 1. 23. 1. 45.

Vnuſquiſque ſuam intentionem probare tenetur, & num. ſeq. 2. 6. 6. 84

Voluntas coacta, voluntas eſt. 1. 18. 5. 34.

Voluntate ſola nemo poteſt ſibi ipſi libertatem adimere, quæ dicitur naturalis facultas 2. 11. 6. 95

Voluntatis verbo pactio expræſſa ſæpe in iure noſtro ſignificatur. 2. 12. 16. 101.

Votum caſtitatis non eſt de intrinſica ratione ſacerdotij, ſicut religionis. 1. 11. 6. 20

Votum perpetuæ continentiæ requiritur de eſſentia religionis. 1. 11. 3. ibid.

Votum ſolemne impedit, & dirimit matrimonium poſt contractum. 1. 22. 3. 43.

Votum ſolemne non ex humano iure, ſed ex ipſa rei natura, & conditione matrimonium diſſoluit. 1. 23. 14. 49

Votum ſolemne eſt traditio realis; ſimplex vero eſt ſola promiſsio. 1. 23. 12. 48.

Vſura, furtum, & rapina dicitur, & rei furtiuæ dominium in furem non tranſfertur. 1. 15. 5. 28

Vſuras omni iure prohibitas eſſe probatur. 1. 21. 1. 40

Vſurarius manifeſtus neque admittitur ad confeſsionem, neque ſacramentalem abſolutionem. 1. 15. 1. 27

Vſurarius mentalis an teneatur ad reſtitutionem. 1. 15. 10. 29

Vſurarius cenſetur, qui propter periculum in ſe ſuſceptum, aliquod lucrum à debitore recipit. 1. 26. 4. 57

Vſurarius pro reſtitutione vſurarum poteſt bonis cedere; & quis ſit ceſsionis bonorum effectus. 1. 27. 1. 58

Vſurarius actione perſonali tenetur ad vſurarum reſtitutionem. 1. 27. 6. 59

Vſurarij manifeſti an incurrant pœnas a iure illis impoſitas ipſo iure, vel neceſſario requiratur Iudicis ſententia. 1. 16. 1. 30

Vſurarum dominium, an transferatur in accipientem. 1. 15. 4. 28

Vſurarum reſtitutio non fuit inuenta in pœnam criminis, ſed à iure naturali ex ipſius natura rei introducta. 1. 15. 9. 29.

Vſus, & vſusfructus iuris ſunt, & ad hæredes non tranſeunt. 2. 16. 10. 112

Vſusfructus non portioni, ſed homini accreſcit, 2. 4. 17. 80

Vſusfructus non eſt facti licet in facto conſiſtat. 2. 16. 10. 112

Vſus, & exercitium iuriſdictionis non competit delegato, niſi á tempore, quo eidem præſentantur literæ ſuperioris. 1. 12. 2. 22

Vtilitas quæſt., an religioſorum ſtatus ſit dignior, & perfectior ſtatu Epiſcoporum, aſsignatur. 1. 3. 7. 7

Vtilitas quæſt., an religio quæ dirigitur ad vitam actiuam, ſit perfectior ea, quæ dirigitur ad contemplatiuam. 1. 8. 8. 15.

Vt renunciatio valeat neceſſe eſt, quod admittatur à ſuperiore. 1. 7. 9. 13

FINIS.

ERRATAE.

pag.8.in ſummario. num.9. *quintum* lege *tertium.* pag. 21. col.1. num.4. in fine adde ; *vt docet D.Tho. 2.2.q.186.art.4.ad primum.* pag.65.col.1.nu.5. *ſententÿs* lege *ſententia*, & col.2.nu.7. *qui filÿs int* lege *qui filÿ ſint*, pag.66. lin. 6. *prædicta* lege *adducta*, ead. pag. & col. nu.10. *aquo* lege *a quo*, pag.71. num.12. *noſtri* lege *noſtra.* pag.76. *de teſtam.* lege *de teſtibus*, & num.3. ibid. *& geſta* lege *geſta*, *& fuerint* lege *fuerunt*, & pag. 77. nu.18. in fi. *pract.* adde *quaſtion.lib.3.* pag.79.nu.7. *quem* lege *quam*, & pag.80. num.12. *ſatis* lege *quam*, & paulò inferius *nam reſpondeo* lege *reſpondeo*, & pag. 83. num. 18. *de quibus* lege *de quo*, & pag.ead. lin.2. nu.21. in fi. *recompenſatione* lege *reconuentione*, & pag.84. *habitari* lege *dubitari*, ibid. nu.5. *ad hæred.* lege *ab hæred.* & pag. 88. nu.11. *Ferrar.* lege *Ferret.* & paulò inferius ibi *Pat.l.1.* lege *Pat.lib.1.* pag.92. nu.5. *ſe arrogator* lege *ſi arrogator*, & nu.6. *victos* lege *nietos*, & pag.93.num.5. *ſententia* lege *ſententiæ*, & ibid. col.2. num. 2. *forma obſeruata* lege *forma non obſeruata*, & pag. 94. num. 7. *ad ſedem* lege *eum ad ſedem*, & pag.96. num. 14. *omni iura* lege *omni iure*, & pag. 97. num.16. in fin. *aliquem* lege *aliquam*, pag.99. num.3. *de quo* lege *de qua*, pag.105.nu.11. in fin. *cum manu lata* lege *eum manu ſata*, pag.109. col.1. *bona* lege *bona*, pag.187.nu.4. *nona* lege *noua*, pag.189. num.4. *accuſare* lege *accuſari*.

Cęteras ſi quæ ſint, correctioni tuæ (Lector erudite) prout totum hoc opus ea tamèn, qua alios in rebus tuis velles vti prudentia, & modeſtia tibi corrigendum, ſubmitto.

Digitized by Google

REGISTRVM.

§ ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ij Kk Ll Mm.

Omnes ſunt duerniones, præter §. qui eſt ternio.

N E A P O L I,
Apud Scipionem Boninum. M. DC. XIX.
Superiorum Permiſſu.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

LEGATORIA
R. SALVAREZZA
Via Val Sassina, 5
Tel. 899.228
1971

Digitized by Google